uer. deflorãs, & creditur iuramento eius quòd esset uirgo, & honesta respectu interesse dotis, & pœnæ pecuniariæ ei applicandæ d. uer. & statur. fol. 308. & n. 351 uer. nono amplia, cum seq. f. 60. Sed respectu pœnæ corporalis, uel pecuniariæ Fisco applicandæ non creditur eius iuramento quòd esset uirgo, uel honesta, nu. 355 uer. pro ista. fol. 171.

Iurari potest in litem, per mulierem, etiã aliàs corruptam, contra eam per uim cognoscentem, sequuta copula, uel etiã uim adhibẽtem, ut eam cognoscat, etiam si copula non esset sequuta, extimando iniuriam talem mille, uel cẽtum, & plus iuxta personæ qualitatem præuia iudicis taxatione num. 727. uer. iniuriam, fol. 148. & eius iuramento credendum erit quòd esset, & sit mulier honesta, d. uer. & statur, & d. uer. nono amplia. f. 308. Fallit respectu pœnæ corporalis, uel pecuniariæ fisco applicandæ. d. uer. pro ista 171.

Iuratur in litem contra spoliatorem, uel turbatorem possessionis alterius n. 732. uer. spoliatus, & num. 733. uer. si. & ipsis, & n. 734. uer. & siue, Fallit in tribus casibus de quibus n. 735 uer. fallit tamen, & nu. 736. uer. secundo fallit, & n. 737. uer. tertio fallit. f. 351. cum seq.

Iurari potest in litem pro omni uiolentia, siue sit uiolẽtia expulsiua, siue ablatiua, siue turbatiua, siue cõpulsiua, siue inquietatiua, siue alia quæuis uiolentia, num. 125. uer. primo itaq; f. 46.

Iuratur in litem contra euntem cum armis paratum uim adhibere si resistentem inuenisset, etiam quòd uim non adhiberet n. 126. uer. 2. amplia cũ seq. f. 46.

Iuratur in litem contra facientem aliquid clandestinè num. 129 uer. 3. amplia, & n. 130. uer. 4. amp. usq; ad n. 138. uer. quinto amplia. fol. 48. cum seq.

Iuratur in litẽ ubicũque est dolus, uel malitia, aut perfidia, siue fraus, uel malefitium & difficultas probationis, & est cõ. op. nu. 138 uer. 5. amplia. fol. 52.

Iuratur in litem contra ui eximentem, uocatum in iuditium, uel captum, seu detẽtum, uel incarceratum, uel aliter dolo malo liberantem captum, seu detentum, aut incarceratum, & custodes dolo malo nõ custodientes detentos prout debent nu. 585. uer. & cum alio, & nu. 586. uer. sequitur, & num. 588. uer. & premissa, & num. 589. uer. si plures, & num. 590. uer. & quod iurari, Fallit nu. 587 uer. & ubi & nu. 588. uer. & premissa in fi. & num. 591. uer. & premissa, & num. 592. uer. si. fallit etiam. fol 282. cum seq.

Iuratur in litem contra inferentem metum ut aliquid sibi darem, aut ut secum contraherem num. 75 uer. quedam, & num. 81. uer. metus. f. 24. & 26.

Iuratur in litem contra prohibentem de facto, uel dolo malo nõ ſiãtẽ ne in meo edifitẽ, uel aliud faciam nu. 124. uer. & ubi.

Iuratur in litẽ cõtra lacerãtẽ, seu cõburẽtẽ, uel cassãtẽ, aut non restituẽtẽ scripturas n. 653. uer. 35. amplia, cum seq. f. 310. & n. 543. uer. mãdatarius, f. 264. et nu. 639. uer. 28. amplia cum seq. f. 304. et n. 615 uer. & si notaris, fal. n. 656. cũ f. 311

Iuratur in litẽ cõtra iudicẽ inquirẽtẽ, uel torquẽtẽ absq; inditijs legiptimis, et absque eorum copia nõ decreta, n. 635. uer. nã licet, & nu. 636. uer nec potest f. 303.

Iurari potest in litẽ, nõ solũ contra priuatos, uerũ et cõtra Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Pheudatarios, iudices, & alios, bella iniusta, aut uiolentiam indebitam inferentes, uel indebitè bannientes, aut incarcerantes seu

## Iuramenti in litem in causis ciuilibus index.



## Iuramenti in litem in venditione & emptione index.

## Iuramenti in litem in locati, & conducti actione index.



## Iuramenti in litē in dotis actione index.

Iuramenti in litem in actione hyppotecaria index.



Iuramenti in litem in actione pro socio index.

## Iuramenti in litem in actione petitionis hereditatis Index.



## Iuramenti in litem in actione familiæ herciscundæ index.



## Iuramenti in litem in actione mandati index.

## Iuramenti in litem in actione tute læ, & curæ, index.

Iura-

## Iuramentorum in litem in genere index.

Iura-

Iura

Iuramentorum aliorum index.

pari

Nomi-

Presaliæ cōcedi non possint, nam in iure est clarum studia fieri non posse nisi in Ciuitate Regia tex. cum. glo. in probemio digesti ueteris in §. hæc autem, et ibi tex. ac glo. uer. Regijs.

Nouaria in prima Ciuitatū creatione, fuit Ciuitas, & etiā tempore Monarchiæ Romanorum erat Vrbs nobilissima, teste M. Portio Catone, qui in libro suo originum scribit urbem Nouariæ inter splendidissimas, & antiquissimas Vrbes Italiæ, conditam fuisse ab Hercule Ario ægiptio, de ea sic dicens, Nouaria ante ab Herculis ægiptij nomine Libia, & a cognomine Aria ægiptio uocabulo Leonina, sed a Liguribus instaurata, Nouaria dicta est, Et teste Beroso, ac Diodoro Siculo, Hercules Arius ægyptius, qui a deuictis Libijs, Libius fuit appellatus, fuit Osiridis, qui Iupiter dicebatur filius, in primo hominum ortu natus, quando arma ferrea non dum erant inuenta, sed claua lignea, cum quibus Aegiptum, Hyspaniam, Galliam, Italiam, ac totū ferè orbem sibi subegit. Probatur quoque istud ex auctoritate P. Cornelij Taciti, qui in eius libro decimoseptimo Annalium commemorat Mediolanum, Nouariam, Eporediam, et Vercellas fuisse Romanorum tempore, Transpadanæ Regionis firmissima municipia, et est clarum solum propriè dici Municipia, Ciuitates, quæ suis legibus, ac suis moribus uiuerent, & honores Romæ capescerent, & sic dicta Municipia, quasi honorarij muneris capaces, licet ad onera non tenerentur, ut dixit D. Andreas Alciatus in l. municipes ff. de uer. sig. & Alberic. de Rosate in 2. p. in stat. q. 167. incip. Rex. num. 5. comprobatur, & tertio ex Suetonio Tranquillo, qui in eius libro de claris rethoribus describit Caium Albutium silum Nouariensem Rethorem Illustrem, fuisse functum ædilitate in patria sua, & sic Nouariæ, & satis superq; notoriū est ædilitatis dignitatem, ac officiū olim nō fuisse constitutum, nisi in Ciuitatibus, Vnde necessario fatendum est Codicem Caij Plinij Secundi, in libro tertio naturalis hystoriæ, cap. 16. errore esse corruptum in quo sic legitur, Nouaria ex uertamacoris uocuntiorum, hodieq; pagus, non ut Cato existimat lygurum, quia teste Hermolao Barbaro in eius libro tertio castigationum Plinij, ex ueris, ac ex uetustis Codicibus Plinij, pago nō pagus, legendū est, ut sit sensus Plinij Nouariam fuisse conditam ab ipso Hercule, sed non instauratam a liguribus, ut Cato existimat, nec fuisse Ligurum Coloniam, sed Vocuntiorū ex pago Vertamacoris, siue mauis uertacomicoris, hodieq; inquit monstrato, cum ante Plinium esset locus Vertacomicoris urbs, tempore quo Vocuntij, ex ea exeuntes, & in Italiam uenientes, Nouariam instaurarūt si legeretur pagus esset falsa gramatica, ex quo illa dictio, ex requirit ablatiuum, quo casu legi debet, pago, lege Plautius ff. de aur. et arg. leg. Et ex præmissis constat, ē in maximo errore fuisse. R. P. Iacobum Phylippum Bergomensem, qui in eius libro suplementi Cronicarum, sequendo deprauatum Codicem Plinij, dixit Plinium scribere in eius tempore Nouariam fuisse pagum, cum Plinius hoc non scripserit, ut superius demonstraui. In alio etiam maximo fuit errore idem Frater Iacobus Phylippus, in ipso suplemento Cronicarum, dum inquit Nouariam conditam fuisse post Vercellas, ab Elitio Veneris Troianæ filio, parum ante ultimam Troiæ captiuitatem, quæ Vercellas

cellas prius condiderat, Nam in hoc decipitur, cum Nouaria ante Vercellas, & ante urbem Romæ, ac Mediolani, & ante Excidum Troianum plus decem millibus annis ægiptijs, qui sunt plusquã octo centum anni ex nostris, condita fuerit ab ipso Hercule Ario ægyptio antiquiore cæteris omnibus alijs Herculibus, teste Catone in ipso libro originum, & Diodorus Siculus, Berosus, Macrobius, ac Io. Annius in comentarijs originum Catonis ac antiquitatum Berosi uolũt ipsum Herculem Arium Nouariæ conditorem fuisse, ut supra. Et est merum somnium mendosum quicquid de Elitio scribit idem F. Iac. Philippus, cum nullo auctore antiquo motus illud dixerit, teste F. Leandro Bononien. ord. prædicatorum in eius libro cui nomen est Descrittione d'Italia Et ex prædictis auctoritatibus fultus, dum Ego essem Vrbis Nouariæ legatus ad principem, et Ciuitates Laudæ, Comi, Derthonæ, ac Alexandriæ, etiam suos misissent legatos ad eundem, orta disputatione super præcedentia ipsarum Ciuitatum, ego tamquam Ciuitatis Nouariæ legatus præcedere uolui, ac præcessi alijs Oratoribus, etiã Doctoribus ipsarum Ciuitatum, allegando Vrbem Nouariæ esse antiquiorem ipsis alijs Ciuitatibus.

Et etiam fuit appellata Nouaria quasi Noua Ara, idest nouũ altare pro eo quia Alpini Thusci ante Herculem in eo loco steterunt locum ipsum incolentes; ut scribit Annius in comentarijs originum Catonis, et ibi nouum altare; seu nouẽ aras, in loco ipso Deo sacrificantes, edificarunt: Qua de causa Nouariæ ciuitatis figura pingitur, uirgo habens patenam in manu dextra, sinistram uerò super altare tenẽs, cum pellibus Leonis super humeris, Et ita cum alijs Ciuitatibus Insubriæ, in Aduentu Caroli V. Imperatoris Mediolani, de anno 1541. erecta fuit ad portam Romanam statua Nouariæ, in loco magis excelso, ac honorario prope Mediolanum, ita quòd urbs Nouariæ locum digniorem Ciuitate Laudæ, Comi, Derthonæ, ac Alexandriæ obtinebat: cũ hac inscriptione Nouaria, Religionis seruantissima, annonæ fertilitate, pastionis magnitudine, & pecorum multitudine, diues, collibus aprica uallibus amena.

Nouariæ urbe ante Christi Saluatoris aduentũ plures Illustres uiri nati fuere, inter quos elucet Caius Albutius, Sylus Rhetor Illustris teste diuo Hieronymo in Cronicorum Eusebij Cæsariensis, & floruit per unam Olimpiadem ante Christi Redemptoris sacrum aduentum, Et ut Suetonius in lib. de clar. Rhetoribus scribit Nouariæ patriæ suæ ius dixit, deinde Romã accessit, & in Planci Ploti domo receptus, q declamaturo mos erat, prius aliquem qui ante diceret excitare, suscepit eas partes, actaq; ita impleuit ut Plãco silentium imponeret, sed ex eo clarus propria auditoria Romæ instituit, & in Senatu Romano egit causas amplissimas ac Mediolani apud Lutium Pisonem pro consulem orauit, & deplorato Italiæ statu, quasi iterum in formam prouintiæ redigeretur, M. Brutum, cuius statua in cõspectu erat, inuocauit legum, ac libertatis auctorem, et uindicẽ, & uitio uomicæ laborans, iam senior Nouariam rediit, et in ea ab hoc recessit seculo. Nouariensis etiam fuit teste Merula: L. Plotius Gallus de quo meminit Cicero in Epistola ad M. Ticinum, sed Gallum fuisse nuncupatum dixit Merula, eo quòd Nouariæ, & sic in Gallia Cisalpina fuerat natus, sunt

sunt etiam qui uelint Vultacilium Plotũ fuisse ex parentibus nobilibus Romanis natum Nouariæ, qui bello ciuili captus factus fuit seruus Gnei Pompei, & ob eius uirtutes postea libertate donatus, de quo S. Hieronymus in additionibus ad Eusebij Cæsariensis librum cronicorũ sic ait, Vultacilius Plotus latinus rethor Gnei Pompei libertus, et doctor, scholam Romæ aperuit, de hoc etiam meminit suplementum cronicarum in libro septimo.

Nouariæ ueram Christi fidem, & eius sacrum Euangelium primus prædicauit S. Barnabas Apostolus, qui urbem Mediolani, & Nouariæ, ac uniuersam Galliam Cisalpinam ad Christi fidem conuertit.

Nouaria fidei Christianæ tenacissima, ac religionis seruantissima semper fuit ac est, & erit in æternum, ueruntamen est, quòd dum Iulianus Imperator apostata, ac ualens Imperator in heresim prolapsus, catholicos, suadentibus Arrianis, per sequerentur, quòd Nouarienses multi Iouem, Herculem, Venerem, ac Mausoleum colere ceperũt, prout solebant ante Christi Aduentum, sequentes mala uestigia ipsorum imperatorum qui hoc idem faciebant, sed nolens, D. Noster Iesus Christus filius Dei perire Nouarienses, quos ex eius sanguine pretioso redemerat, misit a partibus Orientis S. Laurentium presbiterum, ad urbem Nouariæ, qui diuino spiritu repletus, & caldea, hebrea, græca, ac latina lingua eruditus, Nouarienses omnes cum Christo reconciliauit, & ad fidem Christi conuertit, & dum impij, & heretici quidam, nobiles genere, ex familia Boliotorum, eundem S. Laurentium proiecissent in puteum plenum aqua existentem extra, & prope mœnia urbis Nouariæ, & in ipso puteo spiritum Deo reddidisset, S. Gaudentius adhuc iuuenis eiusdem S. Laurentij discipulus cũ uniuerso populo Nouariense extraxit ab ipso puteo corpus S. Laurentij quòd fuit repertum non aqua, sed oleo odorifero madefactum: Et ita ab inde in antea per annos centum ex ipso puteo oleum odoriferum in usum Ecclesiarum, ac pauperũ semper scaturiuit, donec nutu Dei fuit desiccatus ob auaritiam quorundam qui ipsum oleum uendere ceperunt, in loco quo scitus erat puteus ipse edificatum fuit Templum amplissimum, & pulcherrimũ eidem S. Laurentio presbytero, ac martiri Nouariensi dicatum a S. Gaudentio ex summi Pontificis Romani licentia, in quo corpus S. Laurentij cum corporibus aliorum multorum sanctorum fuit sepultũ, fuit Templum ipsum cum eius Monasterio, in quo est Abbatiæ dignitas, religionis S. Benedicti Casinensis, dirrutum anno Christi 1552. ab agentibus nomine Caroli Quinti Imperatoris, ut urbẽ Nouariæ, ut dicebant, inexpugnabilem facerent, & iura dictæ Abbatiæ S. Laurentij translata fuerunt per Iulium Tertiũ Pontificem maximum in Ecclesiam omnium Sanctorum Nouariæ dicatum eidem S. Laurentio, ex cuius templo, etiam sacrum corpus S. Bernardi Ciuis Augustæ Pretoriæ Canonici Regularis translatũ fuit in Ciuitatem Nouariæ, in uigilia S. Mariæ Magdalenæ, Anno Christi. 1552. ob ruinas ipsius templi, Festum S. Laurẽtij celebratur ultima die Aprilis, eiusdẽ uero S. Bernardi cælebratur quintadecima die Iunij, eo quòd in ipsa die S. Bernardus in Monasterio S. Laurentij decesserit Anno Domini. MLXXIIII. Qui S. Bernardus Archidiaconus Augustæ Pretoria, erat de familia, & baronibus

bus menton diœcesis Gebenensis, Et Menton est in Sabaudia ultra montes, in statu Sereniss Ducis Sabadiæ. Iacent sub eiusdem Templi ruinis multa alia corpora Sanctorum, iacet & ipse Puteus cum craticula ferrea desuper affixa, iacet & sepulchrum solidum, et marmoreum apertũ desuper ossibus Sanctorum plenum, quod ego uidi, & omnes uiderunt ante ruinas Templi die ac nocte continuo emanere aquam limpidam febres curantẽ, quæ deficiebat, ubi unum ex ossibus abstulisses ex sepulchro, defferendo illud extra limites templi, ac monasterij, & ubi illud sepulchro restituisses incontinẽti scaturiebant aquæ, apud quod sepulchrum hæc carmina antiquitus scripta uidi, ac legi.

Aspicis hoc marmor tumuli de more cauatum:
Id sollidũ est intus: Rima nec ulla patet
Vnde queat tellus occultas mittere linphas:
Manat ab ingestis ossibus iste liquor.
Si dubitas medio sudantes tolle sepulchro:
Reliquias, dices unda salubris ubi est?

Nouariæ sublato ab humanis S. Laurẽtio Dei uerbum prædicare cœpit. S. Gaudẽtius, Eporediæ natus, ex Illust. familia, quæ de Soleris cognominatur. S. Laurentij discipulus, qui sanctitate uitæ, ieiunijs, orationibus, ac innumeris miraculis dum esset in seculo effulsit, per solum enim signum sanctæ Crucis maximum extinxit Incendium Nouariæ ortum, Romæ quædam puella nobilis a demone uexata ad sepulchrum S. Petri Apostolorum Principis ueniens responsum accepit, ut Nouariam ueniret, & a S. Gaudentio curaretur, quod factum fuit. Preterea Theodosium Imperatorem Augustum Cæsarem Christianissimum Nouariæ infirmum, & tunc tũ omniũ Medicorũ iudicio moriturum ex febre pestilẽti, ac ualde maligna per solum Crucis signum in nomine Iesu Christi incontinenti liberauit ab ipsa infirmitate, adeo quòd postea per plures superuixit annos religiosè uiuẽdo. Dum S. Ambrosius Nouariam pertransisset nõ uiso S. Gaudentio Equus eius stetit immobilis, & Nouariam reuersus S. Gaudentium sibi obuiam diuino spiritu factum inuenit, ac amplexus fuit, ei dicens q. erit Episcopus, cui rẽspondẽs ait, q. ab alio, & non ab ipso Diuo Ambrosio fieret Episcopus, & tunc de Cœlo audita fuit uox Angelica, quæ sic cecinit, in re canit Ambrosius, in tempore Gaudentius, Decessit enim S. Ambrosius infra paucos dies, in cuius locum consecratus fuit Archiepiscopus Mediolani S. Symplicianus Abbas, ac Archidiaconus Cardinalis Ecclesiæ Mediolani, nobilis Mediolani patritius, ex familia Ill. Cataneorũ, seu maius captaneorũ Beueratẽ iuxta Briuium Marthesanæ, siue Sorefinæ, qui spiritu sancto ductus ex ordine summi Pontificis Romani creauit, ac consecrauit ipsum S. Gaudentium primum Episcopum Nouariæ anno a Christi Dei filij natiuitate tercentesimo nonagesimo primo, Stilicone tunc Mediolani dominante, & Arcbadio in Oriente, & Honorio in Occidente summis Imperatoribus quàm libẽtissimè cõsentientibus, sedit in ipsa sede Episcopali Nouariæ. S. Gaudentius per uiginti annos maximis miraculis, & uita sanctitate splendens, in qua Ciuitate cõstituit Canonicos S. Mariæ Maioris quos sub regula Canonicorum Regularium S. Augustini in communi Claustro in magna disciplina uiuere cum eis etiam ipsè uiuens curabat, & diuisit Ciuitatem per parochias, Mo

as, Monasteria, ac cellas in eis edificando, quæ temporum, & bellorum iniuria postea deleuit. Decessit ab hoc seculo S. Gaudentius die uigesimasecunda Ianuarij, & stetit eius sacrum corpus inhumatum per sex menses, & duodecim dies cum maxima odoris fragrantia, crescente sibi indies cæsariæ capitis, ac barbæ, & ungium lõgitudine, ex cuius tactu infirmi sanabãtur, & die tertia mensis Augusti subsequentis per S. Agabium secundum Episcopum Nouariæ, & discipulum S. Gaudentij, qui prius fuerat ex Canonicis S. Mariæ Maioris Nouariæ, fuit traditum corpus S. Gaudentij sepulchro in Ecclesia, quam sub nomine ipsius S. Gaudentij, dum corpus eius iaceret inhumatum, S. Agabius, ac populus Nouariæ edificauerũt extra, et prope mænia urbis Nouariæ, in parte quæ respicit Occidentem, cuius Diui Gaudentij Templum adeo amplissimum, & pulcherrimũ erat, quod de eo Virgilianum illud iure merito dici potuisset Templum Augustum ingens centum sublime columnis, sed heus, et proh dolor Tẽplũ ipsum funditus demolitum fuit ab Agentibus pro Carolo Quinto Imperatore Anno Christi 1553. ut Ciuitatem Nouariæ, ut dicebant inexpugnabilem facerent, & ex ipso Templo trãslatum fuit die uigesimasecunda Octobris anni 1553. sacrum corpus S. Gaudentij, cũ corpore S. Adalgisij Episc. Nouariæ, et aliorũ sanctorũ in Ciuitatẽ Nouariæ, et positũ in Eccl. s. Vincẽtij mart. ipsi s. Gaudẽtij dicata, in loco per Mag. Cõmunitatẽ Nouariæ Maximũ templũ in honorẽ ipsius Diui Gaudẽtij ædificatũ est, quãuis nõ adhuc perfectũ. Vnde Nouariæ, et in eius Diœcesi celebrari debent tria festa s. Gaudẽtij ex ordine Põtifi um summorum, unũ die uigesimasecunda Ianuarij cuiuslibet anni, pro eo quia in ipsa die S. Gaudentius migrauit ad Christum, aliud die tertia Augusti cuiuslibet anni, ex quo in ipsa die sacrum eius corpus fuit sepultum in templo sibi dicato extra, & prope mænia urbis Nouariæ, tertium in die uigesimasecunda Octobris cuiuslibet anni, pro eo quia ex ipso templo diruto corpus sacrum S. Gaudentij cum maximo honore translatum fuit in Ciuitatẽ. Nouariæ Vrbe genitus fuit S. Petrus Lõbard. sẽtẽt. magister, & theologorum Monarcha ut tradunt omnes hystorici præsertim Vincentius Gallus, Bernardinus Corius, Paulus Aemilius Veronensis, Frater Iacobus Philippus Bergomensis, Frater Leander Bononiensis, Paulus Iouius, & alij. Fuit autem educatus, & bonis litteris imbutus in Vrbe Nouariæ, quem ferunt fuisse iam natu maiorem antequam litteris operam daret, ac ad discendum litteras ualde rudem, licet in alijs esset uafer, sed studium continuum, & Dei gratia fecit illum doctissimum, ac acutissimum, ita quòd non solùm suæ ætatis, sed etiam priorum seculorum sanctitate uitæ, atque ingenij acumine clarissimus, & celeberrimus fuit. Hic petiit Ciuitatem Parisiorum, & fuit Canonicus Regularis in Monasterio S. Geneuofæ Parisiorum, ut scribit Io. Phylippus Nouariensis de Gaudiano Canonicus regularis in Cronica Canonicorum regularium, et deinde per Phylippum Christianissimum Regem Francorum Ludouici filium fuit accedente Pontificis auctoritate factus Archiepiscopus Parisiorum, in qua Ciuitate floruit ab anno salutis. 1149. usque ad Annũ 1187 & ultra compofuit diuino spiritu afflatus idem Petrus Lombardus quatuor sententiarum libros, quorum principium est Cupientes aliquid de penuria, ac tenuitate

-stra cum paupercula in Gazophilatium Domini mittere, & est ille Petrus quem Dantes Poeta Florentinus in cantu decimo Paradisi describit florere apud Deum in paradiso, de eo sic dicens.

L'altro ch'appresso adorna il nostro choro
Quel Pietro fu, che con la pouerella
Offerse a santa Chiesa il suo thesoro.

Et ulterius idem Petrus Lombardus Nouariensis psalterium totum, ac S. Pauli Epistolas optime glosauit, & sermones plurimos doctos, atque elegantes ad populum habuit. Et cum primum fuit Parisiis, necdum esset cognitus, & audiret quosdam hereticos negantes Virginem Mariam peperisse Christum eius uirginitate immaculata remanente, eos coram Rege Francorum ex multis prophetiis confutauit, eisdē dando exemplum in uno disticho, quod tūc ex tempore fecit oportunè, dum Sol fenestras specularibus uitreis occlusas, thalami Regis in quo erant penetrarèt dicens.

Sol penetrat uitrū, penetratur nec uiolatur.
Sic Virgo peperit, nec uiolata fuit.

Sunt qui scribunt Gratianum S. Proculi Bononiæ Monacum Decreti compilatorem, ac Petrum Comestorem fuisse fratres eiusdem Petri Lombardi, quod ego non admitto, cum inter eos fuerit interuallum temporis quasi cētum annorum ut scribit D. Io. Ant. Cardinalis Alexandrinus in prohemio Decreti. Mater Petri Lombardi Nouariensis sententiarum Magistri, post natiuitatem ipsius Petri, uixit castè, ac religiosè cum maximis ieiuniis, ac orationibus, & Nouariæ diem suum clausit extremum.

Ex Nouaria plures alij in re literaria uiri illustres tempore meo floruere, inter quos est D. Hieronimus Bonipertus Venetiarum Prothofisicus qui Galenum de crisibus e greco latinum fecit, D. Hieronimus Torniellus, iura ciuilia Patauij legens cuius in iure, tàm impressa, quàm imprimēda extant opera multa; D. Augustinus Catia, qui plures libros in lingua etrusca prodijt, D. Lucas Baliotus, qui historias sui temporis elegantissimè scriptas reliquit, D. Lucas Catia Canonicus regularis, qui totam Bibliam heroico carmine diuinitus cōscripsit, D. Io. Baptista Rasarius fisicius, & bonarū literarum uir Eloquentissimus, qui innumera opera greca, tàm cognita, quàm incognita fecit latina, in lucemq. prodijt. Ante istos fuit D. Martinus Paulus de Nibia, qui Dantis opera comentauit, Petrus Apollonius Collatinus qui Hierosolimæ ruinas carminibus cōscripsit, cuius principium est, Exitium Solime & tristes a stirps ruinas, Dicere fert animus, etc. insuper scripsit ēt librū fastorū omniū S. Romanæ Ecclesiæ. D. Bartholomeus de Velate qui Romæ Aduocatus concistorialis extitit, quem Ang. de Gambellionibus pluribus in locis allegat, præsertim in §. interdum furti, col. 1. uersi. ex quo. Instit. de oblig. quæ ex delic. nascun. Et apud me sunt lecturæ, manuscriptæ super institutionibus, ipsius Vellati, quæ falso nunc atribuuntur Baldo, & sub eius nomine impresse sunt, & constat hoc ex testimonio D. Bartholomei Catiæ I. C. Nouariensis; & primi Capitanei Iustitiæ Mediolani, cuius is liber manuscriptus erat, & super eo scripsit, usque de anno. 1435. fuisse non Baldi, sed dicti Vellati. Fuit etiam Nouariensis P. Antonius Cerrutus poeta elegans, D. Io. Maria Cataneus orator facundissimus, Frater Nestor Dionisius de Aduocatis, Mag. D. Io. Bap. Catia, quē Dec. in con suo 160. Discipulū suum acutiss. et Doct. præstantiss. apellat ex Nobiliss. Catiorū familia fuit, a qua

a qua orta est D. Clara mater mea eius consanguinea, Hic dum uiueret fuit totius Italiæ, ac Galliæ oraculum splendidissimum, ad quod omnes ad accipiendum iuris responsa confluebant, & ordinem Senatorium a Francisco Sfortia II. Duce Mediolani sibi oblatū suse pere recusauit, decessit is doctor maximas relinquens diuitias per eum cumulatas, ultra amplum patrimonium paternum, die 12. Decembris. 1552. cuius præclarissima in iure consilia manuscripta apud Nobiliss. & acutiss. Mag. D. Io. Baptistam Catiam eius pronepotem, & successorem suum extant.

Nouariæ urbe pluresnati fuere uiri beati, qui Cœlo fruuntur, in primis S. Petrus Lōbardus Nouariensis, sententiarum magister in Catalogo Sanctorum a summo Pontifice fuit cōscriptus, cuius festū solēnè celebratur Parisiis, Huic S. Ludouicus Francorum Rex altare, & statuam auream erigi fecit in Ecclesia S. Dionisii Parisiorū, cum hac inscriptione. S. Petro Lombardo Nouariensi, sentētiarum magistro, ac theologorum Monarchæ, Parisiorum Præsuli benemerito, Ludouicus Francorum Rex, Ludouici Regis filius, ac Philippi Regis nepos. P. Silentio non est prætereūdus Beatus Paganus Torniellus uir nobilis, pluribus dum uiueret in hoc seculo, & postquā ab eo recessit, corruscans miraculis, Hic in eius iuuentute luxuriose uiuēdo, D. Augustini Tornielli Patritij Nouariæ, ac Philippi Mariæ Vicecomitis Papiæ Comitis, ac Domini Veronæ, Capitanei, eius patris substantiam dissipabat, adeo quòd senio decrepitus anno. 1460. in eius testamēto ipsum Paganum exheredauit, relinquēdo sibi heredes Marcum, ac Rainaldū eius filios fratres dicti Pagani, quod testamentum adhuc extat apud Mag. artium, & medicinæ Doct. D. Hyeronimum Torniellum eiusdem Mag. D. Augustini posterum. Et cum humanum sit peccare, Angelicum uerò emendare, idem D. Paganus sublato ab humanis eius patre, spretis seculi pompis, & illecebris: Christi fidelis seruus esse cepit, crebris orationibus, uigilijs, ieiunijs, atq; disciplinis continuo corpus suum affligens, modo uillam Barengi, modo Heremum habitando, & sacra omnia loca, pauperis peregrini more pro fide Christi petendo, relicta sibi a patre pauperibus erogando. Hic dum ad Galitiam pergeret ad sacrum templum S. Iacobi in Compostella situm, & iam iam apud ipsum templum esset quandam nubem uersus Cœlum uidens, dixit eius itineris sotijs peregrinis pauperibus Barengi, nubem, quæ tunc in aere uidebatur, esse Angelos qui animam cuiusdā pauperis Barengi in ipso momento in oppido Barēgi Diœcesis Nouar. defuncti, in cœlum ferebant; Et ita B. Paganus, & sotij peracta ipsa peregrinatione reuersi fuerūt Barengum, & inuestigantes eius sotij de obitu illius pauperis inuenerunt eundem ab hoc recessisse seculo in Villa Barēgi, eisdemmet die ac hora quibus Beatus Paganus Torniellus eis apud Compostellæ Ciuitatem in Galitia; significauerat illum migrasse ab hoc seculo. Migrauit ad Iesum Christum ipse Beat. Paganus in Ciuitate Assisij, ex morbo pestis super eius brachio dextro scementis anno Christi. 1478. dū ad ipsam Ciuitatem profectus fuisset ex maxima religione quam habebat erga S. Franciscum, in cuius Ecclesia Assisij fuit sepultus. Eidem B. Pagano Torniello erectum fuit Altare in Ecclesia S. Ioannis Euangelistæ, quæ aderat extra, ac prope mœnia Vrbis Nouariæ, Anno Iesu Christi. 1524. per nobiles uiros. D. Marcum Plo

tum Auum meum Vrbis Nouariæ Decurionem,ac.D.Bernardum Bollinum, tunc a Ciuitate Nouariæ creatos Præsides offitij Sanitatis Vrbis Nouariæ,ob pestem sceuientem in uniuersa Insubria.Temporibus ēt S.Bernardini de Senis floruere B.Thomas de Catijs,ac Beatus Matheus de Noli, ambo Ciues,& nobiles Nouariæ,eiusdem S. Bernardini discipuli religiosissimi, & fratres ordinis minorum obseruātiæ in Monasterio S.Nazarij extra, & prope Vrbem Nouariæ,ab ipso s.Bernardino constructo commorantes,continuo Deum orantes, ieiunio sacro,& orationibus semper dediti, infirmos semimortuos plures per solū Crucis signum,in nomine Iesu sanantes,prophetiæ spiritu repleti futura quasi præsentia differentes,in Monasterio etiam S. Hieronymi scito extra,ac prope Nouariam anno Christi.1495. Paulo ante constructo expensis D.Nicolai Morbij patritij Nouariē,claruit B. Leo de Catijs Nouariæ nobilis,monachus ordinis diui Hyeronimi uir prope diuini ingenij, clarus uitæ sancti tate,ac miraculis innumeris,Anno Christi 1502. decessit ab hoc seculo in urbe Nouariæ Beata Ioāuina, uitæ sanctimonia pluribus coruscans miraculis,uiuens in Ecclesia s.Agabij tūc extra, ac prope menia Vrbis Nouariæ,scita in oratorio sibi deputato.In pago etiā Cerredani districtus Nouariæ ortus fuit Beatus Pacificus ordinis minorum in insula Sardiniæ obiens die quinta Maij,cuius corpus translatum fuit ad ipsum Cerredani locum, circa annum Christi. 1487. Ex eodem ordine etiam claruit Beatus Gaudētius de Vebemenia temporibus S.Bernardini de Senis.

Nouariæ Vrbem cum mero ac mixto imperio,& cum omnibus regalibus, ac flumine ticini,& cum hominibus liberis Nouariæ, Otho primus Ro. Imperator, dono dedit anno Christi 947. Ecclesiæ Nouariensi S.Gaudentij.& cuicunque Episcopo Nouariæ per tempora in perpetuum existenti,eum creando Comitem,ac Dominū perpetuum,& irreuocabilem urbis Nouariæ in temporalibus,& hanc donationem successiuē confirmarunt Otho secundus Imperator Romanorum,ac Otho tertius ēt Romanorum Imperator, filius, ac nepos, Othonis primi,& donec ipsi tres Cæsares uixere,Episcopi Nouariæ urbem Nouariæ etiam in temporalibus absque alia contradictione possidere,& priuilegia ipsa uidi, ac legi in forma authētica existentia.Post ipsos imperatores parum perseuerarunt Nouariæ Episcopi in urbis Nouariæ possessione,seu quasi Dominij temporalis, licet Federicus Imperator ac Henricus eius filius in pace Constantiæ cum urbe Nouariæ innita anno Christi. 1183. reseruauerint ius Episcopi, ita quòd ubi ciuitas ab eo soleret recipere Consulem iustitiæ,quòd ab eo reciperet, Anno tamen uirginei partus 1311. Henricus eius nominis septimus Imperator creauit Episcopū Nouariæ perpetuum Comitē,ac Dominum in temporalibus Domus Ossulæ, ac totius uallis Ossulæ .

Nouaria ante annum Christi.1183.per plures ac plures annos uiuebat in libertate, ut uideri potest apud Corium,& in titulo pacis Constantiæ inserto in corpore iuris communis,necnon & in statutis Nouariæ, ac dominabatur Valli Sicidæ,Valli Antigorij,Palātiæ:Intro, Vogoniæ, Vebemeniæ,& uniuersæ eius diœcesi, pretores in ea deputando.Et cum Federicus Imperator Cæs. Aug. Romanorum, & Henricus sextus Rom. Rex,eius filius uellent Nouariæ,& ceteris Ciuitatibus Lombardiæ imperare

perate, facta fuit liga inter omnes ipsas Ciuitates, quæ dicebatur Societas Lombardorum, et ingens bellum contra ipsum Imperatorē, ac Regē Rom. cōmissum fuit. tādē in Ciuitate Cōstantiæ, ad pacē deuētū fuit inter ipsum Imperat. ac Regem Rom. ex una, & reliquas Ciuitates Lombardiæ ex alia, in qua Imperator urbi Nouariæ, & reliquis Ciuitatibus dictæ societatis Lōbard. permisit q. possent uti regalibus, & iurisdictione in ciuilibus, ac criminalibus, prout ante habebāt, ac ē: q. cōsules iustitiæ iuxta sollitū haberēt. In ipsa pace Cōstantiæ celebrata anno Christi. 1183. 7. cal. Iulij: Legati urbis Nouariæ fuere, Obizo uir Ill. patritius Nouariæ, cuius cognomen erat de Briona. D. Thedisius Cabalatius. D. Gerardus Boniprādus, quā postea. D. Rogerius Marcellinus prætor Nouariæ. D. Federicus de bono, ac D. Michael Capra Oratores urbis Nouariæ, anno tūc sequēti in urbe Placentiæ denuo confirmarūt.

Nouaria Anno salutis. 1226. misit. D. Arditionū Catiam, ac D. Iacobū de la Porta eius Legatos Mantuam, ut interessent Concilio societatis, & ligæ Ciuit. Lōgobardorū, tunc celebrando, & ita ut scribit Corius actum fuit.

Nouariæ Ciuitas, Anno Christi. 1267. omnimodam eius potestatē dedit Ill. D. Rogerio Catiæ, ac D. Vgoni Tareso Nouariæ patritijs, ut Mediol. pergerent, & ligam. & societatem cum alijs ciuitatibus Lombardiæ reformarent in defensionem S. Rom. Eccl. & Sūmi Pontificis ad destructionem eorū inimicorum, & maximè Coradini ex Fed. II, Imperatoris sanguine nati, & ita ut ait Corius statutū fuit. Florebat in ea tempestate. Ill. D. Paulus Catia, bellorū, et pacis temporibus uir insignis, & ditissimus annui redditus aureorū uiginti mille, ad cuius prudens cōsiliū Respubl. Nouariæ, tunc regebatur, & ab omnibus uno ore pater patriæ uocabatur. Hic est ille qui uulgariter, Po Caza appellatur.

Nouariensi districtu, ac Diœcesi adest pagus cui nomē est Inuoriū inferius, in quo die 15. Augusti anni. 1250. natus fuit Matheus Magnus Vicecomes, qui fuit Vicarius Imperialis, ac Dominus Mediolani, & a quo omnes Vicecomites Mediolani Duces descenderunt, ut testatur Corius, Paulus Iouius, ac alij, adeo quòd omnes Vicarij Imper. ac Duces Mediol. qui fuerūt ex Illustriss. Vicecomitum familia dici debent Nouariēses l. qui ex uico, ubi tex. gl. ac Doc. ff. ad municip. In exequijs Io. Galeazij Vicecomitis uirtutū Comitis ac Mediolani Ducis posteri dicti Mathei Magni, urbis Nouariæ legatus fuit Mag. D. Martinus Catia Doct. Nouariæ ciuis anno Xpi. 1402. ut ait Corius in cuius Io. Galeazij Viceco. uirtutū Comitis, ac Mediolani Ducis testamento cautū fuerat, ut Mag. D Franc. Barbauaria, Nouariæ patritius esset administrator, cōsiliarius, et tutor Io. Mariæ Angli Vicecomitis filij primogeniti Mediol. Ducis, ac Phylippi Mariæ Angli Vicecom. eius filij secundogeniti, Comitis Papiæ, ac aliarū Ciuit. ut testificatur Corius, ab hoc D. Frā. Barbauaria Nouariē. nati fuere omnes Barbauarij, pagi Grauarolle Nouariensis Diœcesis cōdomini, qui ex antiquo incolatu effecti sunt Mediol. Ciues, et patritij, adeo quòd in collegiū iurisperitorū, et officiū promissionis Mediolani admittūtur. Familia Barbauariorū Nouar. ciuiū, Vallisicidæ, Pallātiæ, ac intro olim dominabatur proculdubio, uti comites.

Sub Carolo V. Imp. Floruit Ill. D. Marcus Barbauaria Senator Mediol. ipsius Mag. D. Frãc. pronepos, qui præses Excellẽtiss. Senatus Mediol. fuit defũcto Ill. uiro D. Iacobo Phylippo Sacco Præside. Sũt et alij nob. Barbauarij Nouar. & in eius diœcesi ẽt nũc florentes successores D. Fr. Barbauariæ.

Nouariæ urbe nati fuerũt Ill. uiri D: Ribaldonus, & Calcinus Tornielli fratres duo fulgura belli, filij Ill. D. Io. Aloysii Tornielli ditissimi, & castri Vergani cõdito ris, ac domini. ob quorũ uirtutes egregias, & potẽtiã ductus Ludouicus cognomẽto Bauarus Rom. Imp. ut scribit Corius creauit ipsos Torniellos anno Christi 1327. Vicarios Imperiales in urbe Nouariæ, ac dominos, & Comites Aronæ. Et quamuis anno Christi. 1329. idem Ludouicus Imp. creauerit Azonẽ Vicecom. Vicariũ Imp. in urbe Mediol. reseruauit tamẽ ipsis Torniellis omnia eorũ priuilegia per eũ eisdẽ cõcessa, & de nouo eis illa cõcessit, eũ pacto quòd in Ciuitate, ac Episcopatu Nouar. nõ deberet Imperator facere aliquã nouitatẽ, p aliquibus tũc retro occursis, ipsis Torniellis remanẽtibus fidelibus Imperij sicut ante ipsas nouitates erãt, ut testatur Corius, & ipsorũ priuilegia uidi ego apud Mag. D. Io. Aloysiũ Torniellũ umorẽ socerũ meum ex cõdominis Vergani, ac ipsorũ Ill. Ribaldoni, & Calcini pronepotem, Anno tamen salutis Christianæ. 1332. 22. Maij R. D. Io. Vicecomes Mathei Magni filius expulsis Ribaldono, ac Calcino Vicar. Imper. Torniellis ab urbe Nouariæ, obtinuit ciuitatis Nouar. dominiũ in tẽporalibus sine ciuili cõtradictione, asserẽs urbẽ ipsam ad Episc. Nouar. spectare ex priuilegijs Imp. Othonis primi, secundi, ac tertij, quæ affigi fecit ad pedes crucifixi, & cũ eo, ac cũ statua argẽtea S. Gaudentii, ac quibusdã eius reliquiis, & cũ brachio S. Agabii Nou. Episc. theca argẽtea occluso, Vrbẽ uniuersam Nouar. lustrauit cũ uniuerso Clero Deo gratias agẽdo ob Nouar. per eũ recuperatã, insu p in Ecclesiis prędicationes, ac sermones haberi fecit, & ipsorũ Imper. priuilegia publicari, quæ omnia populũ Nouariæ ad commiserationẽ, ac pietatẽ ita cõmouerũt, ut Crucẽ, & arma pro Eccl. ac Episcopo Nouar. suscipere iurauerit cõtra ipsos Ribaldonũ, ac Calcinum Torniellos, ubi Nouariã reuerti noluissent. Confugerũt Ribaldonus, ac Calcinus ad urbẽ Veronæ in qua Scaligeri tũc erãt Principes & cũ quibus affinitatẽ habebãt pro eo quia Ill. Mulier, cui nomẽ erat Brimaxante, soror Ill. Thomę Marchionis Malaspinæ de Cremorio, et sanguine cognationis iuncta cum Scaligeris Veronæ Dominis, erat uxor eiusdem Ill. Ribaldoni Tornielli, sed breui tẽpore Veronæ ab hoc decessit seculo ipse D. Ribaldonus, relictis Ill. Antonio, ac Alberto filiis eius, & dictæ eius uxoris minoribus, a quibus, & ab ipso D. Calcino, Mag. Tornielli, qui nunc sunt Vergani cõdomini descẽderũt, Hac uictoria parta ellatus R. D. Io. Vicecomes Nouariæ Episc. Vigleuanũ tũc pagũ diœcesis Nouar. tãquam mẽbrũ Episcopatus Nouar. obtinuit, et omni conatu curauit fieri Mediol. Archiep. Et ita Episcop. Nouar. permutauit eũ R. D. Aicardo Cumodeo Nou. ciui, tũc Mediol. Archiepisc. & ab eo Archiepiscopatũ Mediolani accepit, Et id egit quam libẽtissimẽ Aicardus eũ esset Vicecomitũ inimicus, nec posset ob eorum potentiam frui Archiepiscopatu, nõ tamẽ passus fuit idẽ Ioan-

Ioannes Vicecomes ipsum prefatũ Episc. Nouariæ, in tẽporalibus urbem Nouariæ possidere, licet ipse expulsis Torniellis urbẽ Nouariæ recuperauerit sub colore priuilegiorũ Cæsareorũ donantiũ urbẽ Nouariæ Episcopo Nouar. sed postea effectus fuit ipse D. Ioãnes dñus in tẽporalibus Mediol. ac totius Lõgobardiæ. Ex eodẽ Ill. D. Antonio Torniello Ill. Ribaldoni filio, descẽdit alter Ribaldonus Torniellus tẽporibus pacis, ac bellorum insignis, qui in urbe Nouar. obiit die 24. mẽsis Iunii anni. 1414. cuius cadauer cum maxima pompa sepultum fuit in Eccl. S. Ioannis Euangelistæ fratrum heremitarũ s. Augustini extra mœnia urbis Nouariæ sitæ, quibus legauit unum, & uiginti iugera prati cũ aquarũ iuribus Rugiæ ueteris, in territorio Terdobiati, cum onere celebrãdi anniuersaria. Creauit idem Ludouicus Imper. mortuo Ribaldono, eũdem Calcinum, & Franc. ac Petrũ fratres Torniellos, filios eiusdẽ Calcini Vicarios suos Imperiales in urbe Nouariæ.

Nouariã per tirannã occupabat Frãciscus de la Turre anno Christi. 1272. cuius Pretorem occidit D. Gulielmus Brusatus filius D. Iacobi, qua de re motus Frãciscus Turrianus, tũc Nouariæ condidit Castrum includendo in ipso castro palatium nobilium de Thetonis ut scribit Corius, & castrum ipsum ampliauit postea Galeaz Vicecomes ex sanguine Mathei magni Vicecom. Vicarius Imper. gener. anno Christi. 1359. faciendo funditus euerti tẽplũ S. Luchæ frat. minorũ ord. S. Franc. ac populosũ suburbiũ, ac pallatio Ribaldoni, ac Calcini Torniellorum. Fuitq trãslatũ de anno 1359. monasteriũ D. Frãc. in urbe Nouaria, in loco appellato guastum Caballatiorũ, ubi alias erat eorũ pallatiũ q̃ p partẽ Gibellinã dirutũ fuerat, & ex eleemosinis Ciuium, præsertim Torniellorum, ac Catiorũ, & aliorũ, mirificè creuit tẽplũ ipsum, ad quod sepulchra Catiorũ, Torniellorũ, Leonardorũ, Cataneorũ, Nibiorũ, Plotorũ, Piscatorum, ac Thetonorũ, & aliorum quæ erãt in ipsa S. Luchæ Eccl. translata fuere. Fuitq. ampliatum ipsum monasterium, ex domibus Catiorum de anno. 1477. cum onere celebrãdi anniuersaria. Anno autem Christi. 1475. Galeaz Sfortia Mediolani Dux castrum ipsũ fortius reddidit ex multis quæ edificare fecit ex lapidibus alterius fortelitii, quod erat extra, ac prope Nouariam Citadella appellatũ, quod radicitus demoliri fecit.

Nouariã cũ eius districtu, & omnes in eis habitantes interdicto, ac anathemate irretiti fuerunt per Ioannẽ xxii. ac per Benedictũ octauũ summos Pont. pro eo quia Matheo Magno Vicecomiti, ac Galeatio eius filio, dum essent S. R. Eccl. rebelles, opem etiam cum exercitu tulerint, cõtra sedem Apostolicam, & Ludouico de Bauaria in coronatione Imperii de eo facta Mediolani fuerint, cũ scirent tunc eum esse rebellem S. R. Eccl. & Petrũ de Corbario Antipapam creatum suasu ipsius Ludouici, pro uero Papa, licet non esset, contra ipsum Ioannem uerũ Papam recognouerint, modo coacti per D. Ribaldonũ, ac Calcinũ Torniellos dũ essent in urbe Nouariæ ipsius Ludouici Bauari Vicarii, Et modo per alios agentes nomine eiusdem Ludouici, Tandem die quinta Nouembris anni. 1340. omnes Decuriones, cõsiliarii, ac Præsides Nouar. miserũt ad summũ Pont. Benedictum viii. amplum, et speciale mãdatũ, cũ promissione, quòd semper, et in ppetuũ, sanctæ Rom. Eccles.

tiusq. mandatis, ac summo pontifici parerent, supplicando, ut ab excommunicatione, ac interdicto Ciuitatem ipsā, ac districtū et Comitatū, omnesq. in eis habitantes ab interdicto liberaret. Et ipse Beatissimus pater Benedictus duodecimus, Pontifex maximus in sacro Cardinalium Consistorio absoluit, ac liberauit ciuitatem Nouariæ, & omnes in ea habitantes, & Comitatum, ac in eo degentes, & omnes Ciuitatis, & Comitatus uiuētes, ac mortuos, ab omnibus interdicto, anathemate, excommunicatione, maledictione, sententijs, ac censuris, cum onere tamen iniuncto Communi Nouariæ ædificandi capellam unam in Ecclesia maiori, & Cathedrali Nouariæ in honorem S. Benedicti Abbatis, cum prouentu annuo triginta florenorum auri, libris, calicibus, Crucibus, uestimentis, paramentis, & alijs ornamentis decoratam, in qua Sacerdos unus, & Minister diuina indies celebrare debeāt, & quod ita perpetuis temporibus expēsis Communitatis Ciuitatis Nouariæ debeat ipsa capella manuteneri. insuper mādauit idem sūmus Pontif. quòd in perpetuum quolibet anno in festo, S. Benedicti commune, populus, & homines, & rectores, ac consiliarij, & Decuriones in vrbe Nouariæ per tempora existētes uoce præconia populo conuocato ad dictā Capellam conuenirent, & missam ibidem solemniter audirent, & quòd populo, ut supra, ac Decurionibus conuocatis, fiat sermo prædicatio, ac uerbum Dei per Prædicatorem, qui memoriam in publico facere teneatur, tātæ gratiæ ipsis misericorditer a Sede Apostolica de tot, & tantis excessibus, per eos perpetratis, & quòd in die festiuitatis ipsius s. Benedicti Abbatis singulis annis in perpetuū Commune Nouariæ teneatur facere eleemosinā in Ciuitate Nouariæ mille pauperibus, dādo cuilibet pauperi, anū panē bonū, ac cōuenietē albū, pōderis 12. unciarū, p quolibet, Et casu quo aliquo tēpore nō reperirentur in ipso s. Benedicti festo in urbe Nouariæ mille pauperes, quòd reliqua pars panis, quæ ex ipsis mille superesset distribuatur in pauperes Ciuitatis Nouariæ uerecundos, ita q̃ eis cōputatis fiat in perpetuū dicta eleemosina, Et ubi Communitas ipsius Ciuitatis omnia, & singula prædicta non obseruauerit, decreuit ipse summus Pontifex quòd cōmune Ciuitatis Nouariæ, nec non Comitatus, & districtus ipsius, ac omnes homines, in easdem pœnas, ac sentētias, interdicta, maledictiones, & censuras, ac bonorum confiscationes, quibus subiacebant antea, reincidant ipso facto, & prout latius de præmissis cōstat ex bulla Apostolica dicti Benedicti 12. Papæ data Auinioni, quæ omnia pro Ciuitate Nouariæ ratificata & iurata fuere infra mēsem. Postea per Sedem Apostolicam indultum fuit, ut Decurionibus consiliarijs Nouariæ ad missam prædictam accedentibus, & eleemosinam mille panum huiusmodi ad ducētos alios panes augentibus absque alia conuocatione populi, uoluntati summi Pontificis satisfactum esse censeretur, firmis tamē manentibus præmissis alijs obligationibus. Et quia quandoque omnes uiri Consilij, & regiminis Nouariæ facile accedere ad ipsā missam non poterant, nec possent in futurum, Anno Christi. 1538. electi fuere per Communitatem, & Consilium urbis Nouariæ Ill. D. Zanardus Torniellus Iureconsultus, ac. M. Co. D. Paulus de la Porta, ut uti legati Romam peterent, & dispensationē obtinerent, ut loco populi,

ac

ac cōsilij Nouariæ unus ex decurionibus sufficeret quò ad ipsā missā audiēdā, & ita p B.Paulū tertiū Pōtificē maximum ex speciali gratia indultū fuit, firmis tamen manentibus alijs obligationibus supius expressis datis p ipsū Benedict.12.

Nouariæ ciuis Ill.D.Ardicinus de la Porta aduocatus concistorialis creatur Cardinalis p Martinū.5.Pō.Max. āno.1418 Et alter Ill.D.Ardicinus eius nepos, creatur ēt Cardin. p Innocentium.8. papā anno 1484.& defūcto ipso Innocētio Cardinales eūdē Ardicinū iuniorē de la Porta creare uolebant papā, nisi Aschanius Sfortia Cardinalis Ml'i Ducis, & Nouariæ dñi frater phibuisset sub pretextu q̄ nollet etas fratris subditum fieri eorū dominum supremum.

Nouariæ collegiū artium, & medicine doctorū auctore Principe erigitur, & primus Collegij prior fuit Mag. D. Nicolaus Plotus, anno.1481.

Nouariæ populus catholicus unà cum summo Pōtifice exercitum parat contra F. Dulcinum pessimū & heresiarcā, & illū cum eius exercito anno 1307. fudit in mōtibus Ossulæ Nouariensibus, & Dulcinus & Margarita capiuntur, Nouariæq; teste Landino in Dantis commentarijs, comburuntur, & de hoc loquitur in 28.cantu inferni Dantes dicens.

Hor di a Fra Dulcin dunque che s'armi:
Tu che forsi uedrai el Sol di breue,
S'egli non uuol qui tosto seguitarmi
Si di uiuanda, che stretta di neue
Non rechi la uittoria al Nouarese
Ch'altramenti acquistar non saria leue.

Nouariæ ciuis fuit F.Ioānes Catia, qui cū F.Io.Rocho Papiense fuit instaurator religionis Heremitarum obseruantiæ.

Nouariæ antiqua, & nob. est familia quæ prius de Castello fuit appellata, & cum ex ea nati, ab antiquo dignitate Comitali insigniti essent fuerūt omnes de comitibus de castello cognomitati, demū ex eadem familia, pcreati diuerso nōie ab eētu fuerūt appellati q̄dā enim Barbauarij nuncupātur, alij de Gatico, alii de Reuestate, alii de grate cognominātur, ob habitationē, quā eorū maiores fecerūt in Castro Gatici, Reueslati, Grati, sunt et alii q̄ de la Ca di mezzo nominātur, alii etiā sunt Rochā Vallis Sicidæ habitātes, q̄ de la Rocha, et de Martinolo a D.Martinolo Barbauaria eorum attauo cognominātur, et tamē ipsi oēs sūt antiq̄ et nobiles Ciues Nouariæ ex familia de Comitibꝰ de Castello, ex qua antiq̄tus fuere Illust. uiri Māfredus, Ioncelmus, Vbertus, Crollamons, pace et bello insignes, et post eos fuere ex eadē familia Cōradus, Martinus Andreotus, Martignonus, & Gulielmus, quibus Otho quartus Rō. Imper. cōfirmauit, & de nouo in feudū cōcessit Castrū s. Angeli, Reueslati, Gatici, Cerri, ac Marani nunc maranū appellati, Ripā Pallātiæ, & alia loca, cū mero, ac mixto Imperio, ut cōstat ex priuilegio cōcesso p ipsum Imperatorem Placētiæ anno 1210.

Nouariæ Ill. D. Ribaldonus Torniellus vicarius imperialis sedādo cōtrouersiā ortā inter Mag. D. Māfrinū Torniellum D.Caluanei filiū, & Mag. D. Frācischinū Torniellū ex eiusdē D. Caluanei filio nepotē, operatur q̄ ad diuisionē ueniunt, unde D.māfrino Castrū Tarone cū omni eius territorio, D.Frācischino castrū Vignarelli cū eius territorio in diuisionē obuenit anno.1328.14. Martii, floruit anno Christi.1411. Mag.D.Ioannes Torniellus ipsius Domini Manfrini filius in re Militari uir Illustris, & Bur-gimane,

&

& in eo permansit per dies x. uel circa, antequàm Deo sacrificij ille uir, animã redderet.

Nouariẽsi diœcesi in terra Quarone Vallis Sicidæ, nascitur B. Virgo Panesia uirginitatis, ac pudicitiæ custos continuis ieiunijs, ac orationibus apud Deũ oratrix, martirium continuũ ab impia nouerca sibi illatum Christi amore patienter sustinens; cuius corpus cum anima eius ad Dominum Quaronæ migrasset, diuinitus trã sfertur Aghemiũ multis fulgẽs miraculis.

Nouariæ nobiles Decuriones & consiliarij cognomento Tornielli, Catij, Aduocati, Auogadri uulgariter dicti, Brusati, Nibii de Nibia cognominati, Boniperti, Portigeri qui de la Porta denominantur, Catanei qui & capitanei, & captanei cognominantur, Barbauarij, Leonardi, Thetoni, Gritti, Lãgnidi qui modo Langhi dicuntur, Reueslati qui comites de castello cognominantur; Piscatores, Baliotti, Berchiochi, Scriuenti qui & Scriuanti nominantur, Varoni qui & Varones rectè dici possunt, Ploti a Plãco Ploto Rom. Imper. & Consule designato oriundi, Porotii, Fortes, Abondii, Caualiani, Morbii, Vespolati quibus de ue polate, siue de Vespolato est cognomẽ, Buzii prius Albutii a Caio Albutio dicti, Manni, Boxii, Baldi, Paltroni qui nunc Patroni cognominantur, Mati, Cicadæ, illi quibus de Prinis est cognomen, Camodeæ omnes consiliarii communis Nouariæ celebrarunt pacta cum D. Iuliano Guascono Mediolani patritio, procuratore Ill. Lud. Mariæ sfortiæ Ducis Barri, et tutoris ac guber. Ill. Io. Gleazii Sfortiæ Mediol. Ducis, ut liceret ipsi Ill. Ludouico ex flumine Sicide Nouariẽ. ducere aquas, ad irrigã dũ bona Ariotæ, Montis imperialis, ac Sfortiadæ, ita tamẽ q. p usu molẽdinorũ Nouariæ, ac pratorũ tenerentur Ill. Ludouicus, & habituri causã ab eo manutenere perpetuo rouedia octo aquæ, fuit ipsũ Domus Sfortiadæ ultimum excidium, defuncto enim Io. Galeatio Sfortia Mediolani Duce obtinuit ipse Ludouicus Ducatũ Mediol. et reliquas insubriæ Ciuitates & ut scribunt Corius, ac Iouius plura aquarũ & bonorũ iura Torniellorũ, ac Catiorũ indebitè occupauit modo ipsius instrumenti, modo alio colore quæsito, qua de re Ill. Comes Mãfredus Torniellus Brionæ Dñs, & Ill. Comes Opecinus Catia Caltignacæ Dñs, ipsum Ducẽ Mediolani tirãnũ appellãtes, de anno. 1495. instarũt ut in Ciuit. Nouar. Ill. Lud. Dux Aureliẽsis Capitaneus generalis Christianissimi Caroli octaui Frãchorũ Regis ueniret, adeo q. ipse Lud. Sfortia vrbis Nouariæ dominatione priuatus fuit.

Nouariæ duo fuere Ill. Opicini, Catia stirpe oriundi, quorum unus albus, cui pater fuit Ill. D. Io. Catia, & alter niger a uultus colore appellabatur, & hi sunt illi quos commemorat Corius.

Nouariæ decus immortale fuit Ill. Comes Opecinus Catia, Ill. Io. Catiæ Nouariæ patritij filius, qui & Cassium se cognominari uolebat; ex quo Catiorũ domus a Cassiorum Romanorũ familia sua trahit originẽ. Diuus enim Carolus viii. Francorum, & Siciliæ Rex, dũ esset Lugduni et sciuisset Ill. Io. Frãciscũ Bautiũ ciuitatis Neritoni Ducẽ, ac Comitẽ vrbis Ogẽti, & dñm opidorũ Parauitæ, & Supsani, ac castri, ac Tricasse, quę sũt in Siciliæ regno, esse sibi rebellẽ, & adherere D. Ferdinando Aragonæ, qui sua classe urbem Neapolis occupabat, dicens Regnũ Neapolitanum ad se spectare, declarauit eũdẽ Bautiũ rebellẽ, & eidẽ Ill. Opecino Catiæ con-

tiæ cõtulit Ducatũ ipsius urbis Neritoni uulgariter Nardo nuncupatæ, ac cõita tũ Ogẽti, et dñim aliorũ locorũ superius memoratorũ, creãdo eũdẽ Ill. Opecinum Catiã, & eius oẽs descẽdẽtes Duces, Comites, ac Dños ipsarũ ciuitatũ, ac locorũ ut constat publico priuilegio p ipsũ D. Carolũ Regẽ cõcesso Lugduni die 23. Maii anni partus Virginei. 1496. Et sublato ab humanis ipso Carolo, cũ fuisset creatus Frãcorũ Rex Ludouicus Aureliensis Dux, adeptus fuit Mediol. Ducatũ, & reliquas Insubriæ Ciuitates ipse Rex Ludouicus, plurimũ adiutus auxilio ac consilio ipsius Ill. Opicini Catiæ, qua de re eundem Catiam creauit Mortarii Marchionem illi, & eius descendẽtibus cõcedẽdo in eo merum, ac mixtũ imperiũ, et gladii potestatem. & ulterius mense Nouẽbris anni. 1515. Diuus Frãciscus Frãcorũ Rex, qui Ml'o, Nouariæ, et uniuerse Insubriæ dominabatur, eidẽ Catiæ, & eius posteritati dono dedit, & in feudum cõcessit uniuersam Vallẽ Sicidã cũ mero ac mixto imperio, & gladii potestate, cõtra ius derogando ipsius uallis priuilegiis ducalibus, quibus cauetur, ut uallis ipsa alicui in feudũ dari non possit, sed ipsius uallis possessionẽ nũquã habuit, nec habere potuit, quia Vallissicidani armatum exercitum tenẽdo ad eius cõfinia mandatis Francorũ Regis nũquã obedire uoluerunt, eorũ priuilegia illæsa ut iuris erat armis manutenendo.

Nouariæ anno salutis. 1550. obiit Comes Philippus Tornellus Brionæ, ac Blandrati Comes, & Pare Dñs, Co. Manfredi Tornielli Brionæ, ac Lugani dñi ciuis Nouariæ filius; Sereñ. Ferdinandi Rom. Regis contra Turchas Locũtenẽs, & capitaneus Generalis, Fuit enim Ill. Antonio Leiuæ, D. Caroli V. Imperat. uices gerenti, maximum auxilium, ad Mediolani Dñium, expulso ab eo D. Frãcisco Frãcorum Rege, recupandũ, Qua de re et ab eo ipso Leiua anno Christi. 1527. habuit donationẽ opidorũ Galliati, Carauagii, & Vailati, & ob eodem Cæsare postea reddituũ annuũ, & ppetuũ octingentorũ aureorũ ex Ml'i uectigalibus, & Blãdrati Comitatũ dono obtinuit p se, & eius descẽdẽtibus. Floret nũc eius filius Ill. Co Manfredus Tornellus grauioris armaturæ militũ equestriũ Capitaneus prudẽs.

De anno 1549. Nouaria cũ aliis Ciuitatibus Status insurrexerũt cõtra Mediolanũ, ut nouũ extimũ fieret, ad hoc ut õia onera in loco bonorũ equaliter soluerẽt.

Nouariæ urbis amplum, & populosũ s. Stephani suburbium, ac s. Io. Euãgelistæ Tẽplũ, & monasteriũ uastissimũ, extra ac prope menia ciuitatis, ac s. Agabii Nouariæ Episcopi Ecclesia cũ parte suburbii diui Agabii, & alio suburbio Citadellæ, ac alio Portæ noue suburbio, & amplissimum s. Petri Martiris Templum, & monasterium fratrum Prædicatorum, & diue, S. Mariæ Caxellarum Monialium monastærium extra, & prope mœnia Ciuitatis scitum, cum magna. S. Gaudentii suburbii parte radicitus a Cæsarianis demolitur anno. 1552. quo anno me adiuuante Nouariæ fratribus prædicatoribus locus Ecclesiæ S. Quirici, Heremitanis uerò locus Ecclesiæ s. Pauli datus fuit: dirutum ẽt fuit amplum monasterium & Ecclesia Carmelitarum, & nisi Mag. D. Io. Baptista ab Aduocatis Iureconsultus collegii nostri Nouariæ Mag. D Gaudentii filius, & Mag. D. Iosepb. Bsliotus Doctor præstantissimus, ac Io. Baptista Plotus, modo Excell. et Ill. Petrum Paulum

Paulum Rigonum præſidem Senatus, modo Ill. Ducẽ Albæ, modo Ill. & R. D. D. Christophorum Madrutium, Cardinalem Tridentinum exoraſſet ad Nouariæ urbis pietatem, reliqua pars ſuburbiorum, & ecclesiarum quæ ſunt extra, ac prope Nouariam cũ Eccleſia cathedrali, & alijs pluribus domibus in urbe Nouariæ ſcitis, eſſet nunc penitus deleta ſuaſu cuiuſdã, quẽ ipſe Plotus ab Ill. Duce Albæ Cæſaris, et Regis Angliæ in Italia uicario, ab urbe Nouariæ moueri curauit.

ONERVM inmunitas non extenditur ad onera belli, peſtis, nec alterius magnæ neceſſitatis, niſi de eis in ſpetie ſit dictũ in cõceſſione immunitatis, & eſt com. op. num. 17. uer. ſic & immunitas, & num. 18. uer. ſed ubi, & num. 19. uer. ſed teſte, & nu. 20. uer. & que, & num 21. uer. onera. & num. 22. uer. & iſtud, & nu. 23. uer. & dato, & & nu. 24. uer. & ubi. fol. 8 cum ſeq.

Onerum inmunitas conceſſa quando poſſit reuocari, nu. 23. uer. & dato. f. 10.

Onerum inmunitas conceſſa ubi eam concedẽs ſit leſus, ſeu leſa, an reſtituatur in integrum, nu. 24. uer. & ubi. fol. 10.

Onera ùt omnes ſoluãt ubi ſtatutum, uel decretum dicit, tunc dictum ſtatutum, ſeu decretum trãſit in contractum, adeo quòd non intelligitur illi derogatum per conceſſionem inmunitatis cum clauſula nõ obſtãtibus niſi ſaltem cum eius ſpetialiſſima derogatione num. 20. uer. & quæ. f. 9.

Onera taxarum equorum, & hoſpitationũ militum ſunt onera realia a quibus etiam priuilegiatus, & inmunis, & forenſis non poteſt ſe excuſare, num. 21. uer. onera, f. 10 uide tamen ſupra uerbo Decreti Dominij Mediolani ſub rub. de oneribus interpretationes, & infra uer. onus.

Onera cum ruſticis ruri ſubire non tenetur ciuis, ſed in ciuitate ſua ad ea tenetur nu. 25 uerſ. notabis, fo. 10. Pau de Ca. conſ. 319 n. 5. in fi. uol. 1. fallit pro bonis per ciuem a ruralibus acquiſitis cum eis extimatis, quia ciuis cũ eis tenetur ad taxas equorum, militum hoſpitationem, & ad alia onera realia, non autẽ ad collectas, & onera quæ imponuntur perſonis pro rebus, nec ad onera capitis, nec perſonalia, nec ad onera ſalis, num. 26. uerſ. pro bonis, & nu. 27. uer. taxæ, f. 11. Facta tamen comitatus Ciuitatis reformatione generalis extimi totius Comitatus in taxis equorum, bona ciuium debent liberari ab extimo rurali, et taxis equorũ ubi ſint ruri extimata, & reportari ad Ciuitatem prout factum fuit in Nouarieñ, uide ſupra uer. Decreti Dominij Mediol. ſub rub. de oneribus interp.

Onus hoſpitandi milites dicitur onus reale reſpectu domus, non autem reliqui patrimonij, cum eis non debeantur alimenta, num. 27. uer. taxæ. f. 11. fallit ubi princeps, ex iuſta cauſa uellet eis dari alimenta uel pecunias per ſubditos, quia tũc tale onus ſic auctũ dicitur onus reale ſicuti domus hoſpitatio ad quod omnes, etiã domos non habentes pro uiribus patrimonij tenentur, cũ de augumẽto idẽ iudicetur, quod de principali, tex. in l. ſi ex toto in prin. et ibi Alex. Iaſ. Soc. Ripa & Doc. omnes. ff. de leg. 1. tex. in l. 3. § munus ff. de mu. et ho.

Onus ſalis eſt onus perſonale, ſiue capitale, num. 27. uer. taxæ, in fi. ibi & taxæ ſalis. fol. 11.

Onus taxarum equorum, & additionum, dicitur onus reale, nu. 26. uer. pro bonis, & nu. 27. uer. taxæ, f. 11. Adde tamen quòd in dominio Mediolani ſeruatur, & ſemper fuit ſeruatum, poſteaquàm a Vicecomitibus Mediolani Ducibus inuentũ fuit onus taxarum equorũ ꝙ quàdo in Comitatibus


Ciuia


Ciuitatum fiunt seu reformatur taxæ equorum per offitiales, & commissarios Fisci principis, ex ordine principis, uel Mag. Magistratus mediolani, quod extimantur, & censentur capita ruralium, ac bona immobilia ruralium, & quæ partes ex tribus taxarum equorum dātur super ipsis bonis immobilibus, & tertia pars taxarum imponitur capitibus seu testis ruraliū, & ita semper fuit seruatum in dominio Mediolani, ac in Nouariensi, Papiensi, Cremonensi, & Alexandrino comitatu, & in alijs Comitatibus ciuitatum: Quo casu nota quòd in ipsis Comitatibus, ac earum uillis debēt etiam onera ab ipsis taxis dependentia distribui, ac compartiri in hūc modū, quòd fiat liber extimi, seu catastri, uel census cōmunis uillæ in quo onera perequentur ac distribuantur in hunc modum inter particulares, uidelicet quòd bona inmobilia ruralium particularium sustinēt duas partes ex tribus onerum taxarum Equorum, & ab eis dependentium, ac additionum, & reliquam tertiam partem onerum sustineant capita, & testæ ruralium, debent enim onera diuidi, & perequari ac distribui, & regulari inter particulares per communitatem, seu uniuersitatem secundū partes, quotas, ac portiones taxarum equorum datarum uniuersitati pro duabus partibus ex tribus quò ad bona immobilia ruralium, et pro tertia parte quò ad capita, seu testas ruralium, nec potest communitas in contrarium ordinare. Bal. l. etiā in fi. C. de exeq. rei iud. Rip. l. si se non obtulit num. 30. et 31. ff. de re iud. comodum enim, & incomodum ab onere dato comunitati debet regulari, fa. l. secundùm naturam, & ibi Doc. ac Cegnolus ff. de re iur. l. plane § si duobus ubi glo. Bal. Ang. & Doc. ff. de leg. 1. c. qui sentit ubi Doc. de reg. iur. in 6.

FINIS.

# TRACTATVS DE IN LITEM IVRANDO, SVB REPETIT. L. SI QVANDO C. VNDE VI, AB EXCELL. IVRECONS. IO. BAPTISTA PLOTO EQVITE AC COMITE NOVARIENSI ALIAS AEDITVS:

*Nunc autem, iuxta primam auctoris copiam, in locis vbi deprauatus fuerat, in pristinum restitutus, multisq. ipsius Auctoris additionibus locupletatus.*





SI QVANDO Facturus interpretationem huius san- 1
ctæ, vtilis, inuiolabilis, & practicabilis legis, necessarium prius existimaui, Diuinum & Sanctissimum Nomen Domini Nostri Iesu Christi totius Orbis Redēptoris, & eius Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ inuocare: prout ex nunc genibus flexis inuoco, vt cœptis meis aspirent, & ad optatam metam fœliciter me ducant, eorū Diuinam Maiestatem orando, vt scribitur in libro Paralipomenon, Da mihi sapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar corā populo tuo, est enim Deus scientiarum dominus: vt habetur in primo Regum c. ii. Nec sine causa id egi. Nam si vt diuinus attestatur Plato in eius primo libro Thimei. In minimis quoque rebus diuinū 2
debemus auxilium implorare, & sapiens ille Plotinus philosophus, totus vt aiūt Platonicus vbiq; istud vero verius esse in eius operibus prędicauit, Quanto magis ego Io. Baptista Plotus minimus inter Pōtificij & Cæsarei iuris Doctores, id facere debeo, semper quidem, sed præsertim anno præsēti, quo labitur annus Christianæ salutis quinquagesimus secundus supra mille & quingentos annos, quo tempore Ciuitas Nouarię patria mea antiquissima ruinis templorum & suburbiorum exposita est, gratia vrbis muniendę ob tumultus bellorū, & ea de causa non mediocriter doleo, eum in modum quòd ne dum res magni ponderis, verum etiam res minimas ad scribendum non sum idoneus, nisi mihi diuina clementia auxilietur. Confisus itaquè 3
de omnipotentis gratia deuenio ad interpretationem huius legis,

quam dedico non Iulio tertio Pontifici Maximo, non Carolo quinto Rom. Imperatori Cæsari semper Augusto, non Ferdinando Rom. & Pannoniæ Regi, non Philippo Caroli filio Hispaniarum Regi catholico, non Henrico secundo Francorum Regi Christianissimo, nõ Illustriss. Carolo Sabaudię Duci, non magno Ferdinando Gonzaghæ Melficti Principi, in vniuersa Italia Viceimperatori dignissimo, qui belli pater, & pacis author iure merito dici potest, non Cosmo Medici Reipub. Florentinæ Duci, non Ecc. Philiberto Emanueli Pedemõtium Principi colendissimo, non Herculi Estensi Ferrariæ Duci, Mutinæ & Regij Domino, non Ill. & Reuer. Herculi Gonzaghæ sac. Ro. Ecc. magno Cardinali, nec alicui alij Principi, Sed tibi Sacratissima Virgo Maria, Cœlorum Regina, & Mater Dei, quæ ipsis omnibus mortalibus excellentior & præstantior es, hocce meum opusculum offero, vt sub tui sanctissimi nominis tutela viuat in æternum.

## SVMMARIVM ISTIVS LEGIS.

*Difficultas probationis & odium delinquentis facit ut admittatur probatio per iuramentum Actoris secundum Bartolum hic, uel dic.*

*Si de uiolentia comissa Reus conuincatur & damnum illatum tempore inuasionis probari non possit, tunc Iudicis taxatione præcedente statur iuraméto damnum passi de damnis & interesse ut per Ias. hic uel dicas tertio.*

*Violentia probata, de rebus ablatis statur iuramento Actoris taxatione iudicis præcedente.*

Ego autem trado aliud summarium.

4 *Si probetur dolus malus alicuius in faciendo, si non constat de quantitate rerum, & interesse, statur, quò ad ipsam quantitatem iuramento passi damnum, uel furtũ uel turbationem expulsiuam, seu uiolentiam inquietatiuam, seu quodlibet genus turbationis, spolij, uel uiolentiæ, uel clandestinitatis, præuia semper iudicis taxatione secundum personarum & negotij qualitatem, & istud est summarium nouiter datum per me Io. Bap. Plotum ex mente doctorum.*



5 ONTINVATVR lex ista cum præcedentibus secundũ Bar. Ful. & Ias. hic hoc modo visum fuit in legibus pręcedentibus de modo procedendi & de pœnis quibus afficiantur inuasores violenti. Nunc vero Imperator Zeno Isauricus quadragesimus nonus Cæsar,
6 qui, teste Ioanne Carione in suo cronicorum libro quarto, regnauit anno Christi. 492. Intendit Imperator ipse declarare qualiter probetur violentia, & qualiter probetur de damnis & interesse, & ista est continuatio Doctorum de quibus supra. Ego au-
7 tem dico quod communis op. est quòd de lege ad legẽ non est necessa

ria continuatio vt per Iaſ. hic, qui tamen huius dicti nullam refert rationem, vnde dico rationem eſſe, quia iſtud verbum continuare idem eſt quod continere, ideſt ſimul ſe tenere, vt habetur apud Titum Liuium Romani elloquij patrem, & apud Iulium in ſecundo offitiorum, & idem eſt continuatio quod perſeuerantia, vt per D. Hier. Cagnolum patricium Vercellenſem in rub. ff. de reg. iur. num. 5. verſi. pro cuius rei intelligentia, & continuus dicitur vbi extraneus actus non interuenit l. continuus vbi Io. de imol. & alij ff. de verb. oblig & verbum continuum idemptitatem rei ſignificat, vnde dicitur aliqua res continuare cum alia vbi eorum extrema ſunt idem vt per Ariſtotelem in 5. Phiſicorum per glo & Io. And. in c. i. de conſe. ecc. in. vi. per Cagnolum d. Rub. ff. de reg. iur. num. 7. Et continuatio facit de duobus vnum, ſicuti coniunctio duorum corporum facit de duobus vnum, & continuatio ſiue couiúctio duarum Eccleſiarũ facit de duabus vnam c. poteſt. xvi. q. 1. & c. i. ne ſede vac. & c. ad apoſtolicam de conuer. cóiug. Alb. de roſ in ſuo Dictionario verbo continuatio & continuare idem eſt quod ſimul ſe tenere Iaſ & D. Aimo Craueta in rub. ff. de leg. i. in prin. per tex. in. l tria prędia in prin. ff. de ſeruit. ruſt. pręd. vbi prædia appellantur cótinua ideſt ſimul ſe tenentia nullo ſpatio interueniẽte & l. in tradendis §. inter poſitis. ff. communia pręd. & actus dicitur continuus ex quo partes non receſſerunt ad alios actus vt per D. And. Alciatum pręceptorẽ meum in l. i. §. qui pręſens vbi etiam Pau. de Ca. ff. de verb. oblig. vnde cum lex vna loquatur de vno puncto alia lex de diuerſo puncto & vna ſit ſeperata ab alia non cadit propriè de vna lege ad aliam continuatio propriè loquendo, cum illa dicantur cótinua quorum extrema ſunt idem, imo nec de rubrica ad rubricam cadit cótinuatio propriè loquendo, ex quo ſimul ſe non tenent, & nõ ſunt idem nullo ſpatio intermiſſo d. l. tria prędia: & quando dicimus talis rubrica continuatur cum tali, illud verbum continuare ſtat impropriè pro connectare, coniungere & ſubordinare vt per D. Cagnolum. d. rub. ff. d. reg. iur. num. 7. & 8. cum ſeq.

Et ſignificatio propria iſtius verbi continuare eſt ſummè notanda ad materiam ſtatutorum, quibus cauetur quod poſſeſſio defuncti có- 8
tinuetur in heredem. Nam cum continuare ſit idem quòd ſimul ſe cótinere & perſeuerare & continua dicantur quorum extrema ſunt idẽ adeo quòd medium impertinens impedit extrema coniungi ſiue cótinuari, vt fuit ſuperius deductum & eſt tex. in l. Pompo. § queſitũ ff. de acq. poſ. ſequitur ex prẽmiſſis prima limitatio ad ipſum ſtatutũ quòd poſſeſſio defuncti continuetur in heredem vt nõ procedat vbi poſſeſſio defuncti medio tempore ideſt ante aditam hereditatẽ defuncti, vel poſt aditam hereditatem defuncti, antequam tamen heres

possessorem ipsam verè & realiter aprehendat aliquis tertius occupasset vel aprehendisset possessioné defuncti, quia tunc nō fiet talis continuatio, & heres non poterit petere vigore dicti statuti quod possessio in eum continuetur seu censeatur continuata, & non habet locum statutum ipsum eo in casu ita dixit Raph. de Raimondis Comen. in l. Pomponius. §. quesitum, vbi etiam Ias. per illum tex. ff. de acq. pos. Alex. con. 83. visa col. 1. versic. Quia respondeo, & col. 2. versi. Nec dicatur vol. 2. & cons. 153. circa litem col. 1. in fi. & 2. in prin. versi. vnde dicit Raph. vol. 6. Ias. l. si sorori col. 1. in fi. versi. limita tamen. C. de iure delib. & con. 147. circa primam col. 8. versi. Dico ergo quòd decretum vol. 2. And. sic. Barbatia consil. 58. sapiéter col. 13 versi. Modo aggrediédo vol. 2. D. Antonius Rubeus Alex. præceptor meus in ciuitate Patauij consilio. 121. D. Ioannes col. pen. versic. secundo id quod dicitur, & est communis op. ita dicit cur. Iun. con. 110. Pro habenda col. 8. num. 17. versic. retento igitur & con. 108. circa controuersiam col. 5. num. 20. versic. non obstat etiā & consil. 127. noua col. fi. num. 17. versi. stantibus præmissis. Compost. & Abb. c. 2. de consuetud. & ita etiam multum copiosè voluit D. Io. Baptista Castellioneus in suis Allegationibus quæ incipiunt Magnificus col. 9. versic. Nunc vero aggrediendo modum, & col. 21. versic. Imo dico quòd vigore dicti iuris municipalis. Et cuæ allegationes sunt impressę inter singularia diuersorum doctorū post sing. Crem. per D. Claudium de Seinsello de aquis. d. §. quæsitum, vbi & Alex. dicit quòd est notabile verbum & mouetur per glo. in l. cum miles in prin. in glo. magna ff. ex quibus cau. ma. Et quia non potest dari continuatio extremorum vbi medium est impertinens per. d. §. 
9 quæsitum. Sic & Restitutio per vim gratiæ in integrum per principé concessa condemnato ad bona, non trahitur ad bona medio tépore alienata tertio, nec tollit ius alteri quæsitum nec fructus perceptos per tertium nec per Fiscum, & non trahitur ad bona in alium trāslata sed solum trahitur ad bona quæ sunt apud fiscum & medio tépore non fuerunt trāslata a Fisco in tertium Bar. Alex. & Ias. & alij in, l. gallus. §. & quid si tantum vbi Ias. col. 12. num. 62. 63. & 64. ff. de lib. & post. vbi: tex. & glo. per Ab. c. 1. in 1. not. de parro. & per Ias. d. §. & quid si tantū col. 13. nu. 70. 71. & 72. vbi dicit ita cōmuniter teneri quod restitutio in integrū cōcessa per viam gratiæ per principé bannito vel alteri cōdénato quod nō trahitur ad bona medio tépore a fisco vel principe in alium translata. 
10 Sed istud fallit vbi restitutio est facta per viam iustitiæ & non gratię, tunc enim talis restitutio trahitur ad bona non solum quæ sunt apud fiscum verum etiam ad bona quæ medio tempore alteri prætextu delicti & confiscationis fuerunt acquisita & in alterum translata ex illo actu aduersus quem concederetur

Dec. l. si. col. 10. & ubi supra num. 125. C. de ed. di. ad. tol.

retur restitutio Iaf. d. §. & quid si tantum col. 14. num. 73. versic. primo limita. vbi etiam Raph. Comen. & Nellus de s. Gemin. in trac. Bannitorum in 1. parte tertij tẽporis in xi. q. in fi. Sed ad gesta vel bo 11
na alienata alio respectu quàm delicti & cõfiscationis, puta vigore sẽtentiæ latæ prætextu mutui, depositi, dotis, vel alterius crediti vel iuris quod esset contra condemnatum, vel bãnitum, vel eius bona ante bãnum & condemanationem, & quæ sentẽtia esset lata contra fiscum qui tenebat bona, seu ad alia gesta vel alienata alio vigore quàm delicti tunc etiam liberatus & restitutus per viã iustitiæ nõ recuperat ipsa bona, & talis liberatio vel restitutio per viã iustitię nõ trahitur cõtra ipsa gesta & alienata Bal. in tit. de pace Cõstan. in glo. verbo sẽtentiæ quoque. Et ista sunt notãda pro intellectu nouæ cõstitutionis dominij Mediolani sub rub. de accusat. §. a sẽtẽtia in fi. vbi tractatur de litteris concedẽdis bannitis ad nouas desẽsiones vt scias per prædicta quid possit recuperare admissus ad nouas desẽsiones & liberatus via iustitiæ quò ad bona medio tempore in alium trãslata. Sic & 12
donatio, vel venditio, vel pax facta absenti etiam in manibus notarij pro absente stipulantis non valet si medio tempore, idest antequam absens ratificet, ille qui primo loco donauit vel vendidit vel pacem fecit in manibus notarij pro absente si secundo loco eadem bona donaret vel venderet alteri præsenti, nam præfertur talis secunda donatio vel venditio etiam quòd in prima fuisset constitutum, & si ante ratificationẽ pacis ille absens lædatur nõ dicitur rupta pax nec tenetur ad pœnam de qua in pace, ille qui fecit pacẽ etiam si fecisset pacẽ titio præsenti pro se & complicibus suis absentibus cũ pacto de non offendendo sub pœna, nam si fiat offensio illis complicibus antequam illi absentes ratificent non est locus pœnæ, & si me absente aliquis meus amicus vel negotiorum gestor aprehendit possessione nomine meo, vel quis constituit se tenere & possidere aliqua bona nomine mei absentis, si antequam ego ratificem talem possessione, vel constitutum aliquis tertius expullit illum constituentem vel amicum aut negotiorum meorum gestorem ab ipsa possessionem nulla mihi competit actio spolij vel alterius iuris ad illam possessionem vigore illius constituti vel aprehensionis possessionis antea factę nomine mei absentis, quia ratificatio non trahitur retro in præiuditium tertij, & quia medium est impertinens ergo extrema non possunt coniungi nec continuari Dec. con. 226. Magister Io annes col. pen. & fi. & con. 464 placet num. 3. & in l. semper qui non prohibet num. 15. ver. 3. regula vbi etiã Cagnolus nu. 23. & per Dec. in l. cõtractus ver. 5. limitatur cõclusio, & nu. 15. 16. 17. & 18. ff de reg. iu. per Lud. Gozad. cõsil. 14. nu. 1. cũ sequ & consil. 62. nu. 5. D. Hieronimus Gratus. cõsil. 36. viso nu. 33. volũ. 1. per Dec. cõsil. 598. visis his. col.

Didacus lib. 1. uar resol. cap. 14.

fin.&consil.460.viso puncto colum.pen & fin.D.Steph.Bertrādus cō. 173 quia difficultas. col.5.nu.12.ver.Hinc etiam vol.1.Alex.l. quod meo col.2.ff.de acq.pos.Cur.iun.con.55.pro habēda col.3 nu.9.D Alciat.in c.cum contingat nu.330 & 331.ex.de iureiur. D. Lud Gomes in reg. de con toll. iure quesito q. 1. ver. primo non haberet locum, Ripa rub.de iud.nu.71.Ro. cur.trac.de iure par. ver.ius.q.4 Soc.l.1.§ si iusserim ff.de acq.poss.& ratificatio non potest fieri per heredes do natarij, vt per Alciat. d. c. cum contingat vbi vult præmissa omnia
Al. ia. con. 132. procedere,etiam si esset primus contractus iuratus,sequitur Parisius consil.77 subscripsi volum. primo Bart.l.qui Romæ .§. Flauius nu.1. ff.de verb.oblig.& not.in l.si is qui pro emptore vbi Bar.Ias.& Doc.ff. de vsucap. Et sic per prædicta est dicendum proculdubio quòd statu tum volens possessionem defuncti continuari in hęredem quòd non procedat vbi medio tempore possessio fuisset per tertium aprehēsa, quia non potest fieri continuatio propter illum tertium ex quo extre ma non sunt idem,& medium impertinens impedit extrema coniungi.d.§.quesitum vbi tex.& doc. Et ratificatio debet fieri tempore habili, & eodem tempore quo actus de nouo geri posset l. pen. ff. rem. rat.hab.Bar.Bal.& alij l. si is qui pro emptore ff.de vsucap. Et sic ex
13 prædictis facias duas conclusiones, prima erit conclusio quòd de lege ad legem non est necessaria continuatio, vt per Ias. hic. secunda erit conclusio quòd statutum volens possessionem defuncti continuare in hęredem quòd non procedit vbi possessio medio tempore per tertiū fuisset aprehensa,vt per Ias.& Clau. post Raph.d. §. quesitum, & per doctores in locis de quibus supra per me allegatis.Sed aduerte
14 quòd istud intelligitur in dubio, & vbi statutum aliter non loquitur contra tertium,nam tunc possessio vigore dicti statuti nō cēsetur cōtinuata & statutū locū non habet vbi per tertiū fuisset possessio aprehensa,& ita intelligi debent Doctores superius allegati,secus autem vbi statutum vel decretum vlterius procedit volens possessionem defuncti continuari in hęredem etiam quòd possesio defuncti medio tē pore fuisset aprehensa per tertium prout facit noua constitutio ędita a sacratissimo Carolo Quinto Roman. Imper. in Dom. Mediolani die 28. Augusti anni. 1541. sub Rub. de continuanda possessione defuncti, nam tunc talis constitutio siue tale decretum locum habet etiam quod possessio medio tempore fuisset aprehensa per tertium & talis cōtinuatio siue tale decretum cōtra ipsum tertium potest intentari,ex quo decretum ipsum Mediolani vlterius procedit declarando quod locum habeat decretum etiam quòd medio tempore per tertium possessio fuisset aprehensa & tunc verbum ipsum continuare stat impropriè & largissimè in ipso decreto & ita in terminis consuluit D.Petr.Pau.Paris.con.41.inci. Optimū ius col.2.nu.8.in fi.& nu.

9. &

9.& per totum ipsum consil. vol.1.Dec.consil.84.excellentissimi doctores col.2.versic. Et vlterius circa hoc est considerandum Ias.con. 85.quãdo habemus col.2.versic vnum refragari videtur vol 3.& cõ. 146.præsupposito col.1.versic. Nec dicatur vol.4.vbi dicit quòd ita iudicauit Senatus Dec. consi. 467.benè & consultè in casu col.pen. versic. Non obstat quòd continuatio sequitur Mag. D.Nic.Bellonus, qui mihi fuit præceptor in iure in Ciuitate Papiæ,& qui nunc est senator optimus Mediolani & Lothoringiæ Gubernator in consil 35. consultus col.4.in fi.versic. Et si opponatur & col. 5. in prin.& idem voluit Signor.de homodeis con.262.in themate col.2. versic. præterea & sentit Cur.iun.consil. 127. noua col fi. Raph. Fulg. con 230.in quæstione col.fi.versic.præterea cum per statutum, & istud idem voluit Mag.& Excell.doctor D.Catellianus Cotta patritius Mediolani in suis Memor. verbo decreto Mediolanensi. circa medium versic. sed intelligi debet vbi inquit decretum ipsum Mediolani procedere etiam contra tertium qui medio tempore possessionem aprehendisset nisi ille tertius legiptimè & licitè possessionem aprehendisset & allegat Ias.d con.146.col 2.vol.4. & Dec.d con.467. benè & consultè in ii. col. Et sentit Alex. con.83.uisa facti narratione col 2.versic. Nec dicatur pro parte vol.2. Et mouentur doctores isti primo quia constitutio ipsa Mediolani inquit quòd possessio defuncto possessore non vacet, sed sit & intelligatur immediatè continuata in hęredem, vnde si non vacat sed sit & intelligitur immediatè continuata in hęredem est clarum quòd ille tertius non potuit istam possessionẽ non vacantem sed continuatam apud hęredem aprehendere, sed illius tertij possessio dicitur vitiosa nulla & inconsiderabilis Dec. d. con.467.benè & consultè col.pen. versic. Non ob. quòd continuatio vsque ad fi. Parisius d. con.41.optimum ius col.2. num. 9. versic.Cessant enim & versic.cuius decreti Alex.consi.85.aliàs con. 83 visa col. 2.in fi.num 4. cum seq.versic.Nec dicatur pro parte vol.2.Ias. d.con. 85.Secundo quia Decretum ipsum inquit quòd ipsa continuatio sit & censeatur facta quò ad omnem effectum iuris etiam recuperandæ vnde si censetur facta continuatio in hęredem quò ad omnem effectũ etiam recuperandæ sequitur quòd debet operari illũ effectũ ipsa cõtinuatio quòd si alius medio tẽpore possessionẽ occupasset quòd cõtra ipsum cõpeteret etiam remediũ recuperandę siue spolij prout cõpeteret si verè & realiter hęres possessionem aprehendisset cũ Decretũ ipsum istud dicat.l.1.vbi doc.per illum tex.ff.de leg.1. ergo ipsa constitutio Mediolani locum habet etiam quòd talis possessio medio tẽpore per tertium fuisset aprehensa,& ita arguit Parisius.d.con. 41. col. 3. num. 10. versic. prout etiam cessant, & num. 13. versi. prout & tertio. Et est in hoc ponderanda illa dictio quod continua-

*tiq. temp. 1.* tio sit & intelligatur facta in heredem quò ad omnem effectum
*par. in sec. 6* nā nisi diceremus Decretum ipsum locum habere etiam quòd medio
*num. 7. Ias.* tempore possessio per tertium fuisset aprehensa non esset verum di-
*con. 129. col.* cere vt inquit decretum quòd continuatio locum habeat quò ad om
*2. uol. 1.* nem effectum, ergo censetur & est facta cōtinuatio, etiā quòd tertius medio tempore possessionem aprehendat, quia qui omne dicit ni-
15 hil excludit l. a procuratore C. Man. vbi glo. & Doc. per Bal. & Bar. in l. Iulianus ff. de leg. 3. per Dec. con. 472. testator legauit num. 1.
16 Et illa dictio omnem est dictio vniuersalis cuius natura est non reci pere aliquam fallentiam Corn. con. 49. in præsenti nu. 2. & 3. vol. 3. c. sollitæ de maior. & ob. & c. si Romanorum. xix dis. Et licet in legato mobilium non veniant pecuniæ, vt per Cor. d. con. 49. tamen vbi legā tur omnia mobilia veniunt in tali legato propter illam dictionē om nia etiam pecuniæ libri pecudes aurum & argentum & fructus separati a solo & omnia mobilia etiā venalia spec. in tit. de fruc & inter. col. 3. ver. tertio queritur & col. 2. ver. sed pone prælatus latè Dec. d. consi. 472. per totum Parisius con. 67. presens col. pen. nu. 10. & 11. vol. 2. Bar. l. generali §. vxori. ff. de vsuf. leg. Alex. con. 118. in casu col. 2. vol. 5. Dec. d. con. 472. in fi. Sed istud vltimum limita vbi secundū communem vsum loquendi talia non venirent appellatione omnium mobilium, sed de communi vsu loquendi solùm intelligeretur de su pellectili tunc enim in tali legato solùm veniret suppellectilis & deberet probari talis communis vsus loquendi, cum magis attendatur communis vsus quàm verborum proprietas. Dec. d. con. 472. col. 2. nu. 10. & 11. & 12. cum seq. item secundo limita non procedere vbi testator restrinxisset ipsemet illam dictionem omnia mobilia, puta quia subiunxisset quæ sunt in tali loco quod intellige vt per Corn d. con. 49. vel quia post legatum omnium mobilium factum Titio adda tur clausula institutionis in omnibus autem alijs bonis mobilibus & immobilibus & se mouentibus instituit D. Bernardum Plotum, nam in præcedenti legato omniū mobilium non venient animalia, ex quo ille D. Plotus fuit institutus etiam in se mouentibus vt per Dec. con. 655. casus col. 2. ver. secundo efficaciter, sicuti etiam non venirent animalia in legato omnium mobilium vbi fuissent legata omnia mo
17 bilia Ploto & Sempronio, quedam animalia tunc enim in legato mo
† *Alcia. l.* bilium omnium non venirent animalia vt per Dec. d. con. 655. col. 2.
*munus tri-* ver. primo quia. Sic & immunitas concessa alicui ab oneribus & col-
*bus ff. de* lectis ordinarijs, & extraordinarijs solitis & insolitis non extendi-
*uerb. sig.* tur ad onera quæ imponuntur ratione belli diuini, puta pestis, vel
*Aegid. thom.* belli humani nisi in spetie dicatur quòd immunitas extendatur ad
*trac. de colle* onera etiam ratione pestis vel belli imponenda, Thom. Parpalia.
*ctis.* † l. placet col. fi. versic. item debetis. C. de sac. ecc. Cin. Din. Alb.

Soc.

Soc. Alex· Ias. & Ripa. l. si ex toto. ff. de leg. i. vbi Ripa in fin. num. 17. dicit quòd hęc est communis op. Cepol. Cau. 63. aliàs 80. Quia pri uileg. Fel. c. causam que. col. 10. nu. 17. vers. quinta declaratio de re- scri. Ro. con. 436. Quod indultum per tex. in l. iubemus nulla vbi Bal. & alij C. di sac. ecc. per Alex. con. 215. nec arguendi nu. 21. vol. 2. & de hoc est tex. cum glo. & ibi not. doc. maximè Luch. de penna in l. 1. C. vt nemini lic. in emp. spec. se excus. lib. x. & est magis communis opinio Ias. d. l. si ex toto, col. 3. versi. Quid tenendum. vbi dicit immu nitatem concessam etiam verbis generalibus & amplis non extendi ad onera quæ imponuntur ratione belli vel alterius publicæ necessi tatis inexcogitatæ & quòd in hoc est magis communis opi. vt per Ias. d. l. si ex toto col. 2. num. 8. & col. 3. num. 12. in fi. Io. And. in addit. spec. tit. de cen. §. ii. verbo sciendum est per D. Ant. de But. c. peruenit per illum tex. vbi alij Doc. de immunitate ecc. Alb. de Ros. in 2. par. stat. q. 138. statutũ est in ciuitate Alex. d. con. 216. nec arguẽdi vol.

18 2. Bal. con. 106. lata fuit vol. 5. Sed vbi diceretur quòd immunitas esset ab omnibus & quibuscunq; oneribus, tunc ipsa immunitas extenderetur etiam ad onera ratione belli, pestis & alterius magnæ necessitatis Reipub. propter ipsa verba geminata, ab omnibus & quibuscũ que oneribus, Alex. con. 30 ponderatis col. 3. num. 14. ver. circa sextũ vol. 5. Parisius con. 25. primo aspectu col. pen. num. 113. & con. 68. queritur, primo col. 3. num. 17. & col. pen. num. 29. versic. Et idem

19 etiam est dicendum vol. primo. Sed teste Ripa in trac. de peste in tit. de preser. remed. in illa parte quę incipit. Deuenio nunc ad modum & normã vbertatis cõseruandę nu. 231. cõmunis est op. quòd immun. concessa ab omnibus oneribus quòd nõ extendatur ad onera belli vel

20 pestis, & ita esse com. op. dicit Ripa. d. num. 231. Et quæ opinio maximè procedit in Dominio Mediolani, in quo est Decretum sub rub. de oneribus. §. oneribus quo cauetur quòd ad onera taxarum equorũ & hospitationis militum ẽt exẽpti teneantur exceptis his qui à principe speciales literas cum speciali derogatione illius sanctionis habuerint, quo casu non sufficit clausula immunitatis ab omnibus & quibuscunq; oneribus cum clausula nõ obstantibus quibuscunq; etiã si de verbo ad verbum deberet fieri mentio in specie, quibus omnibus derogetur nisi in specie fiat mẽtio de immunitate etiam respectu taxarũ, equorũ & onerũ belli cum derogatione dicti Decreti & est cõmu nis opin. Dec. con. 165. viso col. 2. cum seq. & cons. 168. Reuerende col. penul. vers. Secundo respondetur Ias. con. 121. vol. 4. Fel. cap. acce dentes col. 3. vers. Nihilominus communis est de Rescrip. Lud. Go mes in prohem. reg. canz. quest. 5. ver. & hoc vlterius. Et confirmò quia Decretum ipsum circa onera dicitur transire in contractum adeo quòd non possit reuocari saltem sine eius specialissima dero gatio.

*Bertac. tra de Gabel. nu. 7. par. prin. nu. 19. & 20. c. per uenit et c. nõ minus de immunien.*

*Alba con. 1.*

*Aliàs Bal. con. 406. lata uol. 5. Paris. cõ. 25. nu. 113. uol. 1.*

*Sed dicitur quòd Ripa non loquitur ubi uerba sunt uniuersalia & geminata prout dixi nu. 18. et per Paris. d. num. 17.*

taxgatione Lud. Bolog con. 4. viso col. fi. ver. Nec ob si dicatur & ver.
plus dico Rub. Alex. con. ix. in causa col. 2 ver secundo est ibi imo di-
co, onera enim taxarum equorum & hospitationis militum sunt one 21
ra realia a quibus nemo potest se excusari etiam si esset aliàs priuile
giatus & exemptus Parisius con. 52. tenetur vol. 1. Rub. Alex. d. con.
ix. nu. 6 per tex. in l. 3 §. munus & in l. rescripto §. sciendum vbi Bart.
num. 3. ff de mun. & hon. status enim pacificus & publica quies conser
uatur armorum, & stipendiariorum intuitu sig. de homodeis con. 82.
in questionibus col. 2. num 6. Et istud comprobatur quia priuilegium 22
vel instrumentum cõtractus immunitatis siue sit a principe siue a cõ
munitate concessum videtur non valere vbi includeret casum publicę
vtilitati cõtrariũ Ias. d. l. si ex toto nu. 13. Fe. d. c. causã quę nu. 17. p. tex.
in d. l. iubemus nullã & in l. ad instruct. C. de sac. ecc. & p tot. ti. C. si cõ 23
tra ius vel vtil. pub. Et dato quod valeret posset reuocari ipsa immunitas *
ex causa belli, pestis, vel alterius magnę necess. insolitę Reip. superue
nictis Alex. d con. 216. nec arguẽdi vol 2. Cur. Iun con. 61. Habita dili †
gẽti col. 7 nu. 14. versic. preterea dato in 1. par. et vbi probaretur enor ⁂
mis læsio in omnẽ casũ vniuersitas cuiuslibet ciuitatis vel castri, aut 24
villę etiam minimę deberet restitui in integrum cõtra immunitatem
concessam ex quo vniuersitates nedum Reipub. Romanæ verum etiã
cuiuslibet ciuitatis, castri, opidi, burgi, & villæ magnæ vel minimę de
bent restitui in integrum sicuti minores & pupillæ in iudicijs, con-
tractibus, & pręscriptionibus & alijs. l. respublica vbi Paulus de Ca.
per illum tex. C. ex quibus cau maior. & hæc est com. op. ita inquit
D. Io. Mauritius Dolanus, in trac. de restit. ma in integ. cap. 417. vti-
lissima est. Notabis tamen perpetuo quòd ad ipsa onera belli & Ho
spitationis militum sicuti & ad alia onera ciuis non tenetur cum ru- 25
sticis pro bonis quę possidet in territorio opidi rusticorum contri-
buere cum rusticis etiam si illud opidum fuisset separatum à Ciuita
te, sed tenetur contribuere cum comunitate suę ciuitatis tantùm, &
ita ego sæpius consului pro me ciue Nouarię, & alijs meis conciuibus
& est com. op. ita dicit Cur. Iun. con. 42. habita diligenti col. 2. num. 2.
ver. præmissis tamen, Calder. con. 6. quidam ciues in tit. de censibus.
D. Alb. Brun. con. 103. casus iste Aret. con. 132. in causa Lau. Calcane-
us con. 101. in causa D. Hieronimus Gratus Bononien. præceptor
meus con. 61. per vicelegarum col. 4. num. 33. ver. nam ciues vol. 1. l.
forma. §. si verò ff. de cen. Baldus. margarita verbo ciuitas libro
1. cum not. per illum tex. ff. ad municipal. & hoc procedit ma-
ximè stante statuto prout est Nouarię quòd bona ciuium non pos-
sint extimari cum ruralibus, ita in spetie D. Alb. Brunus astensis
con. 94. considerato Soc. con. 129 pręstantissimi iuris col 2 ver.
circa secundam vol. 1. laur. calc. d. con. 101. Alex. con. 148. vi-
sis

*Onera taxarum equorũ Hospit. militum sunt onera realia ad quæ etiã priuilegiati tenentur.*
*Bossius tit. de Principe num. 100. cum seq.*
⁂ *Immunitas an rite et per debitum num. præsumatur concessa Rom. con. 252.*
* *Parisius con. 25. nu. 103. uol. 1.*
†. *Bos. tit. de prin. nu. 16. et 175. & 177.*
*Feretus tit. de gabel. et pub. lic. 118.*

fis col. 2. num. 6. vol. 6. Pro bonis tamen emptis per ciuem a rurali- *Bosſius tit.*
26 bus tenetur ciuis cum eis ad taxas equorum, & ad alia onera merè *de Principe*
realia determinata & certa vbi bona ipsa erant ab antiquo cum rura *num. 108.*
libus, & non cum ciuitate extimata, non autem quò ad collectas & *cum ſeq.*
onera quę imponuntur perſonis pro rebus, Pariſius. d. con. 52. tene-
tur vol. 1. D. Bellonus con. 20. præſupponitur Antibolus trac. de mu
27 ner. §. quartus num. 63. Rubeus Alex. con. 9. in cauſa col. pen. cum
ſeq Bologni. con. 4. viſo. Taxe enim equorum dicuntur onera pa-
trimonialia & realia impoſita rebus, ex quo loco Hoſpitationis mili- † *Caſſaneus*
tum ſucceſſerunt D. Bellonus con. 12. circa diſtributionem num. 3. *in con. Burg.*
& 8. Pariſius d. con. 52. Et militum hoſpitatio dicitur onus reale *fol. 29.*
non reſpectu totius patrimonij priuatorum quia ex eo non debent
milites de iure nec in conſcientia habere alimenta, ſed ſolùm re- **Bosſius tit.*
ſpectu medietatis vel tertiæ partis domus quam debent habitare *de Principe*
& nil aliud habere debent, puta nec oleum, nec lectum, nec aliqua *num. 100.*
† alia alimenta adeo quòd cõſuetudo ſi quę eſſet in contrarium quòd *& 101.*
non valeret D. Cotta lib. memor. verbo militibus medietas per tex.
in l. vnica vbi Luc. de penna C. de ſalga. hoſp. non preſt. & l. 2. C. de ✣*Liber ēt in*
metat. & epid. lib. 12. & nihil pro victu accipere poſſunt milites *poſſ. non pro*
l. 3. C. de erog. mil. ann. lib. 12 Mart. Garratus lau. d. trac. de mili- *bat cõtra nõ*
te circa prin. Et potius debent caſtra deſerere milites deficientibus *ſubditũ Alex.*
ſtipendijs quàm ex alieno & rapto viuere vt per D. Catell. Cottam d. *con. 187. nu.*
ver. militibus medietas, debent enim vt inquit Euangelica veritas *20. uol. 2.*
milites eſſe contenti ſtipendijs ſuis c. militare. 234. q. 1. & ſenſit Ru *Soc. con. 187*
* beus con. 9. in cauſa nu. 6. ver. ſecundo eſt. Et taxę ſalis dicuntur one *uol. 2.*
ra capitalia ſiue perſonalia Bellon d. con. 12. num. 9 cum ſeq. Rube
✣ us Alex. con. 21. viſo num. 2. Ripa trac. de peſte tit. de preſer. remed. **Limita per*
28 num 177. verſi. Ex hoc colligitur fol. 26. Et ex libris ruſticorum non *Dec. c. cum*
probaretur contra ciuem bona eſſe in extimo rurali obnoxia, maxi- *cauſam num.*
mè cum ciues & nobiles raro conueniant cum ruſticis maledictis *5. de probat.*
* vt docet experientia D. Catellanus Cotta libro memor, verbo *ubi eſſemus*
libri conſulum & maximè vbi non ſunt rogati per notarium vt per D. *in antiquis*
Cottam ibidem vel non ſunt confecti per perſonas de publico de- *Item limita*
putatas Sal. l. exemplo circa prin. C. de prob & in dictis libris *quòd prob.*
debent interuenire ea quę requiruntur in ſcriptura publica, de *cum alijs ad*
quibus per glo. in libro generali. C. de tab. libro. x. per Abb. Fel. *minicules*
& Dec. in c. ſecundo de fid. inſt. Et liber extimi ruralis non pro- *Crau. de an-*
bat, niſi inter ipſos homines rurales, & non probat contra ciues, *tiq. temp. 1.*
cum non ſint ſubditi ruri, Nic de mat. Bald. l. exemplo vbi etiam *par. in S.*
Sal. C. de probat. Soc. con. 187. in controuerſia columna 6. num. *6. nu. 7. Iaſ.*
20 ver. ſed ad præmiſſa vol. 2 Io. Andreas in additionibus ſpec. *con. 129. col.*
tit. de inſt. edit. §. nunc dicendum in add. magna ver. quin- *2. uol. 1.*
tum

tum suplementum D. Ant. de But. c. i. ver. 8. casus de fid. inst. D. Florian in l. Celsus num. 4. ff. de prob. Alex. Auct. si quis in aliquo col. 3. in 6. fal. C. de aedendo Fel. c. ad audientiam col. 4. num. 12. cum seq. ver. secunda conclusio de prescrip. maximè cum bona possessa per cives praesumantur libera, quò ad onera ruralia iuxta not. per glo. & Doc. in l. fi. C. sine cen vel reliq. Tertio mouentur Doctores ipsi ex quo Decretum Mediolani dicit quòd omnis aprehēsio medio tempore facta sit nulla, ergo habet locum etiam contra tertium l. non dubium C. de legibus propter virtutem & efficatiam illius dictionis om
29 nis. Sicuti in obligatione bonorum non veniunt vtensilia domus, tamen in obligatione omnium bonorum veniunt vtensilia & alia quae in spetie quis non obligasset verisimiliter Dec. c. sedes. col. 5. de rescrip. & in l. omnia ff. si. cer. pet. & con. 389. visa col. fi. Bar. l. si pluribus ff. de leg. 2. Cor con. 128 col. pe. ver. nec obstat vol. 3. D. Crave-
30 ta l. 1. num. 45. ff. de leg. 1. Quarto ego moueor quia decretum ipsum dicit peti posse ipsam continuationem vsque ad decenniū à die scientiae delatae hereditatis, quo casu censetur esse locum Decreto etiam contra tertium qui bona medio tempore occupasset, ex quo si est locus ipsi Decreto vsque ad decennium arguendo à communiter cōtingentibus est verisimile quòd bona hereditaria non vacabunt per decennium, sed interim per tertium aprehendentur & validum est argumentum à communiter contingentibus Hippol. de Marsil. sing. i. & in l. fi. C. de probat. l. in fideicomiss. in prin. vbi tex. ff. de vsur. & comprobatur quia Decretum inquit eum qui possidet vltra annum debere citari & sic vult locum esse Decreto etiam cōtra tertium possessorem citandum tamen & suadetur ex quo constitutio ipsa Med. vult possessionem continuari in heredem, annullando omnem aprehēsionem medio tempore factam exceptuando solùm tenutam legiptime adeptā ex causa proueniēte ex facto defuncti de qua cōstet publico instrumēto, quo casu in alijs omnibus casibus nō exceptuatis vt supra videtur quòd sit locus Decreto continuandae possessionis etiam contra tertium qui bona medio tempore aprehendisset per reg. l. cū

*Barb. con. 70. num. 15. uol. 2.*

31 praetor ff. de iud. exceptio enim facta in vno casu firmat & declarat regulam procedere in alijs casibus l. 1. vbi Dec. & Cagnolus ff. de reg. iur. per tex. in l. nam quod liquidè §. fi. de penu. leg. Barba. con 9. vbi Chrisius col. pen. & fi. vol. 3. Lan. Dec. l finali. §. vxori ff de vsuf.
32 leg. Dec c. cum dilecta in 5. not. de confir. vtil. vel inutil. Et sic cōcludo quòd Decretū Mediolani quo cauetur quòd possessio defūcti cōtinuetur in heredē quòd locū habet etiā quòd medio tēpore possessio p tertiū fuisset aprehensa, ex quo ita procedit vlterius declarando vt per Parisium d. con. 41 optimum ius vol. 1. & ita iudicari vidi per Senatum, & sentētia Principis vel Senatus in vna causa facit ius quo

ad

ad omnes.l.fi.C.de legibus vbi Doc per illum tex. secus autem vbi statutum simpliciter diceret possessionem defuncti continuari in heredem,quia cum vlterius non declaret non haberet locum vbi possessio medio tempore per tertium fuisset aprehensa ex quo non cadit continuatio cum medium sit impertinens & ita intelligo, Dec. in l. fi. col.10.num.34 vers.& ista conclusio C.de edic.di.ad.tol. Corn. cō.166.id circa primum.vol.1. Barb.c.2.col.8.de consuetud.d. Carolum Roinum con.27. viso col. fi. in fi. vol.5.

Nota primo ex isto tex. ibi si non potuerit &c. quòd ita demum 32 defertur iuramentum super quātitate rerū contra violentum si aliter quantitas probari non potest & hoc demonstratur per dictionem si de qua in tex. quę importat conditionem quotiescunq; ponitur in dispositionem legis statuti vel hominis & respicit futurum tēpus vt hic,Bart.l.1.col.1.in fi.& 2.ff de cond. & demon. Et vbi in disposi- 33
tione legis statuti vel hominis ponitur aliquid sub conditione illud censetur requiri pro forma & esse de forma adeo quòd forma non seruata actus est nullus Fel. c. cum dilecta col.6. ver secundum signum iuncta col.8.ver. gesta contra formam de rescrip. Paris.con.95.statutum Bononiæ col.3.num.20.ver.prout etiam & num.21.vol.1.Bal. Auct.matri & auię col.11.ibi quidam tamen C.quand. mul.tut.off. fungi pos. Et est regulare in qualibet dispositione conditionali vt prius ex ea agi vel excipi nō possit, nisi prius euentus cōditionis eue- 34
nerit & probetur cōditio enim nil ponit in esse l.cedere diē vbi D.Alciat. & alij per illū tex.ff.de ver.sig c.1. vbi Doc. per illū tex. de plus petit.Anchar.cons.297.efficacibus col.1. Cagnolus l.in omnibus nu. 29.& 30.ff.de reg.iur.Fel.c. si cōstiterit de.acusa.Et donatio vel pactū factū sub duabus cōditionibus copulatiuè locum nō habet nisi prius 35
copulatiuè probetur euentus ipsarū duarū cōditionū Dec.con.177. Quod supra col.1.D.Bellonus con.74.D. Barbara nu. 2.Anchar.con. 267.iste magister per tex.in l.si heredi plures,ff.de cō.& demon. L.2. vbi Ias.col.1.per illū tex.ff.de cond.cau.dat.Io.de Imol.con.60.visis col.3.Rom.con.131.prima dubitatio & con 138.noua nam ad veritatē copulatiuè omnia copulata debēt verificari Bart. & Soc.l.si is qui ducēta §.verum vbi.Soc.col.3 num.3.ver.vlterius nota.ff.de reb.dub. Et conditio habeē pro causa efficaci obligationis,quia videmus quòd licet omnis promissio,confessio & instrumētum vel chyrographum, vbi non habēt causam obligationis puta mutui,depositi,emptionis, venditionis,donationis, Dotis, legati, insolutum dationis, talis debiti, vel pro saldo rationis, seu alia causa simili specificā & idonea non valeant, etiam si in eis esset stipulatio, & est cōmunis op. vt per Fel. in cap. si cautio col. 1. per illum tex. de fid. inst. l.cum de indebito.§.sed hoc.ff.de prob. Alex. con.4.vol. 1. Barb.

*Vide Dec. con. 682.*

con.

con. 25. scribitur vol. 1. tamen vbi est promissio vel obligatio sub conditione vtili vel inutili stipulanti valet promissio & obligatio, ex quo conditio habetur pro causa Fel. d.c. si cautio col 3 in fi. num. 16. ver. fallit vndecimo l. cum ad præsens vbi Bart. Dec. & alij per il lum tex. ff. si cer. pet. & hoc procedit vt dicunt Dec. & Doc. d. l. cum ad pręsens, siue sit conditio propria puta de futuro, siue impropria puta de pręterito, vel pręsenti, sequitur Fel. d. num. 16. Cagnolus. d. l. in omnibus num. 32. Dec. consil. 614. in causa colum. penul num. 9. Bartol. Paul. de Cast. Alex Ias. & alij. l. a Titio ff. de verb. ob.
37 per illum tex. Sic & iuramentum habetur pro causa Barb. d. consil. 25. colum. 8. Roman. consil. 373. in casu alios casus quibus Promissio sine causa valet vide per Felin. d. c. si. cautio. Et sic cóncludo quod istud iuramentum defertur contra dolosum vbi aliter veritas haberi non potest, & sic propter difficultatem probationis & odium delinquentis Ripa. l. admonendi colum. 15. num. 68. versic opponitur primo ff. de iureiur. Et sic non potest deferri istud iuramentum de quo in hac. l. si quando, nisi prius constito de violentia & difficultate probationis vt per Rip. d. nu. 68. per Fel. c. quoniam contra falsam col.
38 11. de proba. & idem voluit Bar. vt per Rip. d. num. 68. Et licet in dubio dicens veritatem aliter haberi non posse debeat istud probare quòd veritas aliter haberi non potest, vt per Laf. Orian. d. c quoniam verbo testium depositiones num. 43. vers. sed modo stat difficultas Bartol. & Doc. l. hoc iure ff. de verb. ob. per Doc. c. super his de acc. Tamen cum materia probationum sit arbitraria & consistat
39 in arbitrio iudicis dico quod Iudex poterit ipse arbitrari an iuramẽtum sit deferendum vel ne & sic an veritas possit aliter probari vel ne. inspecta qualitate personarum, negotij, temporis, & loci, vt dicitur in hac l. si quádo. l. 3. ibi tu magis scire potes ff. de testibus l. 1. ff. de iur. de lib. cum not. in l. Lutius vbi Bart & Doc. ff. de his qui not infam. Et Iudex ex offitio potest in hoc se informare a se ipso
40 Soc. con. 136. præstantissimæ pet tot. vol. 1. Et secundum Ias. hic col. 1. in. 1. not. ad hoc vt locum habeat ista lex plura requiruntur copulatiuè. Primo quod violentia plenè probetur, secundo quòd taxatio fiat a Iudice super damnis & interesse. Tertio quòd iuretur secundum formam taxatam. Quarto quòd sequatur condemnatio secundum iuramentum vt in tex hic & in c. si. ex. quòd metus cau. & ibi D. Ant. de But. & alij post eum.
41 Nota secundo ex isto tex. in verbo arreptis & super verbo inuasis quòd ista verba arripere & inuadere sonant in malam partem & denotant dolum malum inuadentis vel arripientis vt per glo. hic quæ exponit arreptis idest exportatis & per eum detentis l. si quis in tan
42 tam hoc eo tit. Sic & rapere denotat dolũ malũ. l. 1. ff. vi bonorũ rap.
tot.

tot. tit. C. de raptu virg Et glo. ista dum exponit verbum arreptis id est expurgatis facit ad questionem quod si statuto vel lege caueatur quod arripiens siue rapiens mulierem honestam vel virginem capite puniatur, & bona confiscentur, vt videtur esse de iure communi per tex. in l. raptores C. de epis. & cler. & in l. 1. C. de rap. virg. & ibi. Hip. de Marsil. & cauetur ex Decreto Mediolani sub Rub. de raptu mulierum quod licet aliquis acceperit virginem & eam per vim in terrã prostrauerit illam carnaliter cognoscendo, quod non dicitur per hoc raptus virginis vel mulieris, nisi de loco ad locum transducatur cognoscendo illam carnaliter & non erit locus pœnę raptus vbi non fuit transductio violenta de loco ad locum, sed pœnæ stupri de iure communi quæ pœna sit stupri, vide instit. de pub. iud. § item lex Iulia de adulterijs & §. sin autem per vim, ita dixit Hip. de Mersil. sing. 65. statuto cauetur Alb. de ros in 3. par. stat q. 31. item pone. q. quam narrat Gandinus & idem voluit Pau. de Ca. in d. l. raptores Raph. Comen con. 95. Christophorus Alb. gand. trac. mal. sub rub. de multis questionibus dependentibus a statutis in 11 carta col. 3. versic. item pone q. de facto Bal. con 306 statuto Placentiæ vol. 3. D. Iud. Carrerius in prac. crim. § homicidium in ea parte quæ incipit circa quartum num 281. ver. secundo casu principali contrahitur hoc crimen raptus. Io. de Ana. rub. de rap. Hipol. d. l. 1. Tamen ex quo Decretum 34
ipsum Mediolani vlterius procedit dicendo raptores mulieru m. honestarum vel vim etiam si copula non sequatur, eis inferentes pœna capitis & confiscationis bonorum puniri debere erit locus pœnę dicti Decreti etiam quod mulier non fuerit rapta. i. per vim de loco ad locum asportata: sed si illi vim aliquis intulerit etiam absq; transductione & asportatione de loco ad locum pœna capitis & confiscationis bonorum erit puniendus, vt constat ex ipso decreto Mediolani sub Rub. de raptu mulierum. Et dicitur tunc in eo casu masculus 44
vim inferre mulieri & illam inuitam cognoscere vbi per auri munera inducit mulierem ad consentiendum, quia aurum facit nolentem velle & excecat oculos sapientium, & mutat verba iustorum Hipp. de Mar. sing. 353 datio pecuniæ circa fi. Ang. in Auct. de lenonibus §. fi. circa fi Dec. con. 170 viso themate col. 2. D. Io. Bap. de san. Seuer. in rep. l. cuctos populos col. 25 num. 62. ver. hinc infert. Ang. C. de sum trin & fid cath. D. Lud Carrerius d § homicidium in d par quę incipit circa quartum num. 282. ver. item contrahitur in fi. ibi quod statutum de cognoscente aliquam inuitam, nam auro persuadere est plusquam cogere. l. i. § persuadere ff. de ser. cor. Et ideo testis accipiens pecuniam vt dicat veritatem tenetur pœna falsi Hipp. d. sing. 45
353. glo Barr & alij l. i. ff. de fal. vbi etiam Hip. de Mar col. i. Nam 46
& istud quod cognoscens mulierem corruptam auro etiam volentem

lentem dicatur illam cognoscere per vim, & teneatur pœna statuti vel decreti imponentis pœnam cognoscenti mulierem inuitam seu per vim, limitatur primo nō procedere vbi fuisset aliàs cognita per alium non maritum vel per ipsummet, nam tunc nō præsumitur vim passa nec inuita illa mulier, & illam cognoscens per auri dationé nō tenetur pœna dicti statuti, nisi probetur vis, vt per Lud. car. d nu. 282 in. fi. & nu. 283. ver. limita tamen vbi allegat Pau. de Ca. & tex. in. l. stuprum in fi. ff. de ritu nup. & ego allego tex. in. c. semel malus de reg. iur in. 6. Item & secundo limita. vbi esset consuetudo corrūpēdi 47
mulieres per pecuniam & contra corrumpentes non procedendi vigore dicti statuti vel decreti, nam mala consuetudo excusat a pœna temporali etiam homicidij, puta si ludendo ad lapides occidatur aliquis, ergo & excusabit a pœna dicti statuti licet non excuset mala cōsuetudo a pœna æternali. Fran. Cre. sin. 149. Mos puerorū gl. Anch. & alij doc. in. c. cum venerabilis de consuet. Lud. Ro. sing. 19. An consuetudo, nam & pœna statuti vsu non recepti nō potest allegari Ias. 48
l. rem non nouam C. de iud. Et omnes leges, statuta, ac decreta Mediol. & totius orbis punientia rapientes mulieres vel eis vim inferētes, etiam si copula non sequatur vt inquit dec. Med. sub rub de rap. mul. intellige procedere cōtra eos qui causa libidinis rapiūt vel vim inferunt mulieribus, secus si ex alia causa, quia tunc non punitur ipsa pœna rapientis mulierem vel ei vim inferentis, D. Ludouicus Carrerius d. §. homicidium in parte de qua supra num. 289. ver. Item cō trahitur Dec con. 234. in effectu queritur col. fi. num. 8. ver Nec etiā obstat Ang. d. l. 1. circa fi. C. de rap. virg Cepol. cō. 57. super querela * col. 2. Io. de Ana. c cum causa in fi. de rap. facit l. verum ff. de fur. Et mulier senes inepta ad venerem præsumitur in dubio ex alia causa quàm libidinis rapta & iuuenis mulier præsumitur in dubio rapta causa libidinis, vt per Lud. Car. & Dec. in locis de quibus supra, & facit illud Poeticum.

A iuuene & Cupido credatur reddita virgo?

Et sicut verbum rapere arripare & inuadere denotat dolum malum 49
& malam partem inuadentis vt habetur hic in tex. & habetur in l. in uasor & in l. meminerint hoc eo. tit. Io. Bertha, repert. verbo inuasor. Sic & verbum occupare denotat dolum malum occupantis. Et ideo supplicans contra tertium dicendo quòd occupat talem possesfionē non dicitur facere mentionem de possesfione Titij, cui princeps in dubio non censetur velle præiudicare in sua possesfione & preces suplicantis dicuntur obreptitiæ & supreptitiæ Dec con. ccix in casu col 2. ver. secundo, respondet. l. fi. verbo occupauerit infra hoc eo. tit. c. fi. cum glo. verbo occupasse de rest. spol. in 6. c. generali vbi gl. ver. occupare de Elec. in 6. vbi inquit quod occupare est in malam partē &

*Raptus pœna ordinaria nō procedit ubi præcessit tractatus nuptiarum Cor. con. 80. num. 2 uol 2. Raptus propriæ dicitur ubi fit cum libidinis exercendæ, secus causa matrimonij cō trahendi ubi præcessit tractatus de matrimonio contrahendo. c. cum causa ubi Abb. nu. 1. & Barb. de raptoribus.*

**Cepol. con. 56. num. 9. in fi.*

& quòd propriè bona mobilia dicuntur occupari, & immobilia inuadi,& per glo.d.c. generali Clem.1.§.1.vbi Card. Zabarell. Patauinus de seq. poss. & fruc.l. domum C. de rei ven. Sic & verbum si quis præsumpserit puniatur tali pœna denotat dolum malũ Hipp. de Marsil.sing. 287. tetigi,Card. Zab. Clem.1.q.39.alias.38.de priuil. Fel.c. quoniam cõtra falsam col.5.num.11.ver.vltimo nota de probat.Sic & verbum periurare denotat dolum malum,& absq. do lo malo non fit periurium punibile pœna periurij Hip.d.sing.287. Alex.l. fi. ff. qui satisd. cog. Hipol. l.de minore ff. de questionibus. Sic & verbum falsificare, siue falsum facere denotat solum vbi fit dolo malo,quia absq. dolo malo non fit falsum punibile pœna fal si tex. est in l.nec exemplum vbi etiam Doc.C.de fal.Et propterea notabis perpetuò quòd lex vel statutum loquens contra innadentes,arripientes aut occupantes possessionem vel bona alterius vel contra præsumentes aut falsificantes aliquid quòd lex ipsa vel statutum & eius pœna locum non habet nisi contra inuadentes vel occupantes ,vel arripientes vel præsumentes aut falsificantes dolo malo Hipol.de Mar.d.sing.287.tetigi Fel.d.c.quoniam cõtra num. 11.col.5.ver.vltimo nota & in rub. de præsump.& in cap. 2. de excep.Ripa c. decernimus col.13.nu.42.ver.2.infertur de iud.Zab.d. Clem.1.q. 39.de priuil. Et non faciens in cõtemptum non tenetur ad pœnam Io.Cald.con.4.sacerdos in tit.de sen.excom.Hip.d.sing. 287.Fel.d. col.5.cum seq.Et saltem requiritur lata culpa ad hoc vt quis puniatur pœna pecuniaria legis vel statuti loquentis contra inuadentes, occupantes, vel arripientes,vel præsumentes,Alex. con.64. Et si celeberrimè colum.fin.ver. vltra prædicta volum. 3. Rubeus Alex. cons. 13. viso col. 4. in prin. ver. Et per ista Sal. l. si quis in tantam q. xi. hoc eo. titu. vbi vult non teneri aliquem pœna d. l.si quis in tantam.C. vnde vi,qua cauetur quòd inuadens violenter possessionem alterius quòd si erat dominus quòd cadit ab omni iure suo, si non dominus quòd tenetur possessori ad extimationem rei si ille inuadens non erat in lata culpa nec dolo malo, vt per Sal. d. q. xi. per rubeum. d. cons. 13. per Alexand.d. con.64.Sic & verbum subtrahere denotat dolum malum, vel saltem latam culpam.Et propterea.l.non est dubium.C.de legat.quę vult legatarium & fideicomissarium debere petere & habere legatum vel fideicomissum de manu heredis,& quòd si legatarius vel fideicomissarius postquam hæres adiuit hereditatem & possessionem fuit adeptus propria authoritate bona sibi legata vel per fideicomissum relicta subtrahat vel occupat. quòd cadit ab omni iure legati & fideicomissi,vt dicit tex.in d.l.non est dubium Ripa l.centurio nu.52.ff.de vulg. & pup.substit. Dec.con.243. vt clarior num.4.

51 52 53 54

*Fel. c. Iudei insi. de testib.*

*Vide Ripã in tit. ff. quorum legatorum libere excludit aliam disp. fieri Barbat. con. 3. nu. 8. uol. 2 Libere c. cũ episc. de off.*

*er.in.6.* Oldrad.con.107.circa ius col.fi.Rubeus con.13.ex testamento.Tamen non erit locus dictę pœnę priuationis iuris contra legatariũ vel fideicommissarium vbi subtraxit vel occupauit bona sibi relicta propria authoritate absq.dolo malo & lata culpa,puta quia nõ dum sepulto cadauere defuncti legatarius vel fideicommissarius ignorauit prout pręsumitur ignorasse hereditatem aditam per hęredem & per eum possessionem adeptam tunc enim legatarius & fideicommissarius vbi possessionem aprehenderent solum tenentur restituere possessionem heredi,& illam postea petere ab eius manu & nõ cadunt à iure suo Dec.d.con.243.col.fi.Oldrad.d.con.107. col.fi.vel quia in testamento esset data licentia legatario vel fideicommissario accipiendi bona propria authoritate vel dictũ quòd bona libare ipsis relinquuntur,tunc enim cum verbum libare excludat omnem consensum & licentiam alterius non requiritur licentia heredis Barb.cõ.xi.illud afferam col.2.nu.3.ver. itẽ transtulit in fi.vol.2.glo.clem.dudum verbo libare de sepul.c.omnis vtriusq. sexus de pen.& remis.c.de illis de spon.c.si quem de procur. in 6.c. licet episcopus & c. de mulcta de præben. in. vi. vbi tractatur de verbo libare quòd excludit consensum & licentiam alterius,vt per Barbaciam.d.consil.xi.per Rubeum.d.consil.43.num.4. & quòd licentia testatoris concessa legatario & fideicommissario valeat & excuset ipsos vbi bona sibi relicta propria authoritate occupant est communis opinio,vt per Ripam.d.l.centurio.numer. 52. & 53. Dominus Rubeus dicto consilio 43. num.4. vbi etiam inquit quòd videtur dare dictam licentiam ipse testator vbi prohibet vim fieri legatario vel fideicommissario in rebus sibi relictis Bal.l.1.C. communia de legat.Alex.l.nemo potest col. 4. vbi alij Doct.ff. de leg.1.Ang. de gambilionibus de Aretio.trac.de testamentis.§.R. talem vineam in fi.l.titia testatur §.Lucius vbi tex.glo.& Bart.ff.de leg.2. & licet secundum cõmu. opin. etiam stante licentia testatoris non liceat legatario propria authoritate accipere contra heredem possessorem resistentem tamen si istud faciat legatarius nõ incidit in pœnam amissionis iuris sui Ripa d. l.centurio nu. 53. Bal. con.435. veritas vol. 1. & similiter videtur dare licentiam vbi testator inquit quòd hæres non impediat legatariũ Dec.d.con.243. col.2.Sal.d.l.non dubium Ang.l.item si res ff. de rei vend. Roman. Authen.similiter in.xx.speciali C. ad.l.falcid.

*Tiraq. tit. le mort saisit le uif in 3. declar. Vsuf. omniũ bonorum de manu hered. peti debet Dec.con.418 nu.3.uide Ripam l.1.ff. quorum leg. Rom.cons. 312. Alex. 163.uol.6.*

*Libere .i. sine impedimento, & sine licentia alicuum Alban.trac.de inmunitate eccl.num.xi. uer.es enim, & num. 12. uer. & late Alex.consil. 154.uol.1.e. 1.ubi Io. Andr.& Gemi. de reg. iur. in 6.*

*Itẽ fallit in sibus not.per Dec.cõ.418. col. pẽ.et fi. & con.243. n. 3. & 4.*

Nota tertio ex glo. iunctis not.per Iaf. hic in 2.not. post Salic. 55 hic quòd iuramentũ non dicitur liquida probatio & vbi a lege vel statuto requiritur liquida probatio non sufficit iuramentũ, vt per Sal.& Ias.hic per istum tex.cum glo. verbo patefacta idest liquido probata Dec.rub.de probat.col.14.versic.secundo limitatur.Adde quod

quod etiam iuramentũ non dicitur legiptima probatio vt per Iaſ. hic qui dicit quòd iuramentum nõ venit appellatione legiptimæ probationis, vt per glo. in. l. cum de indebito ver. legiptimis. ff. de prob. & per glo. in §. quadrupli verbo duplicantur inſtit. de Act. vbi Iaſ. num. 40. ver. in glo. l. fi. §. licentia vbi Iaſ. num. 2. in fi. C. de iur. de lib. Et ſecundum cõmunem op. iuramentũ non dicitur propriè 56 probatio & per iuramentum quis non dicitur probare ſed releuari ab onere probandi, & eſt cõmunis op. ita inquit. D. Lud. Gomeſius hiſpanus. §. item ſi quis poſtulanti num. 4. in. i. not. in fi. inſtit. de act. Hyp. de Marſi. in rep. rub. C. de probat. col. 26. Et iſta eſt magis cõmunis op. Fran. de accoltis aret. c. 2. in 2. not. de probat. Et iſtam eſſe cõmunem op. dicit Dec. in rub. ex. de probat. col. xi. num. xi. ver. Nunc aliud dubium Alex. l. licet imperator col. 1. ff. de leg. 1. per tex. in. l. non erit. §. dato ibi quaſi probatum vbi Sal. Roman. & Mod. ff. de iureiur. & in c. 1. §. ſi quis de Manſor. in fi. & in l. eum qui ff. de iureiur. Capitius deciſ. 91. in cauſa in fi.

Iſta tamen cõm. op. limitatur non procedere in caſibus quibus 57 de iure cõmuni, vel ex forma ſtatutorum iuramentum habetur pro plena probatione, tunc enim in illis caſibus appellatione probationis veniet iuramentum vnde ſi ſtatutum velit credi iuramento dãnum paſsi certe aliud ſtatutum loquens de probatione damni dati vel de damno probato haberet locum contra damnum dantem in probatione damni quæ fieret per iuramentũ Dec. d. rub. de probat. col. 13. in fi. ver. Ex his bene infertur in fi. ibi. Et ideo ſimiliter Aret. d. c. 2. Nam hæc videtur interpretatio paſsiua quæ in omnibus legibus & ſtatutis locum habet. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad. l. fal. Decius d. col. 13. ſecus autem quantum ſit contra principem vel vniuerſitatem vel alium qui tenetur pro delicto alterius, nam tunc iuramentum non habetur pro probatione. Et ideo ſi Princeps promiſerit Mercatoribus ſoluere omnem quantitatem quę probabitur depredata, tunc non poterit quantitas iuramẽto probari. Dec. d. rub. de prob. col. 14. ver. prædicta concluſio vera eſt in fi. Bal. c. 1. §. cõuenticulas col. ii. ver. ſed pone quòd dominus de pace iur. fir.

Nam iſtud verbum probatio intelligitur ſecundum ſubiectam 58 materiam adeo quòd ſi in materia de qua agitur ſufficiat pro plena probatione iuramentum, tunc appellatione probationis venit iuramentum aliàs ſecus Dec. d. rub. ex. de prob. colum. 13. ver. Ex his benè Bal. l. peremptorias col. fi. ver. Et adde. C. ſen. reſcin. non. poſ. Bar. tract. ad reprim. ver. Summariè col. fi. Bal. l. admonẽdi col. pen. ver. quid autem ſi teſtator. ff. de Iureiur. & in l. id quod pauperibus col. 4. ver. ii. quæro. C. de Epiſ. & cler. Vnde ſi teſtator mandat ſatisfieri omnibus probantibus ſe creditores, tũc ſatis eſt pro

bare per vnum testem cum iuramento delato à Iudice in casibus quibus aliàs debet iuramētum in suplementum deferri Dec.d.col. 13.in fi. Bal. d. ver. quid autem.In dubio autem probationis appellatione intelligitur de plena, & scripturæ appellatione intelligitur de publica.Afflic.Decis.272.deinde in alia col. 2. num.3.

59 Notabis tamen semper quòd vbi per modum conditionis requiritur à lege, statuto, vel ab homine probatio, puta si probaueris, quòd tunc appellatione probationis nunquam venit iuramentum nec potest iurari, quia illa conditio probationis censetur requiri pro forma substantiali graui & necessaria adeo, quòd etiam iuramentum in suplementum probationis non potest deferri, sed probatio debet perfectè impleri, maximè cum per conditionem censeatur data forma, D.Catell.Cotta lib. Memor. ver.lex quę loquitur conditionaliter. Imo tunc non sufficiunt præsumptiones à iure approbatæ quę aliàs habentur pro idoneis & legiptimis probationibus, quia ubi per modum cōditionis probatio nominatur, vera & concludens probatio requiritur & iuramentum & probatio præsumpta nullo modo admittuntur.l.lucius vbi Din. Et Bar. per illum tex. ff. de cond.& demon.& Bar. in .l. ait prętor.§.si iudex in fi. ff. de re iud.Bal.l.ex sententia circa fin.ver. quæro de qua C. de sen.quæ sine cer.quan.& in c. quo ad cōsultationem col.3.de re. iu. Rom.rub.de arb.col.7.Bal.l.in bonę fidei col.6.ver.expedita est.2. pars vbi etiam Sal.col.pen.ver.quæro.3.C.de rebus cred. Alex d. l. licet imperator.Ias.l.admonendi col. 23. nu. 112. in fi. ver. vltimo quando.ff de iureiur.vbi alij.Mod. Et hęc est communis opin.ita dicit.Dec.d. rub ex.de probat.col. 14. ver. tertio si fit mentio & col. 16.ver.Retenta prædicta & ver.primo nisi in fi.ibi quamuis ista sit cōmunis,nam conditiones debent impleri in forma specifica & nō sufficit æquipollens l.qui heredi in prin.& l.meuius.ff.de cōd.& de mon.Et quæ op. cōmunis limitatur procedere in casibus quibus probationes quę necessario concludant possunt fieri per testes vel instrumenta prout est regulariter,tūc enim probatio prolata per modū conditionis non verificatur in iuramēto nec in præsumptionibus iuris.Sed quando sumus in casibus quibus veræ & concludentes probationes haberi non possunt,puta si tibi cōstiterit vel si probaueris Titium fuisse filium Sempronij,vel si probetur Bertam cōmisisse adulterium, tunc sufficient probationes præsumptiuæ, & tunc non procedit ipsa cōmunis op.ita inquit Dec.d. Rub. de probat.col. 17.ver. si tamen per tex.in c.Michael,& in c. ex tua de fil. præsb. vbi glo.& Doc.& in c. laudabilem de frig.& mal.& in l. 1.C. de satisd.& in l. si tutor. C. de peric.tut. & ita etiam istam cōmunem op limitat.Fel.d.rub.de probat.col 2. nu. 3. ver. sed aduerte quia

quia ista & ver. sed aduerte quia pro, & sequitur D. Cotta d. ver. lex vbi allegat. Fel.

Nota quarto ex isto tex. in verbo patefacta quòd in interdicto 60 vnde vi non sufficit summaria vel semiplena probatio, sed requiri tur plena probatio ad probãdũ vim vt est tex. cũ glo. hic verbo patefacta idest liquido probata, quamuis in iudicijs seu interdictis possessorijs sufficiat summaria seu semiplena probatio vt per Ias. hic col. 2. in 3. not. tamen in interdicto possessorio vnde vi nõ sufficit summaria probatio vt per Sal. hic circa prin. quod intellige ad probãdũ vim & declara secũdũ not. per Bar. & doc. in l. 1. C. quorũ bon. l. 1. vbi doc. ff. quorũ bon. l. ii. §. fin. C. vbi in rem actio. Et scias 61 quòd interdictũ vnde vi est personale, & cõpetit solũ cõtra eũ qui vim intulit, & eius heredes, nõ autem cõtra singularẽ successorẽ. l. cũ a te, & l. ii. ff. de vi & vi arm. & requiritur dolus malus ex parte eius qui vim intulit l. 1. §. vi possidere & l. si vi ff. de vi & vi arm. licet ad pœnam. l. si quis in tantam sufficiat lata culpa vt per glo. & doc. in d. l. si quis in tãtam supra eo. Io. Pet. Fer. in pract. Pap. in for. lib. in cau. spol. pos. in glo. 1. col. 3. nu. 6. ver. sciendum est. Vnde pin 62 guiori remedio fuit sucursum per. c. reintegranda. 3. q. 1. quo dispo nitur generaliter & indiffinitè quòd qualitercunq. & quomodocun q. quis iniustè sit priuatus possessione rei, & ad quascũq. personas peruenerit, siue sit successor vniuersalis, siue particularis, siue bone fidei siue male fidei, quòd ante omnia spoliato, siue illi qui cecidit à possessione restituatur possessio, & sibi fiat reintegratio possessionis suæ, vt per prac. pap. d. ver. sciendum in fi. per Ias. Soc. Rip. & & alios in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. & latius infra dicam.

Reliqua notabilia declarabo inferius in limitationibus statuto rum, quòd credatur iuramento damnum passi.

Præmitto quòd in iure ciuili & canonico reperiuntur quinque species violentiarum.

Quædam est violentia expulsiua, & ista propriè cadit in rebus so 63 li, & pro tali violẽtia proditum est interdictũ, vnde vi competit ẽt remediũ ex l. Si quis in tantam. C. vnde vi, & l. si coloni. C. de agric. & cen. lib. ii. vbi Bartol. Ang. Luch. de penna, & Io. de platea, & alij. Item competit remediũ vt dicit hic Ias. col. 1. ex. c. reintegranda. 3. q. 1. Adde quòd remediũ c. reintegrãda. 3. q. 1. quo disponitur quòd illi qui cecidit à possessione fiat reintegratio possessionis quod cõ petit non solũ vero possessori, verũ etiam commodatario deposita rio, & similibus Soc. l. rem quæ nobis col. 5. num. 6. ver. 3. dubitatur, & ibi Ripa nu. 21. dicit quòd hæc est com. op. ff. de acq. poss. Item cõ petit etiam colono, siue conductori, & mandatario Soc. consil. 17. capio primam col. pen. num. 15. vol. 3. Spec. tit. de poss. & petit. §. 1.

ver. sed nunquid depositarios vbi etiam Io. And. in addit.

64 Item competit remedium. c. reintegranda non solum pro rebus ecclesiæ, sed etiam laicorum, & inter laicos & est com. op. Ripa. d. l. rem quę nobis num. 25. & num. 26. vbi etiam Bartol. Ang. Roman. Alex. & Imol. & hæc est communis op. quòd remedium ipsum procedat ne dum in foro Ecclesiæ, verum etiam in foro seculari, & inter laicos, vt per Iaf. d. l. rem quæ nobis col. 5. num. 20. cum seq. versic. item circa Alex. consil. 6. circa processum colum. 2. vol. 3.

*c. Reintegrãda quãdo nõ competat*

*Cra. cõ. 244 col. 2. & cõ. 802. col. 3.*

65 Remedium possessorium ex ipso. c. reintegranda competit anteriori possessori, siue habeat titulum, siue non, etiam cõtra tertium posside ntem cum titulo & bona fide, etiam si ad eum res perueniſset sine vitio & est magis communis opin. Nic. boetius Deci. s. 239. & in prędicta columna. 7. vers. Et sic remedium possessorium datur in 2. parte quia ex quo actor asserit se possedisse primo loco, & reus conuetus reperitur in possessione iuniori certè actor qui fuit possessor dicitur re ipsa aliquo spolio non probato spoliatus & debet actor possessor antiquior ante omnia restitui in possessione anteriori etiam nulla probata violentia nec titulo nec potest Reus contra actorem excipere de dominio, sed solum debet considerari an actor ceciderit à possesione, & tunc ante omnia est restituendus & reintegrandus actor, & ista est magis com. op. ita dicit Iaf. d. l. ré quæ nobis col. 4. in fi. num. 19. ver. In principali Dec. con. 57. & pro tenui col. fi. Et dictum remedium. c. a. reintegrãda competit etiam contra successorem singularem cum titulo & bona fide, & ista est communis opinio Canonistarum & legistarum, vt per Ripam d. l. rem quæ nobis col. 6. nu. 27. ver. ideo, & hęc est magis communis opp. Alex. con. 91. in causa col. fi. vol. 5. Dec. con. 57. & pro tenui col. fi. Et ita ego teneo, & pro ista opp. pluries iudicaui in varijs causis mihi Io. Baptistę Ploto doctori Collegij dominorum Iudicum ciuitatis Nouariæ commissis, licet multi doctores dicant magis cõmunem opp. esse quòd remedium. c. reintegranda non detur contra possidentem cum titulo & bona fide, vt per D. Ant. Rubeum con. 167. præsens col. 4. num. 9. & con. 4. series col. 2. num. 6. ver. quarto suadetur per D. Alb. Brun. con. 19. omnipotentis. col. 4. & con. 21. Caro. Roin. con. 49. nu. 1. r. vol. 4. & istam magis cõmunem opp. esse dicit Parisius consil. 1. visa num. 166. versic. quo stante vol. 1. Soc. con. 266. in causa col. 5. num. 15. versic. secundo eadem vol. 2. & con. 39. in questione col. 2. versic. circa secundam vol. 3. qui omnes sequuntur Bart. Ang. & Imo. d. l. rem quæ nobis qui voluerint dictum remedium non competere contra possidentem cũ titulo & bona fide. Ego autem teneo primam opin. tamquam magis verã & magis com. quòd remediũ d. c. reintegranda detur & cõ

tra

tra tertium titulo & bona fide possidentem,& ita etiam iudicauit sacrum Concilium Neapolitanum vt per Afflictum Decis. 361. monasterium col.13.num.33.ver. Nec. ob. prima ratio, vbi etiam dicit quòd hæc est magis communis op. & Alex. d. l. rem col.4.dicit quod ita vidit iudicari & est communis Abb.cap.cum ad sedem col.7.de rest.spol.&c.si diligenti col.5.de præscr ip. Ripa c. sepe. *et in Respō. 1. nu. 83. de leg. & lōg. consu.* col.5. num. 20. ver. venio ad primum de rest. spol. Et facit ratio quia d. cap. reintegranda loquitur generaliter ergo generaliter debet intelligi l. non distinguemus.ff. de arb.l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. Et cum dictum cap. reintegranda factum fuerit ad corrigendum peccata,ergo fauore animæ debet extendi Ripa.d. l. rem quæ nobis num.25.in fi.versi. Et subdit.& not.etiam Alex.d. l. rem quæ nobis. est enim fauendum & extendendum in his quę faciũt pro anima cum ista sint fauorabilia. D. Cat.Cotta in Memor. verbo anima Fel. cap. in pręsentia col.22.q.4.de prob. Soc.cons. 39.licet col. pen. vol.2. anima enim cunctis rebus est præferenda l. sancimus. C. de sac. ecc.

Et ille qui probat in cap. reintegranda possessionem antiquiorem præfertur habenti possessionem iuniorem etiam cum titulo, etiam quòd antiquior possessor non probet titulum nec spoliationem Alex. con.90.viso,vol. 5. Alex.d. cons. 91. Dec. cons. 302.Et pro tenui nu.22.& con.57.& pro tenui col.fin.& est magis cõm. vt per Afflictum & doct. de quibus supra Afflict, decis. 363. vtrum num.4. 67

Et datur remedium d. cap. reintegranda etiam pro feudis & iuribus incorporalibus & bonis etiam stabilibus Ias. con.172.vol. 4. Bar.l. 3. §. vnde vi interdictum. ff. de vi & vi arm. Ant. de But. c. cum ecclesia sutrina num.38.vbi etiam Abb. de cau. pos. Et prop. Soc.d.l.rem in 5. q. Ripa d. cap. cum ecclesia colum.22. num.101. versic. ex istis,& datur etiam pro rebus mobilibus & immobilibus, & est communis op. Ripa d. c. sepe col. 6. num.21. versi. an autem competat Soc. d. l. rem in 5. q. Ias. d. l. rem colum. 4.num. 19. 68

Competit autem dictum remedium c. reintegranda etiam male fidei possessori Ripa d. c. sepe col. 16. num. 23. ver. venio ad tertium de rest. spol. vbi etiam D. Ant. de But. per Rom. & Aret. d.l. rem quę nobis Alex.d.con. 6. col.4. vol. 3. quamuis Alex. con. 94. vol. 5. Imo. d. c. sepe,& Soc.d. l.rem in 4. dubit. 2. q. prin. velint male fidei possessori non dari remedium d. c. reintegranda & malè velint,quia dari debet per cap. fin. 3. q. 1. vt per Ripam d.c.sepe. 69

Item dictum remedium cap. reintegranda competit etiam illi qui cecidit à possessione sua ex proprio contractu imperfecto seu ex contractu conditionali cuius conditio non euenit Soc. d. l. rem 70

quæ nobis col. 5. num. 8. ver. quinto dubitatur Alex. con. 90. viso processu vol. 5. Cur. iun. con. 131. in fi. in 2. par. vbi autem quis ceci dit ex contractu perfecto non potest agere ex ipso remedio Soc. d. l. rem. num. 8. Alex. con. 92. perspectis col. 2. ver. nec etiam potest volum. 1.

Rol. con. 50. vol. 2. Socin. con. 266. nu. 19. volu. 2. Ruin. cō. 69. nu. 14. uol. 1. & conf. 49. uol. 4 Ceph. con. 100. nu. 16.

Illi autem qui cecidit à possessione ex culpa vel negligétia sua, vel iusta causa non datur remedium d. c. reintegranda, & est communis op. Soc. d. l. rem num. 8. ver. quinto dubitatur Alex. d. con. 92. & est communis teste Ripa d. c. sepe colum. 7. num. 27. versic. quinto dubitatur Alexander. d. consil. 6. Abb. & alii c. accedens. i. vt lit. non contest. Ecclesiis tamen minoribus & absentibus qui eorum ne gligentia ceciderunt a possessione competit pro recuperanda pos sessione amissa officium Iudicis, Socin. d. l. rem num. 9. col. 5. versic. prædicta tamen Alexander d. consil. 92. columna. 3. versic. nec ob. stat Hostien. & alii c. accedens vt lite nō cōtest. Durat. tamen actio agendi ex dicto cap. reintegranda per triginta annos, & interim non dicitur actor negligens, & est communis opinio Hieron. Gratus consil. 70. ex multitudine colum. 2. num. 18. vol. 2. Soc. d. l. rem. num. 18. in 8. q. prin. Alexander d. consil. 6. Dec. con. 302. & pro tenui num. 24. in fi. versi. Et vlterius videtur. 71

Scias autem quòd licet de iure ciuili regulariter à sententia lata in possessorio iuditio non possit appellari, sed solum dici de nullitate. l. 1. vbi Baldus & Doctores per illum textū. C. si de momen. poss. fuer. app. tamen. à sententia lata super remedio dicti c. rein tegranda, cum sit remedium iuris canonici secundum quod licitū est appellare à sententia lata in possessorio poterit appellari etiā inter laicos & in foro imperii & seculi à sententia lata super reme dio, d. c. reintegranda Bal. con. 321. ad euidentiam vol. 3. prac. Pap. in for. lib. in cau. spol. pos. verbo per vestram diffinitiuam num. 3. ver. inde queritur & ibi sequūtur Cur. Iun. & Mod. in apostillis Bal. c. querelam de ellec. Ripa d. l. rem quæ nobis col. 7. nu. 30. versi. in alio etiam ff. de acq. poss. & in l. interdicto col. fi. in fi. ff. quorum bo. 72

Quædam est violentia ablatiua & ista habet locum in rebus mo 74 bilibus, & pro ista competit actio vi bonorum raptorum de qua in tit. ff. vi bo. rap. & de ista loquitur etiam l. ista ver. super rebus abre ptis vel inuasis, vt per Ias. hic col. 1. nu. 3. Et pro ista etiam competit remedium d. c. reintegráda secundum communem op. vt supra dixi Ripa. d. c. sepe nu. 22. de rest. spol.

Quędam est violentia compulsiua quando compellitur aliquis 75 aliquid dare vel tradere & tunc competit actio quod metus causa aliquando directa aliquando vtilis, vt per Ias. hic col. 1. num. 4. Et isto casu etiam habet locum lex ista quod probato dolo inferentis metum

metum & violentiam compulsiuam vt aliquid sibi darem vel traderem quòd stetur iuramento meo de quantitate, & extimatione rerum traditarum vel datarum vt per Ias. in hac l. si quando col. 8. nu. 44. ver. quero successiuè ibi item habet locum in violentia compulsiua & probatur ex c. fi. iuncta Rub. ex. quod met. cau. secundum Io. de Imo. Hostien. & alios Canon. ibi maximè Bal.

76 Metus autem & dolus probantur coniecturis Gratus con. 43. in præsenti col. 2. num. 8. vol. 2. Nic. Boerius decis. 100. Christi. & decis. 101. Christi in 1. par. Anchar. cons. 382. Retento col. fi num. 12. Et probatio metus iudicis arbitrio relinquitur ex inditiis & circũstantiis D. Fran. Cur. sen. & doc. l. interpositas. C. de transf. Caro. Ruin. cõ. 121. nu. 12. vol. 4. l. dolum. C. de dolo, Dec. l. in omnibus causis pro facto nu. 7. ff. de reg. iur. Et istud intellige de inditiis appropinquãtibus siue propinquis & immediatis, quia ex illis probatur metus & dolus, alioquin si essent inditia extrinseca siue a remotis & non propinqua ex illis non probatur metus nec dolus, sed tunc debet plenè probari d. l. interpositas vbi glo. ver. qualitas & ibi not. Ias. in prin. Paulus de Cast. col. 2. num. 4. & ibi not. alii doc.

77 In dubio autem metus & dolus non præsumuntur nisi probentur
78 tex. d. l. interpositas vbi Bal. Aret. & alii doc. Et metus reuerentialis ad rescindendum contractum non sufficit pro eo quia dicatur inititus contractus inter virum & vxorem, patrem & filiam, prælatum & clericum, vel dominum & seruum, seu alios quibus debetur reuerentia, nisi præcedant verbera vel minæ, & ita probetur, & est communis op. ita dicit Fran. de accoltis Aret. d. l. interpositas ver. sed dubium, Nic. Boerius d. decis. 100. col. 4. num. 11. & 12. versi. his habitis cum seq. Et sola pręsentia patris non causat iustum metũ ad rescindendum contractum vel matrimonium carnale vel spirituale filiæ, & est communis op. D. Hier. Cagnolus. l. in omnibus causis pro facto nu. 8. ver. circa secundum ff. de Reg. iur. Et solus metus reuerentialis non est sufficiens ad rescindendum contractum vxoris, filię, subditi, & similium, & est communis. Boerius. d. decis. 100. nu. 11. & 12. Bar. l. 1. §. quæ honorandæ, vbi etiam Lud. Bolog. Alex. & alii in apostil. ad Bart. ff. quar. rer. act. Ripa lib. 3. respon. sub rub. de donat. & grat. per fi. & reuoc. in respon. 15. licet col. 3. nu. 8. ver. 4. meticulosus Innoc. Bal. Car. Zab. Ab. Sic. Pet. de Anch. Felin. & doc. cap. causam matrimonii de offic. deleg.

79 Et sub prætextu quòd donatio facta sit in castro & iurisdictione Donatarii non præsumitur facta metu vbi aliud non probetur; & ita dixi in quadam causa aureorum octomille mihi commissa ab Illustriss. Ferdinando Gonzaga Locũtenente Generali Caroli Quinti Imper. Aug. in Italia, per not. per Alex. cõ 157. viso instrumento

col.

col.1.nu.7.& 8. & col.4.ver.nō obstat ēt eidem donationi vol.2.
80 Metus autem & dolus non rescindunt contractum, nisi sit talis qui caderet in constantem virum & constantem mulierem l. 1. vbi And. de pomate & alii in apostil. ad Bart.ff.de dolo Dec.d.l.in omnibus nu.2.& 3. vbi etiam Cagnolus num.5.& 6. Dec.c.fi.col.1. vbi Abb.& alii de app.Dec.cons.219. viso, & istud intellige secundum conditionem personarum secundum quam consideratur metus an sit sufficiens ad rescindendum contractum vel ne Dec.& Cagnolus d.l.in omnibus Decius d.c.fin. columna prima.
81 Metus autem vbi est probatus ex quo Titius amisit bona sua stari debet iuramento Titii de quantitate & extimatione bonorum contra illum qui intulit metū Angelus de gente carleta de Clauasio in sua Sūma Angelica verbo metus ibi vtrū probāti metū Abb. Panor.d.c.fi.vbi alii doc.ex.quòd meti cau.Nic.Boer.decis.55.quia supra col.1. vers. & ideo si per vim ibi aut cōpulsiuam in 1. par. & superius de hoc dixi.
82 Gesta metu etiam iuramēto corroborata non valent, & si valēt, debent rescindi D.Marianus Soc.iunior præceptor meus in gimnasio Patauino cō. 77. licet nu.129.vol.1.Nic.Boer.d.decis.100.Christi nu.14.in 1. par.Fel.c.2.col.penul.ver.& declara primo de spon. Io.de Imol. Abb. & doc.in c. cum contingat per illum tex. de iure iur. Phil.Franchus c.quamuis col.5. ver. dicit etiam de pactis in 6. per illum tex.auctēn.sacramenta puberum vbi doc. per illum tex. C.si aduer.vend.

Metu reuerentiali gesta valēt & obligāt de iure,sed in foro conscietię nō obligant cōtrahentem metu reuerentiali patris & similiū vbi nō fuit spontaneus consensus etiam si minæ vel verbera nō probentur, Sūma Angelica verbo metus ver.quid si metus sit solū
83 Alia est violentia turbatiua, & ista dicitur committi quando duo plures uè prætendunt se possessores eiusdem rei,& vnus turbat alium.Et vbi ista violentia cadit in rebus immobilibus proditum est interdictum vti possidetis tot. tit. ff. vti possidetis. Si autem in rebus mobilibus competit interdictum vtrobiq. Et hæc est differentia inter istos titulos,vt per Ias. hic,& in ista violentia turbatiua habet locum lex ista,vt per. Sal. hic in 5.q. & Ias. hic, Innoc. & doc.in c.fi.quod me. cau.
84 Et in hac violentia turbatiua adde quòd vbi est contentio inter duos de possessione. Aut cōstat quòd possessio vacat & pluries prætendunt velle adipisci possessionem & tunc Iudex nō se intromittit vbi plures properant ad possessionem occupandam, & ille qui præuenit in accipiendo possessionem in ea defendetur donec cognoscatur de iuribus aliorum competitorum super possessorio vel

petito

petitorio prout ipsi voluerint Dec. l. fi. col. 2. num. 4. ver. potest tamen & num. 5. ver. si autem nullus possideat & plures prętendunt, C. de edic. di. ad. tol. Innoc. c. in praesentia col. 2. de probat. Bal. d. l. fi. col. 2. ver. Est & quartus casus, & ille qui prius pręuenit ingrediẽdo possessionem non potest absq. citatione priuari possessione, etiam si ille qui pręuenit esset prędo & iniustus possessor Dec. d. l. fi. col. 2. num. 4. in fin. ver. Et hoc procedit vt dictum est c. licet episcopus de praeben. in 6. d. l. si deserta vbi Bal. C. si prop. pub. pensit. l. fi. C. si per vim vel alio mod. Innoc. c. intra quatuor de maior. & ob. Cald. con. 4. de dilat. And. sicul. Rub. C. qui admitti Mod. c. fin. col. 7. de pręsump. vbi Fel. col. 7. num. 24. ver. fallit secundo, dicit quòd etiam praedo etiam intrusus & iniustus detentator beneficii non potest amoueri sine causae cognitione & citatione.

Et etiam verus hęres vbi possessio rerum hereditariarum vacat potest propria auctoritate illam aprehendere, vbi vero non vacat, sed fuit apręhensa per tertium nõ potest sine citatione possessoris ingredi illam possessionem Dec. d. l. fi. col. 2. num. 4. versi. potest tamen in fi. Imo quòd plus est dico quòd etiã stante statuto quòd possessio defuncti cõtinuetur in heredem ipso iure quòd vbi talis possessio medio tempore, idest post mortem possessoris fuit aprahensa per tertium etiam sine aliquo iure antequam hęres realiter adipiscatur & ingrediatur illam possessionem quòd licet hęres fictè possideat vigore dicti statuti, tamen non poterit propria authoritate ingredi illam possess. à tertio occupatã, sed debet via iuris citato possessore etiam iniusto petere à Iudice declarari possessionẽ bonorum relictorũ a defũcto vigore dicti statuti continuatam & transmissam & perpetuam fuisse in ipsum heredem, & in ea confirmari & manuteneri debere, & quatenus opus sit & non aliter pronuntiari & declarari ipsum heredem mittendum esse & mitti debere in actualem & realem possessionem dictorum bonorum vt ipse hæres qui est in ficta & artificiali possessione vigore dicti statuti constituatur in vera vt docet Dec. con. 84. excellentissimi col. 2. ver. Et ideo, & D. Cotta in mem. verbo. Decreto Mediolanensi. Et quòd hæres debeat citare possessorem etiam iniustũ qui bona hereditaria occupauit & aliter nõ possit possessionem dictorum bonorũ ingredi vbi est occupata et stante statuto quòd possessio defuncti continuetur in heredem, consuluit Alex. cons. 83. visa facti narratione col. 4. nu. 8. ver. nec posset cum seq. & nu. 10. in fi. versi. si ergo nõ dicitur vol. 2. Bal. rub. de cau. pos. & prop. col. fi. ver. sed nũquid alius est citandus per. l. 1. §. necessario ff. si ven. nom. mul. in pos. mis. Possessor enim & detentator semper est citandus vbi agitur de conuincenda possessione maximè cum detentator praesumatur

tur possessor, nisi constet quòd pro alio detineat, quia tunc sufficit citari illum cuius nomine possidetur Mar.Soc.trac.de citat.artic.
89 5.prin. nu. 3.ver.tertio quero quid de possess. Ex forma tamé decr. noui Mediolani sub Rub.de cõtinuanda possessione defuncti. §. in super, cautum est quòd si quis possideat post mortem defuncti pos sessoris vltra annum quòd citetur talis possessor ad instantiam heredis ad informationes assumendas & concessionem pręcepti per Iudicem heredi faciendam, vt in possessionem ingrediatur vt patet ex d.§.insuper. Ergo si possessor ipse non possideat vltra annũ, sed minori tempore quàm sit annus, hæres non tenetur illum citari facere vigore d. §. insuper arg.l.cũ pretor. ff.de iud. vbi doc. & si possidens vltra annum debet citari, ergo a contrario sensu qui pos
90 sidet, sed non vltra annum non debet citari. Cum validissimum sit in iure argumẽtum à contrario sensu in legibus, decretis, statutis, contractibus, rescriptis, mandatis, vltimis volũtatibus, sententiis, & aliis secundum com.op. vt per Dec.& Mod.in l.1.ff.de offic.eius cui mand est iurisd. per illum tex. licet in casu isto argumentum à contrario sensu non procederet ex quo vbi resultaret correctio iuris communis secundum com. op. in statutis non habet locũ argumentum à cõtrario sensu, vt dicit Dec.d.l.1.col.18.nu.59.versi.postremo in statutis vbi Alex.col.11.& Alex.con.17.visis vol.2.l.apud antiquos vbi glo.& Bart.& alii C.de fur.Rom.con.71.in proposita q. & cõ.393.circa primum in fi. & con.399.vt præsens.
91 Sed quòd in dominio Mediolani vigore d.§. insuper hæres non teneatur citari facere possessorẽ qui vltra annũ nõ possidet, sed sufficiat quòd hęres etiam parte non citata compareat coram Iudice, & facta fide summariè corã eo etiam parte non citata, quòd defunctus possidebat tẽpore mortis & quòd ipse comparens sit hęres ex testamento vel ab intestato primus in gradu, quòd petat se realiter continuari in possionem defuncti, & tunc iudex concedit præceptum heredi, sed si alius compareat qui de suo iure doceat, suspenditur tale præceptum, & tunc si ille comparens dicat domine Iudex non debet concedi pręceptum pretenso heredi in tali re, quia non tenebatur per defunctum, sed quòd per ipsum comparentem bona tenebantur & possidebantur tempore mortis defuncti, & si hoc docet summariè impeditur ipsa immissio & pręceptum ac continuatio dicti Decreti, ita inquit D. Catell. Cotta in Mem. verbo decreto Mediolanensi in fi. vbi dicit quòd nõ requiritur citatio illius qui possidet, sed nõ vltra annũ, sed quòd seruatur in domi nio Med. practica de qua supra quam docet Pau.de Cast.in d. l.fin. col.ver. si autẽ possidebat nomine suo C.de ed.di.ad.tol. Et suadetur nã cũ decr.ipsũ Mediol.dicat quòd ipsa possessio defuncto pos sessore nõ vacet, sed sit & intelligatur cõtinuata in heredẽ quo ad omnem

*Quid si prius non citatus compareat appellãdo et Iudex appell. admi ttat si & in quantum*

omnem effectum etiam recuperandæ, sequitur quòd infra annum hæres potest ingredi possessionem non citato vsurpatore, præser tim cum Decretum annullet omnem apræhensionem medio tempore factam & dicat continuationem ipsam habere effectum recu-
92 perandæ. Ergo sicuti vbi hæres vel alius fuisset in possessione reali, & fuisset spoliatus posset incontinenti non citato possessore recuperare suam possessionem propria authoritate reiecto spoliatore & dicitur incontinenti, idest quamprimum potest recuperare arbitrio boni viri.l.3.§.cum igitur ff. de vi,& vi arm. vbi Bart. quem omnes communiter sequuntur vt inquir. Fel. c. significasti, col. 2.nu. 12. de homic.Dec. con.460.viso nu. 17. Craue. con. 154. viso nu.4. Sequitur quòd parimodo hæres qui non fuit realiter in possessione, sed fictè vigore dicti decreti Mediolani quòd ipse hæres infra annũ quamprimum poterit arbitrio boni viri potest propria authoritate vel cum licẽtia Iudicis non citato possessore possessionem bonorum hæreditariorum aprehendere infra annum tamen, vt videtur dicere Decretum ipsum Mediolani in d. §.insuper maximè cum decretum ipsum dicat quòd ipsa continuatio habeat omnem effectum etiam recuperandę vt latè docet Paris.con.41,optimum ius vol.1.præsertim cum omnis apræhensio annulletur vbi non fuit facta per hęredem ex forma dicti decreti. Dec. con.467. benè & consultè col.pen.in fi.& col. fin.maximè stante verbo quòd habeat effectum recuperandę,vt dicit ipsum Decretum nouũ Dec. d.con.84.col.pen.ver.præterea tale.

*dic quod In hæres dex a se omnem iurisdictionem abdicauit, & non potest amplius se intromittere ut per Rom. con. 301.*

93 Ego tamen cõsulo quòd verus hęres cum de iure propria authoritate posit possessionem bonorum apræhendere, vt per Dec. & doc.d.l.fi. C.de edic. di. ad. tol. quòd vbi timet ne in adipiscenda possessione preueniatur a tertio quòd ingrediatur possessionem propria authoritate vel cum licentia Iudicis prout melius & citius facere poterit.

94 Sed vbi possessio vacat, & plures prætendentes se esse hęredes vel alii properant vt nanciscantur possessionem, & timor est ne partes ipsę veniant ad arma, iudex debet inhibere omnibus ne accedãt ad possessionem,& illam cũ fructibus sequestrare apud officium, donec viderit ius partiũ Dec.d.l.fi.col.2.nu.6.ver. & hoc procedit per innoc.d c.in præsentia col.2.de prob.spec.tit.de lib. concep.§.nunc dicendum ver.22. quando,& in tit.de petit. & poss. in princ col. fi. versic.in summa,& in tit. de seq. poss & fruc.

Aut nõ cõstat iudici quòd possessio vacet nec quis sit possessor, sed duo vel plures prætendunt se esse in possessione, & alium non possidere,& econuerso,& vnus hoc modo turbat alium,& nemo ex ipsis vult contra alium offerre libellum, nec petitionem,& se con

stituc-

stituere actorem, tunc si Iudex videt esse periculum ne partes veniant ad arma potest & debet vtriq. parti graui pœna prohibere ne accedant ad possessionem, & illam cum fructibus apud officiũ sequestrare donec cognoscatur quis esse debeat possessor, & qui actor,& qui reus,Ias.d.l.quidam extimauerũt col.3.nu.4.in fi. ver. ista regula Bart.l.si vsusfructus,§.1.ff.de vsuf.Bal.l.fi.col.2.vbi etiã Dec.col.2.nu.6.ver.Et hoc procedit.C.de edic.di.ad.tol.Specul.in locis de quibus supra Bal.l.nullus in prin.C.de sum.trin.Alex.con.7.in cõsultatione col.pen.vol.5.Bal.l.ordinarii col.pe.ver.sed hic quero.C.de rei vend.& in l.si disceptetur.ff.vbi pup.educ.deb.Capitius decis.96.in causa Magnifici Roberti.Debet tamen Iudici ex actis constare citatis partibus quòd sit periculum armorum antequam fiat tale sequestrum.Dec.d.l.fi. col.3.ver.& quod sit timor Ang.con.107.Iacobellus in fi.Curt.trac.de sequest.siue in l.1.nu.12. ver.4.fallit,& ver.circa prædicta.C.de prohib.seq.pec.

96 Et vbi nemo ex partibus vellet se actorem constituere,sed quilibet prætendit se esse in possessione,nec vult offerre libellum,nec petitionem contra alteram partem, sed vnus dicit offerat altera pars,& altera pars inquit,offerat altera pars petionem, & sic inuicem se turbant,& timor est ne ensis pro libello ostendatur, tunc Iudex etiam ex officio & motu proprio, & lite non contestata & absq. libello poterit inquirere,& assumere informationes nedum summarias, verum etiam summariissimas super possessorio summariissimo de præsenti,& cõstituet reum illum qui reperietur esse in possessorio,etiam facti, & in tenuta etiam asinaria de præsenti, saluo iure alteri parti in plenario & antiquiori possessorio, & petitorio,& illam partem constituet actorem quæ nunc non possidet.Alex.in apost.ad Bar.d.l.si vsusfruc.§.1.ff.de vsufruc.in apost. verbo potest.in littera f. ibi dicit tamen vbi alij Mod.in apost. ad Bar.Cagnolus.l.in par.num.6.ver.tandem.ff.de reg.iur. Bal.l.vis col.fi.ver.præmitte.C.de prob.vbi Sal. And.Barbac.in apostil.ad Bal.d.l.vis eius vbi etiam Alex.& Celsus Hugonis diffuti in apostil. ad Bal.dicentes quòd isto casu potest ferri sententia diffinitiua sine libello & sine petitione secundum Bal.in.l.quisquis.C.quorum app.non recip.per not.per Io.And.in add.spec.in tit.de lib.ob.In noc.c.in præsentia col.2.ibi ex officio suo de plano & sine libello cognoscet quis possidet quando vterq.dicit se possidere ex.de probat.per tex.in l.liberis.§.fi.ff.de lib.cau.specul.d.tit.de lib.concep. §.nunc dicendum est in quibus ver.22.quando duo,vbi dicit quòd tali casu Iudex inquiret receptis testibus sine libello ex officio suo de possessorio ne partes veniant ad arma, & quòd illud debet adiudicare clarius probanti possessionem de præsenti, prohibendo ne

alius

alius sibi vim faciat quominus possessione vtatur. Et si inter nobiles ex vna, & vniuersitatē siue rusticos ex alia, est quæstio nemoris incidēdi & partes se præparāt ad arma, iudex vbi ei nō cōstat quis possideat, poterit vtriq. parti inhibere ne accedant ad nemus, & si ne libello ex suo officio informare se de possessorio de pręsēti sup capitulis ambarū partiū, vel etiā sine capitulis & ex officio vt per spec. per Io. And. & Bal. in apost. d. ver. 22. quādo duo iunctis ibi not.

Et etiam duobus contendentibus de possessione summaria lite 97 pendente, vbi nemo vult offerre libellum, & est timor armorum, Iudex ex officio potest super possessione summaria de præsenti capere informationes summarias vsq. ad testium aperturam & si inuenerit aliquem dominum vel vniuersitatem puta Vespolate in possessione de pręsenti pasculandi vel ligna incidendi etiam in territorio alterius domini vel vniuersitatis, puta Mōticelli, debet manutenere cōmune Vespolate in illa possess. pasculādi vel ligna incidēdi, & nō vltra fines prout reperuerit adesse possessionē de pręsēti saluo iure alteri parti in agendo in possessorio plenario. D. Ant. Capitius decis. 96. in causa magnifici Roberti, præsertim cum c. ad decimas de rest. spol. in 6. & doctores dicentes quòd spoliatus non debet restitui vbi notoriè constat de non iure suo debeant intelligi in spiritualibus, & non in prophanis in quibus etiam pędo possessor si turbatur defenditur, & si spoliatur restituitur. Hipp. Marsi. sing. xi. regula Old. de Ponte cō. 1. in causa col. 2. nu. 10. ver. nec priuilegiū. Capitius d. decis. 96 Et ille q est in possessione vsus 98 aquæ debet in ea manuteneri, & si fuit spoliatus restitui in hac summaria possessione ex officio Iudicis et ꝙ nō ꝓbat seruitutē nec ius donec in plenario possessorio vel petitorio plenius fuerit discussū de iuribus partiū Ripa d. l. rē quę nobis col. 4. nu. 20. ver. Et dicit. ff. de acq. pos. Bart. l. aquilius. ff. de donat. in fin. spec. tit. de offic. om. iud. §. 1. ver. itē imploratur l. de vsu vbi Bar. & doc. ff. de var. & extra ord. cog. Et vbi partes cōtēdentes de possessione in iuditio vti pos 99 sidetis non probant equaliter de possessione de præsenti, sed vnus probat de possessione de præsenti alter probat de possessione antiquiori tantum, tunc in isto iuditio vti possideris, debet obtinere ille qui probat de possessione de pręsenti, etiam sine titulo, & pręfertur habenti possessionem antiquiorem etiam cum titulo, vt cōstituatur reus, & in ipsa possessione defēdatur, saluo iure alteri parti in agendo super possessorio antiquiori siue plenario, ita dicit in specie. D. Mar. Soc. iun. con. 146. in cau. col. 5. nu. 30. ver. sed tamen. vol. 1. per. not. per Ang. Aret. in §. quadrupli col. pe. ver. & predicta, Instit. de act. Alex. cō. 23. viso vol. 6. Corn. con. 280. licet col. 4. ver. & si dicatur, & ver. & insuper vol. 4 l. 1. §. si cum l. seq. & l. si duo, vbi

Bal. con. 44 volum. 1.

ipse D. And. Plotus vociferando vadit velle turbare ipsum D. Franciscum Plotum in dicta eius possessione seu quasi,& propterea ad tollendum viam facti quòd præcipiatur ipsi D. And. Ploto vt in dicta possessione seu quasi se non intromittat & quòd patiatur ipsum D. Franciscum Plotum pacificè possidere &c. dicta bona sub pœna tali. sed quòd si quid iuris prętendit habere quòd agat via iuris oblato libello,& seruatis seruandis cōtra d. D. Franciscum Plotum, si tamen ipse D. And. senserit se grauari, quòd compareat tali die & hora & loco, coram ipso iudice ad allegandū causas grauaminis, si quas habet, alioquin &c. & cautela est quòd faciat impetrans præceptū ante & post præsentationem pręcepti per Nunciū pub. videre suam possessionem, puta aquam currere ad suum pratum seu ipsum possidere.

103 Et quòd ipse impetrans præceptum adhibeat duos testes qui & ipsi præmissa videant. Et deinde nuntius referat se præceptum præsentasse &c. & ante & post præsentationem præcepti vidisse impetrantem pręceptum tenere & possidere &c. Nam licet communis sit conclusio quòd nuntio publico debeat plenè credi in his quæ spectant ad eius officium, puta si dicat se personaliter citasse, tamen quando deponit in his quę sunt extra officium suum non probat & est communis Ias. l. properandum. §. & siquidem col. 2. nu. 8. ver. adde communis. C. de iud. tamen in isto possessorio summario quo iudex potest se informare etiā ex officio & motu proprio de possessione de pręsenti poterit ab ipso nuntio & testibus se de possessione ipsa de pręsenti informare etiam absque libello, Bal. l. ordinarii col. 3. in fi. ver. sed hic quæro C de rei vend.

104 Et si citatus vigore dicti pręcepti, non comparet & eius cōtumacia sit accusata, præceptum remanet firmū, & de reo vbi citatus fuisset forte reus, efficitur actor Math. aflic. Decis. 167. Gabriel col. pen. num. 4. versic. Et tantomagis. l. de pupillo §. meminisse vbi Alex. col. pen. ver. potest cōcludi ibi, & tunc aut ille cui factum est ff. de op. no. nonc. Bal. rub. C. comm. vel epist. col. 1. in fi. nu. 5. ver. quid de eo ibi aut non comparuit. Et si citatus vigore pręcepti cū clausula iustificatiua non comparet, tale pręceptum valet & transit in rem iudicatam & est communis op. Ripa. d. §. meminisse col. 5. nu. 24. ver. Extat igitur ibi contra primam in fi. poterit tamen ipse contumax infra annum comparere, purgando contumaciam per solutionem expensarum & fideiubendo de iuditio sisti, recuperare tenutam & possessionem quam amisit ex ipsa cōtumatia: ita quòd efficiatur reus prout erat ante contumaciam tex. in l. si quis emptionis §. sed et si quis C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. quæ lex. in. C. d. §.

*Pau. de Cast. con. 3. uol. 3. ubi uult debere fieri præceptum alteri parti ne turbet.*

d. §. sed & si quis locum habet siue esset possessio corporalium siue incorporalium Lud. Bolog l. si finita § Iulian. nu. 62. ver. Ex prædictis ff. de dam. inf. Alex. l. si prius. ff. de op. no nonc.

105 Vbi autem citatus comparuit contradicendo præcepto, & tunc aut præceptum fuit iniustum quia citatus possidebat, & impetrans præceptum nō possidebat, & præceptum fuit resolutum in vim simplicis citationis & est commu. op. vt dicit Alex. d. §. meminisse col. fi. ver. sed Iac. But. Bal. d. ver. quid de eo, Valet enim præceptum exequutiuum cum clausula iustificatiua. sed comparente citato resoluitur in vim simplicis citationis, & est magis cōmu. op. Ias. l. nec quicquam §. vbi decretum col. 2 nu. 5. ver. limita. & nu. 6 ff. de off. procō. & leg. Et poterit non obstante præcepto & inhibitione Iudicis citatus perseuerare in eius possessione etiam fructus colligendo, non enim dicitur damnificare, nec spoliare, nec innouare, nec turbare aliū ille qui perseuerat in eius possessione, & inhibitio Iudicis facta in contrarium non valet Dec. con. 460. viso col. 3 in fi & 4. in prin. num. 2. ver. & qui continuat. Domini de Rota Decis. 259. si rector in fi. Ant. Capitius decis. 72. in accusa D. Bellonus con. 18. perpēsis num. 24. Parisius con. 39. non possunt col. 2. vol. 1. Card Zab. clem. fi. in 2. op. vr lite pend. Et si possessor contra quem est lata sententia appellatione vel restitutione in integrum pendente potest perseuerare in eius possessione etiam fructus colligendo. l. sciendum §. si fundum ff. qui satisd. cog. nec dicitur per hoc aliquid innouare glo. c. non solum verbo reducendū ver. dic tamen de app. in 6. & glo. l. Imperatores §. fi. ff. de appel. Bellō. d. nu. 24. multo magis debet possessor citatus nō obstāte ipso præcepto cui cōtradixit posse perseuerare in eius possess. Ang. §. curare col. pen. & fi. Instit de act. Aut præceptū fuit iustū quia citatus nō possidebat & tunc per cōparationē citati præceptū nō fuit resolutū in vim simplicis citationis, sed si citatus sit inobediēs debet mulctari vbi enim præceptū fuit iustū, & pōt ꝓcedi per viā præcepti per cōparationē citati nō resoluitur præceptū sed citatus, dolo nō obediens præcepto debet mulctari. Pau. de ca. d. §. meminisse vbi Rip. nu. 23. l. 1. ff. si quis ius d. nō obt ē.

*Et idem noluit Bal. con. 77. ad euidē tiā est. uol. 3.*

*Pau. de Cast. Consil. 345. uol. 1. Math. not. :8 incip. no. q. Dec. l. 1. C. de bo. pos. ser. tab. tex. in c. teneantur, ubi Doct. de app. Abb. cap. 1. 113. not. ut li. pen. tex. in c. cum personæ de pri. in 6. Imo. in c. bō. ro tit. Doc. c omnes d. c. teneantur.*

106 Duplex enim est possessorium, vnum summarium dicitur, aliud plenum siue plenarium. Pau. de Ca. d. con. 3. vol. 2. secūdum nouam impressionem & in antiquis con. 5. Cagnolus d. l. in pari. nu. 7. vers. tandem ff. de reg. iur. Bal. & Pau. de Ca. l. ordinarii col. pen. & fi. C. de rei vend. D. Fran. de curre in l. admonendi nu. 203. ff. de iureiur.

107 Possessorium summariū dicitur illud quando vtraq. pars prætendit se de præsenti possidere vbi possessio non vacat, vel quando possessio vacat puta mortuo possessore vtraq. pars prætendit se heredem & vult ingredi possessionem, & nemo vult offerre libellū, nec

esse

esse actor, sed reus, & timor est ne vbi partes sunt nobiles ensem & clipeos, vbi verò rustici scapos tridentes pro libello offerant. tunc enim dicitur agi de possessorio summario leuis praeiudicii, & dicitur possessorium summarium pro eo quia iudex ad euitandas rixas potest & debet summariè & ex officio & sine libello & capitulis, & motu eius proprio se informare quis possideat de praesenti, & possidentem de praesenti debet constituere reum, non possidentem autem de praesenti actorem, illi statuendo terminum ad producendū libellum contra possidentem de praesenti, faciēdo etiam praecepta penalia contra non possidenté de praeséti, vt non turbet possidentem de praesenti, & istud dicitur iuditium summarii possessorii praeparatorium ad aliud iuditium & ad possessorium plenarium & ad petitorium, nec queritur in hoc iuditio possessorii summarii quis debeat esse perpetuus possessor, sed quis actor & quis reus tam in possessorio quàm petitorio, & sententia lata in hoc iuditio possessorii summarii, non dicitur sententia diffinitiua sed interlocutoria quae potest reuocari, & debet reuocari in alio iuditio, vbi constiterit de possessorio antiquiori, vel petitorio alterius partis, & dicitur ordinatio & sententia per modum prouisionis donec pendet lis super possessorio plenario vel in petitorio Pau. de Ca. d. con. 3. alias. 5 Cagnol. d. l. in pari num. 7. versi. tandem Bal. l. ordinarii col. 3. in fi. ver. sed hic quaero vbi Sal. Pau. de Ca. & alii doc. C. de rei vend. Bal. l. quisquis ver. quaero C. quorum app. non recip. spec. tit. de lib. concep. §. Nunc dicendum est in quibus ver. 22. quando & dixi latè superius num. 96. ver. & vbi nemo, & nu. 97. ver. & etiam duobus.

*Sententia interlocutoria* *Ripa rub. ff. de re iud. nu. 14.*

108 Potest enim vbi quis timet turbari in possessione seu offendi in rebus vel personis implorare offitium iudicis vt inhibeat per praecepta penalia ne fiat vis nec turbatio in possessione nec persona, & non requiritur libellus Ias. l. si super possessione col. 2. nu. 5. ver. 4. nota & nu. 7. ver. itē ad praedicta vbi etiam Bal. Sal. Alex. Dec. Curt. & alii C. de trās. Bart. l. fi. nu. 3. per illū tex. ff. quod met. caus. Aret. c. in praesētia col. 4. de prob. Bal. l. si seruus, C. q. cū eo & in l. 1. §. quies ff. de offic. praef. vrb. Doc. l. aequissimum per illum tex. ff. de vsuf. & si quis probabiliter timet offendi a Titio poterit iudex cogere titiū ad fideiubendum de non offendendo ipsi timenti sub poena graui, vbi tamen petens fideiuberi iuret de ipso timore & sit legiptima causa timoris arbitrio iudicis, puta quia praecedit inimicitia vel actus minandi Ripa rub. ff. de dam. inf. num. 17. vers. 4. dubitatur in fi. Poterit tamen Titius petere quòd etiam ipsi caueatur vbi etiam ipse probabiliter potest timere arbitrio iudicis etiam si Titius fuisset in dolo vel culpa talis timoris, puta quia vulnerasset aliam partem alioquin titius non tenebitur fideiubere. Ias. d. l. si super possessione,

fione, Ripa d. tub. ff. de dam. inf. nu. 1. ver. 5. dubitatur & nu. 10. verf. fexto dubitatur Bart. & doc. l. qui bona §. si quis quia ff. de dam. inf. vbi etiam Lud. Bolog. & alii doct.

109 Et dubitās ne in poſſeſsione moleſtetur, vel offenſa ei fiat in perſonam, poterit implorare officium Iudicis, & obtinebit licentiam deferendi arma pro ſua & poſſeſsionis ſuę defenſione & conducendi ſecum homines armatos ad tuendam poſſeſsionem ſuam & perſonam Ripa d. Rub. ff de dam. inf. nu 27. in fi. Bart. l. ſanctum ff. de re diuiſ. Et vicini, & amici, ac extranei poſſunt expellere & percutere cum moderamine tamen inculpatę tutelę volentem me expellere de poſſeſsione mea vel volentem mihi offendere Iaſ. l. vt vim col. 6. nu. 29. ver. ſed pulchrum, & nu. 30. ff. de iuſt. & iur. vbi Dec. & alii, & hęc eſt com. op. Marſil. ſing. 35 1. amicitia Lud. Carrerius in prac. crimin. §. homicidium in parte quę incipit circa quartum itaq. quibus ex cauſis excuſetur homicidium nu. 37. ver. & nota quòd, pro. Paris de puteo in trac. de ſind. cat. 10. ver. pone Corſet. ſing. verbo defenſio aliquis vult. Bar. l. deuotum per illum tex. C. de meta. & epid. lib. 12. Ang. trac. mal. in glo. & dictus titius ſe defendendo col. pen. Pau. de Ca. l. refectionis ff. com. pred. Cepol. trac. de ſeruit. vrb. præd. c. 23. Bal. l. 1. col. antepen. ver. ſed numquid vbi guerra & col. 5. ver ſi. ſed pone C. vnde vi. Hip. l. 1. in 1. not. C. de raptu virg.

110 Et in iſto iuditio poſſeſſorii ſummarii, vbi agitur inter plures coram iudice de adipiſcenda poſſeſsione vacante, puta bonorum relictorum per defunctum, iudex ſummariè ſe informabit quis ſit ſcriptus hæres in vltimo teſtamento non canzellato, nec abolito & illum mittet in poſſeſſionem bonorum quæ poſsidebat defunctus tépore mortis etiam quòd dicerentur bona non fuiſſe defuncti, ſaluo iure aliorum competitorum in agendo tam in poſſeſſorio plenario ſiue antiquiori, quàm in petitorio tex. in l. fi. vbi Bart. Bald. Sal. Pau. de Ca. Iaſ. & Dec. C. de edic. di. ad tol. tex. in l. non tantum ff. de pet. her. & vbi agitur cauſa inteſtati Iudex ſũmariè ſe informabit abſq. libello quis obtineat primum locum in gradu, & obtinentem primum locũ, puta filium vel filiam aut ſororem mittet in poſſeſsionem dictorum bonorum quæ defunctus tempore eius mortis poſsidebat, etiam quòd filia vel ſoror hæres diceretur non capax dictorũ bonorum, puta quia eſſet filia & diceretur bona eſſe feudalia ad quę filia non vocatur ex inueſtitura, quia nihilominus filia vel ſoror mittetur in poſſeſsionem & conſtituetur rea ſaluo iure aliorum cõpetitorum in agendo ſuper poſſeſsorio plenario vel petitorio Dec. con. 414. proponitur, & con. 467. benè, Pariſius con. 13. attingendo col. fi. & con. 41. optimum vol. 1. Spec. tit. de teſtam. §. ſequitur videre

re vbi Io. And. in add. spec. col. fi. Cur. iun. cō. 41. prȩsupponitur & in tract. feud. 3 par. q. 21. Alb. Brun. consil. 1. & ibi Io. Campeg. in con. 2. seq. & idem Alb. Brunus con. 83. in causa. Lud. Gozadinus cō. 7. & con. 10. d. Mar. Soc. Iun. con. 74. viso n. 2. & con. 75. quamquàm, & cō. 76. & 77. vol. 1 per tex. in c. 2. si de feud. con. sit iunctis not. per. Bart. in l. momentanee col. fi. in fi. ibi secundo modo C. vnde vi vbi dicit ꝙ in interdicto retinēdȩ, vel adipiscendȩ quòd proceditur sūmariè.

Si tamen notoriè constaret bona esse feudalia, & filia hȩres non produceret aliquam inuestituram, nec consuetudinem probaret 111 pro se, filia hȩres non mitteretur in possessionem feudalium quia fœmina est incapax feudorum nisi vocetur ex inuestitura. c. filia de feud. suc. Ias. con. 138. reuocatur col. fi. ver. non obstat illud vol. 4. Io. Campeg. inter con. Bruni, d. con. 2. viso. col. 3. ver. tertia, in hoc in fi. ibi alias rigor & ibi quod tāmen intelligo quando Car. Roin. consi. 27. viso. vol. 5. & in Dominio Mediolani fœminȩ descendentes here des vel alii heredes extranei non admitterentur in possessionem bonorū immobilium, iurium, immunitatum, & vectigalium, ibi fuerint nunc vel in futurum aut in prȩteritum concessa a Dominis Mediolani, per quascunq; inpheudationes, aut concessiones qualescunque gratuitas, etiam ob benemerita qualiacunq; sint etiam si in eis essent clausulȩ, & derogationes munitæ, etiam cum iure transmittendi ad extraneos vel fœminas, quia talia non possunt transmitti nisi ad primi acquirentis descendentes masculos per lineam masculinam legiptimè natos, vt disponit Decretum Mediolani sub rub. de feudis. §. ne beneficiorum, quo casu vbi de hoc constaret notoriè filiæ & aliè fœminæ & heredes extranei non admitterentur in possessionem dictorum bonorum & iuriū etiam stante alio Decreto quòd possessio defuncti continuetur in heredem, quia non intelligitur, vbi aliud Decretum prohibet prout in casu dicti §. ne beneficiorum. Ripa lib. 2. respon. de rescrip. ac prȩ lat. ac prin. grat. respon. 3. c. 3. visis. Alex. con. 103. visis col. 2. ver. nam constat & col. 4. ver. tum etiam vol. 2. Fel. c. ex parte tua col. 3. ver. 3. fallit de off. deleg. Roin d. con. 27. Saluo nisi fœmina produceret de rogationem dicti §. ne beneficiorum seu in bonis feudalibus allegaret & probaret pro se inuestituram aut consuetudinem, aut aliud verisimile, tunc enim fœmina hæres donec disputaretur super validitate dictæ derogationis, aut inuestitura debet mitti in possessionem summariam & constitui rea saluo iure aliorum competitorū in agendo super possessorio plenario & petitorio. Alb. Brun. d. con. 1. col. 2. ver. sed maior ibi, idem esse videtur Campeg. d. con. 2. col. 3 ver. 3. in hoc in fi. ibi quod tamē intelligo. l. fi. col. fi. vbi Alex. & alii doct. C. de edic. di. Adri. tol.

*Alba cō. 81. in questione. Bossius tit. de prin. num. 253. & num. 294. & 299*

*De hoc Decreto Boss. tit. de prin. num. 322. cū seq. uide supra per Dec. d. cō. Boss. tit. de princ. nu. 152. & 153. & 204. & 294. & 299 Decr. sub. ru br. feud. bene fit. Decr. de contin. poss.*

*Decr. ipsum strictè debet intelligi, D. Gem. con. 25 pro clariori num. 2. Boss. tit. de pace. num. 322.*

112 In hoc possessorio summario, siue retinendæ, quando disputatur quis reus, & quis actor esse debet, & sic est præparatorium iuditium ad possessorium plenarium vel petitorium, & non disputatur quis debeat esse perpetuus possessor, non requiritur ordo iuditii nec litis côtestatio nec libellus. Pau de Ca.d con. 3. Bal. d. l. quisquis ver. quæro C. quor. app. non recip. & in l. ordinarii col. 3. vel sed hic quę ro C. de rei vend. Cagnol. d. l. in pari num. 7. nec plena probatio re-
113 quiritur. Sed sufficit probare possessionem semiplenè per vnum testem, vel famam publicam & dicitur plenè probatum absq; alio iuramento in suplementum, quia dicitur agi de leui pręiuditio etiam si agatur de possessione magnæ rei. Dec. con. 252. agitur col. 1. ver. restat in fi. & in l. 2 num. 2. C. de carb. edic. Alex. con. 91 in causa col. 1. vol. 5. Craueta con. 158. visis col. 3 nu. 12. ver. & multomagis Mathesil. not. 2 nota quòd in iuditiis Calch. con. 100. quòd veniat col. pen. ver. Nec habet Soc. con. 137 in côtrouersia col 6. ver. postremo in fi. & con. 266. in causa col. 9. ver. secûdo accipitur in fi nu. 26. vol. 2. Hipol. sing. 433 trita Gratus con. 42. licet nu. 6. & 7. vol. 2. Cagnol. d. l. in pari num. 7. ver. tandem Bar. l. admonendi col. antepen. nu. 55. versic. Aduerte hoc vbi Ias. in 2. lec. col. 79. nu. 187. ver. & qui sunt casus in fi. & hæc est com. op. vt dicit ibi D. Franciscus de Curte, num. 203. ff. de iureiur. Fallit vbi contra ipsum testem seu semiplenam probationem essent aliqua inditia, tunc enim vnus testis vel semiplena probatio non probaret possessionem Bal. l. qui accusare col. fi. ver. vltimo nota. C. de eden. Afflic. Decis. 364. fuit decisum col. pen. ibi maximè quia, Gratus con. 40. antequam col. 3. num. 29. volumine. 2.

*Testis debet esse omni exceptione maior Dec. con. 105. col. 3. ver. 3. respondetur, & dico.*

114 Aliud verò est possessiorium plenum siue plenarium quod agitatur postquàm est certum quis possideat de præsenti, & quis actor & quis reus esse debeat, Cagnol. d l. in pari nu. 8. versi. aliud. Pau. de Ca. d. con. 3. & ordinatur ad finem perueniendi ad sententiam diffinitiuam in possessorio plenario siue antiquiori, vt pars victrix in ipso possessorio perpetuo maneat donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio, & ordinatur iuditium possessorium plenarium, ad effectum & finem perueniendi ad sententiam diffinitiuam in petitorio & vim perpetuam obtinet, & agitur vt pars victrix in isto possessorio perpetuò possideat donec altera pars egerit, & obtinuerit in petitorio seu dominio, & dicitur possessorium plenarium quia requiruntur in eo plenę probationes, libellus, litis contestatio, & ordo iuditii debet seruari, & requiritur diffinitiua sententia, nec potest in hoc iuditio procedere motu proprio prout in iuditio summarii possessorii, Cagnolus. d. l. in pari numero 8. versi. aliud est possessorium

ſeſſorium plenum ff.de reg.iur.Bal.d.l.quiſquis ver.quæro ibi ſecus in aliis poſſeſſoriis in quibus debet procedi ordine iuditiario niſi in notoria ſpoliatione vbi non eſt neceſſaria niſi ſimplex facti propoſitio.C.quor.app.non recip.ſpecul.tit.de lib.concep.§.nūc dicendū eſt ver.26.cum in fi.& ver. 33.cum poſtulatur in fi. Dec.conſi.302.& pro tenui col.2.ver.ſecundo quia,Doc.omnes in l.fi.C.de edic.di.ad tol.& in l.naturaliter §.nihil commune ff.de acq poſſ.Alex.conſi.2. conſideratis col.3.num.9.ver.inſuper alia vol.3.

In iſto autem iuditio poſſeſſorii plenarii plenę requiruntur probationes,nec ſufficit probare poſſeſsionem per vnicum teſtem maximè vbi actor intentaret remedium c.reintegranda,3.q.1.vt dicit Affiic.d.Deciſ.364.col.2.in fi.ver.item licet & col.3.in prin. D. Fr. de Curte d.l.admonendi num.203.in fi.Cagnol. d.l.in pari nu. 8. in fi.ver.aliud eſt Pau. de Ca.d.con.3.Bal.& Pau. de Ca. d. l. ordinarii C.de rei vend.Bar.trac. ad reprimen. verbo ſummariè Gratus con. 110.thema col.1.& 2.vol.2.Iaſ.d.§.nihil cōmune col.pen.ff. de acq. poſ.Bal.& doc.l.iudices C.de iud.Datur enim remediū reintegranda contra titulo poſsidentem ſecundum magis cōmunem op. Dec. con.252.agitur col.2.ver.pręterea op. Rober. Maranta in ſuo ſpec. in 7. par.prin.Diſ.iuditiorum nu.50.in fi.ver.decimum nonum. 115

Aut conſtat iudici quòd vna pars poſsidet,& tunc iudex etiam ſi eſſet timor armorum non debet ſequeſtrare poſſeſsionem nec fructus,ſed debet manutenere & defendere poſſeſſorē in ſua poſſeſsione & inhibere alteri parti ſub graui pœna vt non turbet poſſeſſorē & ad arma non veniat, Iaſ. d. l. quędam extimauerunt ff.ſi cer.pet. Dec.d.l.fi.col.3,nu.7.ver.ſi autem conſtaret. C.de ed.di.ad tol. Bal. d. c.ordinarii.C.de rei vend.& in l.ſi diſceptetur.ff.vbi pup.ed.deb. Innoc.d.c.in præſentia col.2.de prob.ſpec.in locis de quibus ſupra, Alex. Iaſ.& Dec.d.l.ſi ſuper poſſeſsione col. 1.cum ſeq. C.de tranſ. 116

Quinta & vltima eſt violentia inquietatiua quando aliquis qui non eſt poſſeſſor nec prætendit ſe poſſeſſorem inquietat tamen me in meo edificare vel aliud facere vel clam vel apertè,& tūc cōpetit mihi inter dictum quòd vi aut clam vt per Iaſ.hic col.1.num.6.Iaſ. & doc.l.1.§.hoc autem ff.de op.no.nonciat. 117

Nota tamen quòd nonciatio per me facta auctore Prętore contra te ne edifices ſeu nouum opus facias etiam ſuper ſolo tuo ſeu a te poſſeſſo pro eo quia prętendo habere ius ſic nontiandi,quòd talis nōtiatio ligat & nocet tibi etiam iuſtè edificanti,adeo quòd ſi ſpreta nonciatione tibi facta,vt opus nouum non facies,edifices ſpernēdo præcepta prætoris procedendo in opere quòd opus poſtea factum debet in primis & ante omnia deſtrui ſeu demoliri etiam ſi 118

velles ostendere quòd iustè edificasti. Nonciatio enim facta autho re prętore vt non edifices etiam si esset iniustè facta nocet vbi & ligat edificantem vt teneatur desistere ab opere iustè cepto etiam in suo & si non obtemperat nonriationi desistendo debet postea edificatum demoliri & destrui sumptibns edificantis Ias.l.1.col.1.nu. 1. in 1.not. cum seq.vbi eriam Bart.Pau.de Ca.& alii doc.ff.de op.no. nonciat.& est tex.in d.l.1.§ sed & si is & in.l.prætor ait in prin.ff.de op.no nonc.& in c.1.& 2.ex.de no.op.nonc.vbi tex. glo.& Abb.sicul. Horman.de tus.d.l.1.num.24.

119 Cautelá tamen est quòd ille cui fuit nonciatum nouum opus ne faciat etiam in suo seu solo a se possesso,quòd offerat se paratum satisdare de opere demoliendo in casu succumbentiæ, & quòd præstet fideiussionem de hoc,tunc enim per ipsam satisdationem prestitam tollitur nonciatio,& ille cui est nonciatum poterit perseuerare in opere tex.in l. prætor.§.deinde & §.seq. & in l.de pupillo §. si is cui vbi tex.Bart.& doct.ff.de no.op. nonc.sed ille qui nontiauit nouũ opus ne fieret,poterit replicare,Hodie cõstat hodie agatur su persedeatur per tres menses,& tunc volẽs edificare tenetur ab opere cepto supersedere per tres menses non obstante ipsa fideiussione oblata vel data, sed nõ acceptata per nonciantẽ,etiam quòd nõtians interim nullum ius sic prohibẽdi doceat, donec cognoscatur de iuribus partium,seu infra quos nõtians possit iura sua probare, quibus elapsis data ipsa fideiussione potest in opere perseuerare vbi noncians nihil probauit Bart. & doc. in l. pretor §. si quis paratus ff.de op.no.nonc.glo.Sal.& doc.communiter in l.1.C.de op. no. nõc.per illum tex.& in c.pen.& cap. fi. de no.op.nonc.vbi tex. Abb. & doc.& est communis opp.ita dicit Ias.in d.l.1.col.10.nu.19.versi. tertio habes ff.de op.no.nonc.Io.Pet.de Ferrariis in prac.papien.in for.lib.in act.no.op.§.ante aliquam remissionem nu.3. ver. sed circa & istam dixit communem esse opinio.Caro.Roinus in repet.d.l. 1.col.18.nu.124.ver.Deinde glo.nostra & Horman.detus Floren. in repet.d.l.1.nu.23.& 24.

Opus autem nouum factum post denonciationem ita demum de
120 bet destrui in primis & anre omnia,vbi denonciatio facta fuit in re præsenti idest in ipso opere fabris,etiã quòd dominus nesciat quia debet demoliri l.de pupillo.§.in re enim præsenti ff.de op. no.nonciat.Factũ autẽ opus per fabros quibus non fuit denunciatũ in opere,sed domino fuit denuntiatũ, non debet demoliri vbi interim fabri ignorantes edificant d.§.in re enim pręsenti & est com.op.quòd nonciatio facta Domino extra locum operis quòd nullo vnquam tẽpore valeat,& in aliquo non astringat dominum.Ias.d.l.de pupillo.
§.si

§.si quis forte nu.3.vbi autem facta fuit nõtiatio noui operis opera riis in loco absente domino valet & ligat dominum etiam ignoran tem ad patiendum vt postea edificatum demoliatur expensis fabro rum inobedientium Bart.d.l.de pupillo §. nonciationem versi. sed quęro & ver.quaero vbi Mod.in apost.ad Bart. dicũt ꝙ hęc est cõ.op.

Nõtiatio tamen potest sperni primo vbi clarum & notorium est nontiantem non habere ius nontiandi & est cõmunis,Ias.d.l. 1.col. 121
2.ver.additio ego & num.3.ver.primo limita ff.de op.no.nonc.Secũ do vbi periculum est in mora,Tertio quando graue damnum versa tur eius cui fit nonciatio ex dilatione,& modicum eius qui nontiat ex edificatione, quarto vbi nontians non petiit in primis, & ante omnia quòd opus factum spreta nonciatione destruatur,sed litem fuit contestatus super principali iure, vel facta fuit nũciatio ad do mum nonciati & non in opere Ias.d.l.1.col.2,ver. limita nũc & col. seq.per totum,& vbi quis edifitium vetus refecit non potest illi nõ tiari d.l.1.§.si quis edifitium vetus.

Ille autem qui nontiauit mihi nouum opus ne fieret, & iniustè & per calumniã nunciauit,& succubuit, an teneatur erga me ad dã 122
na mea,dic quòd ille nõcians cõtra me in solo a me possesso ꝙ di citur me turbasse & mihi vim intulisse.l.vim facit.ff.de vi & vi arm. Horm.detus in repet. d.l.1.col.23,nu.24.ver.iuxta hęc.Ias.Roin.& Mod.d.l.1.ff.de op.no.nonc.quo casu dic quòd aut patior damnum pro eo quia destructum fuit opus factum expensis meis spreta per me nonciatione,& pro isto damno nullo modo mihi nonciato suc curritur contra noncianrem,quia culpa mea passus fui illud damnũ spernendo nonciationem,& damnum,quòd quis sua culpa sentit si bi debet & nõ alii imputari tex.in c.damnũ vbi glo. & Dyn.de Reg. iur.in 6.l.qui proprio.§.procurator.ff.de procur.l.si quis negotia.ff. de neg.gest.l.cum duobus.§.fi.& l. seq.ff.pro soc.Io.And.& Phil.Frã. d.c.damnũ & ita dicit Bart.d.l. 1.col,7.num.6. ver. sed qualiter vbi Old.de ponte,Alb.de Rosate col.8.Ias.col.11.nu.20.ver.extra glos. Horman.detus col.25.nu.26.versi.extra glosã quarit & col.26.ver. teneo cõclus.faciũt not.p Bart.in l.si pignore in prin.ff.de pign.act.

Aut ego nonciatus passus fui damnum quia propter nontiatio nem mihi factam distuli opus edificare; postea superuenit hiems 123
propter quod edificare non potui,vel pręparamenra sunt corrupta & similia damna sum passus, & ad ista sucurritur mihi nõciato pro damnis meis contra nonciantem per actionem de dolo vbi nontia tio est facta via iuris sed calumniosè.l.rẽ quandam. ff.de dolo Bart. d.l.1.col.7.num.26.versi.sed qualiter vbi Ias. col.12. num. 20. in fi. ibi circa secundum & Caro.Roinus col.2.nu.13.versi. quia si postea

&

& col.22.num.157.versi.secunda cōclusio est,& Horman.detus col. 27.ver.secūda conclusio est quòd ff.de op.no.nunc.nam qui occasionem damni dat damnū dedisse videtur.l.qui occidit.§. in hac ff. ad. l.aquil.Item competit actio iniuriarum contra talem nōciantem, vbi nonciatio non fuit facta via iuris sed dolosè & calumniosè via facti absque nōciatione prohibendo l.iniuriarū.§.si quis prohibeat in si.ff.de iniur.l.qui pendētē.ff.de act.emp.vt per Ias.d.l.1.col. 12. ver.circa secundum & ibi Alb.col.7.Bart.l.prætor.§.nonnulli.ff.de op.no.nonc.imo & actio iniuriarum locum habebit quando via iuris nontiauit seu via facti sed calumniosè d.l.iniuriarū.§. si qui per iniuriam vbi ēt Ang.ff.de iniur.tamē actio de dolo & actio iniuriarū nō possūt ambo cōcurrere in exercitio licet cōcurrāt in origine vt p Roin.d.col.22.nu.157.in fi. & col.seq.nu.158.& 159.Et vbi ageretur ciuiliter cōtra talē nōtiantē dolo via iuris, siue cōtra prohibentē dolo,& de facto,me edificare,statur iuramento meo de quātitate & extimatione dānorū,præuia tamē taxatione iudicis & probata prohibitione per testes,vel acta vt sētit Ias.hic col.1.& nu.44.

124 Et de prędictis quinq; speciebus violentiarū habetur per Ias.hic col.1.& col.antepen.nu.44.per glo.& Doc.l.1.C.quod met. cau. & per doc.in c.fi.ex.de his quæ vi metusuè causa fiunt.

125 Primo itaq; amplia istam.l.si quādo.C.vndevi,& d.c.fi.& c.in primis ver.gloriosus.2.q.1.& alia iura quibus cauetur,ꝙ contra violentū ꝓbato priusp testes,seu alio modo legiptimo de violētia, ꝙ res amissæ occupatę,vel vsurpatæ,tā respectu quātitatis quàm extimationis probātur solo iuramēto pasis violētiā cōtra ipsum violētū, ꝓcedere siue fuerit violētia expulsiua,siue ablatiua,siue turbatiua siue cōpulsiua,siue inquietatiua,siue alia queuis violentia,probata enim violētia cēsetur ꝓbatus dolus.Alex.cō.103.videtur col.1.& 2. & 3.vol.1.Cyn.hic col.1.ver.sed queritur Ang. hic & Sal.in 5.q.Ias. hic col.1.& col.antepen.nu.44.versi.quęro successiuè Innoc.d.c.fi. col.1.& 2.vbi etiā Ant.de But.& Bal.col.1.Abb.panor.col.1.& 2.cū seq.pet.de Anch,Io.de Imol.Host.& alii ex.quòd met.cau.Nic.Boerius decis.55.quia supra col.1.in 1.parte, Ang.§.ex malefitiis col.5. ver.& aduertas vbi etiam Ias.nu.90.ver.Aduertite Inst. de act. glo. in c.fi.verbo iurauerit.3.q.3.vbi Archidiac.& alii glo. c.dilecti verbo cū iustis vbi Sebast.Sapia in ad.ad Abb.& alii Mod.de foro cōp. Bal.d l.1.nu.2.ver.sed vnum.C.quòd met.cau.Sal.l.qui accusare in fi.vbi alii doct.C.de eden.summa Ang.verbo metus nu.12.ver.vtrū probanti,Sal.l.1.col.12.nu.28.ver. tamen pro clariori ibi probatur etiam per iuramētum vbi alii doc.C.de sen.quę pro eo quòd inter.

126 Secundo amplia hanc legem & iura de quibus supra procedere

etiam

etiam si nulla interuenisset violentia, dummodo exportantes, vel rapientes bona, iuissent cum armis, seu alio modo parati vim facere, si resistentem inuenissent, nam tales habentur perinde ac si vim intulissent, quantum ad hoc vt quantitas & valor rerum contra eos probari possit iuramento, & vt teneantur etiam actione vi bonorũ raptorum. Alex. d. con. 103 col. 2. nu. 9. ver. plus dicit, Io. And. in add. spec. tit. de rap. §. 1. in prin. tex. l. qui iniur. ff. de furtis tex. & glo. in. l. si quis ex domo. ff. de furtis Corsetus sing. ver. vis. l. 2. §. dãni. ff. vi bo. rap. glo. instit. vi bo rap. in prin. & al. l. 1. C. vti possid. Et si quis audita fama quòd armati veniant contra se relictis rebus aufugit, illi armati qui veniebant contra fugientem, tenentur de omni damno, & interesse, & rebus amissis fugientis, etiam si nõ per armatos venientes cõtra fugientem, sed per tertium fuissẽt bona occupata, quia tales armati tenentur ad resartiendum ipsas res & seu prætium rerum, damna, & interesse fugientis, & solo iuramento fugientis probãtur res amissę & earum quantitas ac valor & damna & interesse Innoc. d. c. fi. col. 2. ver. item nobis vsq; ad fi. ibi & tenerentur armati & ibi Abb. Pan. col. 2. ver. Ex hoc infertur vbi etiã Ant. de But. col. 2. in fi. num. 12. & 13. ver. per prędicta in fi. vbi etiam Anchar. col. 2. l. 127
si cũ exceptione. §. in hac & §. pedius. ff. quòd met. cau. Nã sciens gẽtes armatas venire contra se non tenetur aspectare sicuti nec ille contra quem irruit Titius cum armis tenetur aspectare quòd Titius illum percutiat sed potest se defendere & quicquid egit contra Titium dicitur fecisse ad sui defensionem Bart. l. sed & si quecunq; per illũ tex. ff. ad. l. aquil, Alex. con. 109 vol. 1. Cepol con. xxix. Lud. Carrerius in prac. crim. §. homicidium circa quartum nu. 127. ver. facit dictum. Fallit vbi armati non veniebant cõtra me, sed ad alia ibant loca, vel fuit vanus timor. tunc enim si aufugio & patior damna & amitto res ipsi armati non tenẽtur, & ita loquitur tex. in l. metum autẽ præsentem vt declarat glo. ff. quòd metus cau. Innoc. Abb. & But. d. c. fi. & ita etiam loquitur. l. 3. §. si quis autem &. §. proinde ff de vi & vi arm. aliàs secus si veniebant contra me & fuit probabilis timor, quia tũc tenentur & potest contra eos iurari Innoc. Abb. & Ant. de But. d. c. fi. l. 1. §. idem labeo ait eum &. §. ergo etiam & l. 3. §. qui armati venerunt. ff. de vi & vi. arm. & licet vbi. armati non occupant non teneantur interdicto vnde vi. d. l. 3. §. si quis autem & l. 3 §. non solum ff de incen. rui. nauf. tamen tenẽtur tales armati etiam pro rebus quas alij abstulerunt ob dolum armatorum venienti 128
um contra fugientem & ipse res amissę probantur contra armatos iuramento fugientis Innoc. Abb. But. & doc d. c. fi. Sic & timor belli & armorum idem operatur quòd bellum vt conductoribus debeat *Dec. cõ. 312 licet num. 1.*
fieri

fieri remissio Corser.sing.ver.metus vbi dicit quòd conductoribus gabellarum debet ita fieri remissio ob suspitionem belli sicuti ob bellum vbi propter suspitionem belli passi fuerunt dãna, Sic & confessio dicitur metu tormentorum facta & non valet, nisi ratificetur non solùm vbi tormenta fuerunt adhibita verum etiam vbi fuit terror tormentorum, puta quia confessio facta fuit in loco tormentorum, vel prope tormenta, vel per alligatum in vinculis seu funibus tormentorum cum comminatione inferendi tormenta, vel per spoliatú ut torqueretur Thom.gramaticus co n.15. viso col.4.ver. quo ad tertium Hyppo.de Marsil.prac.crim.§.secundæ nume.31. Bartolus.l.1.§.diuus Seuerus ff.de quæst.Doc.l.2.ff.de cust.re.tex.vbi Bartolus.l.nouissimè.ff.quòd falso tutore authore.Salicetus.l.3. C. de cust.re.Angelus.l.item apud labeonem.§.quęstioné ff.de iniur. Gãdinus trac.mal.rub.de quæst.ver.dictum est, sufficit enim iusta causa timoris periculi, licet periculum non venerit l. habitatores.§. fi. ff.locati.Decius.l.vt vim col.3.nu.10.ver.vnde si probo.ff.de iustit. & iur.Ripa trac.de peste in 2.parte quę incipit venio ad secundam partem.1.ad spetialia num.26.

129 Tertio amplia procedere etiam si violentia vel timor violentiæ non interuenisset, sed clandestinè factum fuisset furtum, quia cõstito legiptimè quòd Titius commisit furtum contra me, etiam absq; vi & timore violentiæ, debet stari iuramento meo contra ipsum furem, de quantitate & extimatione rerum, Ias.hic col.8.versic.an autem ista lex, & Angelus hic versic. statur etiam, Alb.de Ro. hic versic.sed numquid, & Baldus hic num.3.Innocentius d.c.fi. colum.1. & colum.2.versic.sed in furto, vbi etiam Baldus col.1.versiculo quæro quid & Abbas Panormitanus.col.2.versic.idem etiam concludit in furto, & versic.ex hoc infertur, & Antonius de Butr.colum.2.versic. idem si agatur furti, & Ancharanus colum. 2. versic. quęro textus, & versic.de quo, vbi etiam Hostien.& Ioannes de Imola, & alii per glo.ibi versic.ex malefitio ex.quod met.cau.Baldus cap.1.§.iniuria colum. 3.versic.quæro an res, de pace iur.fir.vbi allegat Innocentium d. c.fi.& sequitur Barbacia in apostillis ad Baldũ d. §. iniuria Paulus de castro.l.si creditor. C. de pignor. oct. Abbas Panormita. capitulo bona fides ex. depositi. Ang.Aret.d. §. ex malefitijs col. 5. ver.aduertas & ibi Ias.num.91.ver.habet etiam Instit.de act.Bal.l. si res ver.in tex.in fi.vbi etiam And.Barbac.C.de ord.cog.l.cum furti vbi glo.& doc.per illum tex.ff.de in lit.iur.Alex.l.2. in fi. ibi verũ est vbi alij Doctores.ff.de dam. inf. Bal.lege. nauta. §. quæcunque. ff. nau. caup. stab. vbi. Barb.& Mod. in apostil. & est communis opinio. ita dicit D. Hier. Gratus præceptor meus consilio 61.in

causa

causa col.fi.nu.16.& con.100.visis col.2.nu.9.vol. 2. Vnde probato quòd Titius aperuit crumenam,vel valisiam, aut capsam,vel quòd in horreo,vel cella vinaria,aut apotheca alterius fuit furando ,licet non possit probari quantitas rerum,debet deferri iuramentum illi qui passus fuit furtum super quantitate & extimatione rerum quę dicuntur subtractę & secundum illud iuramentum debet fur cōdemnari propter odium furis & difficultatem probationis vt dicit Innoc. d.c.fin.col.1.& 2.& 3. vbi alii doc.de quibus supra Ias.hic & doc.de quibus supra.

Quarto amplia istam legem & prędicta omnia iura procedere non solùm in furto,verū etiàm in omni clandestinitate,& cōtra omnem fatiētem actum clandestinum,quia propter difficultatem probationis, & dolum malum qui pręsumitur adesse in faciente actum clandestinum potest,probato prius per testes seu alio modo legiptimo actu clandestino, iurari contra facientem actum clandestinum de rebus subtractis,vel amissis , damnis , & interesse , illius contra quem factus fuit actus clandestinus.Ias.hic col.8.nu.44. ver. quarto successiuè,in fi.ibi & clandestinitatis Bal. l.vnica ver.modo contra hoc oppono vbi etiam Barb.in apostil.C.de sen.quæ pro eo quòd interest, tex.in l. semper.§.in hoc interdicto in fi.ff.quòd vi aut clam. arguendo ex illa rubrica verbo aut clam vt facit in simili Innoc. in d.cap.fi.col.1.in fine,& idem voluit, Innoc.Bal. Abb. But. Anch. & Imo.in d.c.fi. & probatur quia vbicunq; est dolus conuenti & difficultas probationis potest contra dolosum conuentum iurari in litem & per iuramentum contra eum probantur damna & interesse, Bal.d.c.fi.col.1.ver.& ratio specialitatis vbi Ant.de But.col.1.nu.4 cum seq.& col.20.Anchar.ibi col.2.ver.& idem est vbi non deprænditur,glo.§. fi. verbo probare,vbi etiam Aretinus & doct. Instit. de verb.ob. Sed clandestinitas facit probari dolum & præsumi scientiā delicti & impedimēti D. Mar. Soc.iun. cō.31.Themate nu. 49. vol. 2.Bal.cō.441.visis col.fi.vol.5.Et clandestinitas operatur quòd etiā illę personæ speciales quæ ob ignorantiā iuris vel facti excusantur quòd tamē nō excusātur vbi faciūt actū clandestinū,quia ꝓbata clādestinitate censetur probatus dolus Rom.sing.714. regula est,glo.l. 1. vbi etiam Bal.C.de interdic. mat. & in l.qui contra, C. de incest. nup.tex.in l.fi.ff.de ritu nup.Io.de Anania c.cum ex iniuncto col. 2. nu.4.& 5.ex.de Heret. vbi dicit quòd omnia iura excusantia mulieres & rusticos & alios propter ignorantiam quòd non procedunt vbi faciunt actum clandestinum quia ex eo probatur dolus Castel. in add.in d.sing.714. Fel.c.consuluit col.pe.ver.glo.1.ver. lucem de off.& pot.iud del.& actus per ignorantiam excusabilis non excusatur

tur vbi fit clandestinè ex quo ex actu clandestino probatur scientia, malitia, ac dolus, c. cum inhibitio de clan. despon. Roman. con. 506. in re præsenti col. 1. nu. 5. versic. his tamen, vbi dicit communiter istud teneri, vbicunq; enim facto rei est ingesta difficultas probationis potest contra eum iurari, & sibi & non alii debet imputari Bal. l. qui accusare col. 1. ver. item fallit, & ver. item dico. C. de eden. Bal. d. c. fi. col. 1. Et omnia iura & authoritates superius allegatæ quòd lex ista procedat cõtra furem, faciunt etiam in hoc quòd procedant contra facientem actum clandestinum cum furtum à furuo græcè, id est nigro dicatur, eo quòd clam fiat l. 1. ff. de fur. Et facit Rub. ff. & totus titulus quòd vi, aut clam vbi vis, & clandestinitas pari passu videtur prohiberi.

*Sed an Domi nus Decimæ possit petere ut dentur si nomina tri turatorũ qui teneant com puta.*

Hinc infertur ad tollendum clandestinitatem quòd sacerdos seu dominus, & quilibet alius, cui debetur decima, vel pars, aut datium siue imbotatura fructuum, quòd potest pro suo iure & interesse describere fructus in agro pendentes, Craueta con. 21. Homines col. 3. ver. 3. respondeo spec. tit. de decimis. §. 1. in fi. Et quòd plus est potest prohibere ne homines absq; sui, vel eius nuntii præsentia fructus colligant, Iac. de S. Georgio in tit. de roidis, siue operis nu. 88. ver. Rursus quæro Bal. l. si ita. §. dominus. ff. de vsu & hab. per illum textum. Ang. Auct. nunc hęres. C. de litig. Crau. d. consil. 21. col. 1. in prin. & col. 3. in fine ver. non obstat, Spec. d. tit. de dec. 133

*Tiraquell. de retract. fol. 18. nu. 39.*

Sic & cauetur ex Decreto Mediolani sub rub. de Publicanis & vectigalibus. §. publicanis imbotaturam, quòd licitum sit publicanis in quibuscunq; locis vina & alia ad eorum vectigal spectantia describere, & quòd contra recusantes publicani ad eorum arbitrium possint extimare. 134

Sic & in Ciuitate Nouarię adest statutum ad tollendum actus clãdestinos quòd massarii siue partiarii nõ debeant fructus colligere, nec à solo separare sine præsentia Domini, vel nuncii eius, vt constat ex statuto sub Rub. quod massarii nõ moueant fructus, & istud statutum videtur esse conformè cum iure communi, vt patet ex notatis per Iacobin. de S. Georgio, Baldum, Speculatorem, & D. Aimonem Crau. in locis de quibus supra, Nam licet inter Dominum & Colonum partiarium dicatur innita sotietas. l. si merces. §. vis maior vbi Bart. col. fi. & alii doc. ff. locati, tamen videtur comittere furtum sotius qui totam rem occupat absq; sotio illum priuando. l. si sotius. ff. de fur. Alex. d. con. 103. vol. 1. l. rei communis. ff. pro soc. Et ideo sotius occupando totam rem communem & priuando sotium non excusatur a crimine sub prætextu Decreti Mediolani quo cauetur quòd vbi res habet originem a cõtractu quòd non possit proce- 135 136

di criminaliter ſicuti non excuſaretur vbi quis ſcienter exceſsiſſet limitationem contractus D.Fran. ponzinibius doc. Placentinus in trac.per eum edito ſuper ipſo Decreto quando res habet originem a contractu in 4.limita.dicti Dcrceti. 137

Vnde infertur quòd ſacerdos & quilibet cui debetur decima, & publicanus,& dominus cui debetur datium, vel pars fructuū, quòd poſſunt iurare in litem, contra colligentem fructus contra prohibitionem ſacerdoris vel alterius cui debetur decima, vbi dixerint velle eſſe præſentes vel contra nollentem admittere publicanum ad deſcriptionem fructuū ad formam dicti Decreti,vel cōtra maſſarium qui ſpreto dicto ſtatuto colligit fructus,nam ille qui nō ſeruat leges nec ſtatuta ſed tranſgreditur dicitur eſſe in dolo Bal.con. 35.quæritur vtrum col.1.ad fi.vol.3.Craueta con.193.minor, col.1. nu.3.ver.rurſus.l.quemadmodum in fi.C.de agric. & cen.lib.11.& qui ſcienter facit rem prohibitam prout maſſarius colligendo fructus abſq; Domino dicitur eſſe in dolo, Crau.d.con.193.col.1.nu.2. Alex.con.103.vol.1.Sic & dicitur eſſe in dolo qui ſpreta nontiatione ſibi facta ne faciat,ſi illud facit.l.ait prætor.§.ſi quis particeps. ff.de his quæ in fraud.cred.l.vtilis.§.pen.ff.de leg.præſt.l.fundū.C. de rei vend.l.non poteſt dolo carere.ff.de reg.iur.Bal.l.qui petitorio.C.de rei.Alex.con.73.col.1.vol.3. Aret.con.13.viſo col.5.verſi. ſed oſtendo Crau.d.con.193.Et ſi poteſt per ſotium iurari in litem contra alium ſotium qui abſq; inuentario adminiſtrauit bona communia,multomagis debet poſſe per dominum iurari in litem contra colonum ſuum partiarium qui eo non vocato, ſed clandeſtinè ideſt abſq; eo fructus colligit Pariſ.con.25.vidi.nu.47.vol.2.cō.75. ad victoriam.nu.1.&nu 27.vol.1.Anchar.con.286.ex prędicta nu.2 Doctores.l.tres.ff.de pac.Vbicunq; enim facto rei eſt ſublata facultas probandi prout hic poteſt contra illum iurari, & ſtari debet iuramēto actoris de quātitate rerum & extimatione,Bal.d.l.qui accuſare col.1.ver.item dico vbicunq;.C.de edendo. Et ſi poteſt iurari in omni clandeſtinitate,vt per Iaſ.hic.& dixi ſuperius in 4.ampliatione,Ergo poterit iurari contra colonos qui abſq; domino fructus colligunt præſertim ſicuti non parcitur ruſticis errantibus in iure naturali vel quaſi, ita non parcitur vbi faciunt actum clandeſtinū. Iaſ.l.2.in 2.not.C.de in ius voc.Io.Bertach.in reper.ver.ruſtico errāti,& dicitur actus clādeſtinus ſiue fiat de nocte ſiue non vocato illo cuius intereſt,& ſic domino Alex.l.clam poſsidere col.3.vbi etiā Iaſ.col.2.nu.6.ver.2.nota ff de acq.poſ. Pel.c.cōſuluit col.fi.nu.22. ver.dicitur de off.& po.iu.del.Bart.l.2.C.de his qui ex pub.rat.lib x. l.quo tutela.§.clam vbi Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur.Iaſ.§.itē ſi quis

nu.

nu.45.Instit.de act.Barbac.con.46.praeclare.col.3.vol.1.Et consuetudo colligendi fructus absq; domino cum inducat ad delinquendū non valet.c.fi.de praescrip.c.quòd super his in fi.de consan.& affinitate.c.sicut de simon.Et licet non valeat consuetudo colligendi fructus absq; praesentia Sacerdotis vel domini cui debentur decimae, vel publicani cui debetur datium fructuum vt supra dixi; Fallit tamen vbi esset consuetudo tanti temporis cuius initii non esset memoria in cōtrarium,qua obseruaretur quòd decima vel datium solum in horreis describeretur & solueretur tali tempore, nam tunc ipsa consuetudo vt in horreis describeretur & solueretur tali tempore,& non ante ipsa consuetudo quae non habet memoriam in contrarium debet seruari quia presumitur priuilegium.l.hoc iure §.ductus aquę ff. de aqua quot.& estiua.c.1.in fi.de praesc. in 6.c.super §.preterea de verb.sig.Crau.con.21.homines per totum. Vnde si sit consuetudo sacerdotum vel publicanorum cuius initii non est memoria in contrarium describendi fructus in horreis & non in praediis post festum omnium sanctorum cuiuslibet anni & non ante,talis consetudo debet seruari,ex quo praesumitur priuilegium concessum à superiore non describendi,& non soluendi nisi in horreis, & nisi tali tempore quod reuocari non potest,nisi ex causa vbi superueniret lesio enormis quae non fuisset in praeteritum.c.dilecti filii & c.suggestum de decim.& not.in c.nouit de iud.Crau.d.con.21.col.2.nu.2.& 3.cum seq.vel vbi ipsi priuilegiati abuterentur priuilegio & cōsuetudine committendo fraudes,quae tamen inditiis perspicacibus probari debent Crau.d.con.21.col.2.versi.causa & nu.4.versi.circa fraudem cum seq.c.priuilegium.11.q.3.c.tuarum de priuileg.l.si quos C. de offic.praef.pręt.orien.

138 Quintò amplia istam legem & alia iura de quibus supra procedere in omni actu,in quo etiam nec violentia,nec animus inferendi violentiam,nec furtum,nec clandestinitas interuenisset,sed dolus, vel fraus,siue malitia rei conuenti, & difficultas probationis esset,nam tunc contra ipsum dolosum,fraudolosum, vel malitiosū probato prius dolo,vel malitia,aut fraude rei conuenti potest iurari in litem, & contra eum res amisse,& ipsarum extimatio damna, interesse, ac expense probantur iuramento actoris contra quem reus conuentus visus fuit dolo,vel malitia,vel fraude,licet aliàs regulariter interesse ac damna plenè debeant testibus probari, tamen contra ipsum dolosum,vel malitiosum, siue fraudulosum,seu quodlibet aliud maleficium committentem,etiam absq; vi,& absq; clandestinitate & absq; furto,res amisse,earum extimatio damna, ac interesse probantur solo iuramento actoris glo.§. fi. ver.probare vbi

Aret.

Aret.Io.Fab.& alij instit.de ver.oblig glo d.c.fi.verbo per testes ibi interesse quòd surgit ex malefitio probatur per iuiurandū ex.quòd met.cau. vbi Io.de Im.super ipsa glo.dicit quòd hæc est com.op.ad idem est glo. in c.dilecti verbo cum iustis ibi datum per dolum vbi omnes canonistę ex.de foro compet.ad idem glo.in c.fi.ver. iuraue rit notādum quoties.3.q.3.tex.in l.semper.§.in hoc interdicto vbi etiam glo.Barr.& doc.ff.quod vi aut clam Bal.d.c.fi.col.1.ver. quæro quid,vbi etiam Innoc.Ant.But.Abb.Anch.hostieñ.& alij, Bal.l. qui accusare col.1.ver.item fallit quando C.de edendo,Spec.tit.de furtis.§.1,ver.sed quid si res assignauit Bal.rub.C.de pos.& in l. si res C.de ord.cognit.& d.c.a.§.iniuria de pac.iur.fir. & est cōmunis op.ita dicit Alex.con.103,videtur col.3.nu.xi.in fi.ibi & non solum vol.1.Bar.l.1.§.sic ista.ff.de pos.& in l.eos.§.fi.ff.fur.aduer.nau.caup. stab.Et vt possit iurari in litem contra reum duo sufficiunt, dolus rei,& difficultas probationis, & tunc iuramento actoris probantur damna ac interesse contra reum dolosum Bart.l.in actionibus col. pē.nu.22.ver.di isto & col.fi.ver.hic quęro glosa dicit,vbi etiā And. de pomate in apostil.ad Bart.in apostil.ver.omnes inquit ꝙ hęc est cō op.& istā op.sequitur ibi Romā.col.5.nu.23.ver.in ea.ibi in pro missione & nu.24.ver.in ea.ibi propter inopiā, & Frā. Aret. ibidē col.4.nu.19.ver.circa tertiū vbi etiā attestatur hanc esse com.op. & idem voluit ibi Bal. in ver.plane col.2. in summario ver. sed ad hoc,& ver.& idem credo & col.3.in lec.antiqua ver.contra dolo sum ibi,& est regula,Alex.col.5.ver.exquo habetis quòd,& Sal.col. 3.ver.ideo glo dicit.& Alb.de ros.col.3.ver.3.& ibi sequitur Ang. de vbaldis col.1.ver,iuramentum autem in litem quod est veritatis & col.pen.post ver.plane nu.2.ver.in eadem glo.ibi propter inopiā,vbi etiā Pau.de Ca.col.3.nu.12.ver.quantum vero & ibi sequitur etiam D.Fran.Curtius iun.in apostil.ad Pau.de Ca.dicens istud procedere etiam quòd violentia non interuenisset sed dolus solus fuisset commissus,& istam esse communem.op.dicit Dec.ibidem col. 4.num.13.ver. decimo & vltimo vbi etiam Ias.col.3.num.17.ver.4. nota & col.8.nu.39.ver.venio nunc ff.de in lit. iur. Et hāc esse com. op.attestatur Parisius con.74.infitiari col.1. nu.7.8. & 9.& con.75. ad victoriam nu.28.vol.1.Alex.con.214.quando in prin.vol.7.Soc. trac.Fallen.Reg.237. ver. interesse per solum, Iac.But in rub. ff. de in lit.iur.Christo.Porcius §.præterea vbi etiam Ias.Instit.quib.mo. re.contr.oblig.Mar.Ant.Bauetia trac.de virt.iuram.ver.quinquagesimo per totum maxime num.73.Corn.con.81.quāquam col.5.nu. 2.& 3.ver. Et ad,& ver.ex quo vol.4.Abb,con.109.circa factum in fi.ibi quandoq;defertur in 2. par. Rota decis. 359. fuit dubitatum

vtrum dãna ibi violenter, vel dolosè sub rub. de iur eiur. de probat. de iniur. & de dam. dato in nouis, Soc. cõs. 46. cum in præsenti col. 3. ver. præterea vtraque pars nu. 5. vol. 1. & est gl. d. l. in actionibus qua omnes sequuntur vt dicit Soc. d. ver. præterea & idem Soc. con. 213. cõsilijs. col. 2. ver. cum ergo ibi vnde dicit, & col. 3. ver. præterea vtraque pars conclusionis vol. 2. Ang. con. 308. portio num. 2. ver. super alio, ibi nec mirũ, Raph. comens. con. 139. p. laicus col. 3. in fi. ver. cũ enim difficilis & con. 140. domini Iudices col. 2. ver. nec est absurdũ ibi. & plerumque etiam de iure communi Ias. con. 174. in prima col. 4. num. 3. ver. condescendo vol. 2. Io. Fabri hic & Imol. d. c. fi. col. 5. Barbac. con. 47. scribitur col. 1. ver. facit quod voluit vol. 1. Nic. matarellus in rep. l. 1. col. 19. nu. 31. ver. secũdo quero vbi alij doc. C. de sen. quæ pro eo quòd inter. Nic. de milis reper. ver. probatio damnorum & ver. probatio rerum Prac. pap. in for. lib. in act. rea. §. & in floren. num. 24. & num. 28. ver. 3. principaliter & ver. nunc transitum, & conclude quò ad hoc vt res amissæ, earum extimatio, quãtitas earum, interesse, ac damna, possint probari iuramento actoris contra dolosum, quòd duo requiruntur, videlicet dolus rei conuenti, & difficultas probationis, & tunc ipsa omnia probantur iuramento actoris, quòd dicitur iuramentum in litem veritatis, & non affectionis, & vnum, puta dolus sine alio, puta sine difficultate probationis non sufficit vt est tex. hic, & est com. op. vt dicit Fran. Aret. d. l. in actionibus nu. 19. ver. circa tertiũ & ibidem Roman. col. 5. nu. 24. ver. in ea ibi propter inopiam. dicit quòd hæc est com. op. Ruinus con. 29. plura col. 2. nu. 3. ibi & sic quando vol. 5. & est glo. d. l. in actionibus ver. planè ibi propter inopiam probationum & propter maleficium conuenti quæ glo. communiter aprobatur vt per Rom. & Aret. ibi Bart. & Pau. de ca. & alij. d. l. cum furti ff. de in lit. iur.

139 Et licet glo. in d. l. semper §. in hoc interdicto velit ex solo dolo posse cõtra dolosum fieri probationem de interesse, tamẽ ipsa glo. communiter damnatur quia non sufficit solus dolus, sed requiruntur duo scilicet dolus conuenti, & difficultas probationis, vt contra dolosum fieri possit probatio rerum, extimationis, damnorũ & interesse, & ipsorum omnium quantitatis ex iuramento actoris & est com. op. vt dicit Ro. & Aret. d. l. in actionibus & sentit glo. hic ver. manifestet & Pau. de Ca. d. l. in actionibus col. 3. nu. 12. ver. quantũ vero vbi Bart. nu. 22. col. fi. ibi duo requiruntur & Ias. col. 3. nu. 17. ver. quarto not. in ver. plane & col. 8. nu. 39. ver. venio nũc Alex. col. 5. ver. ex quo habetis quòd duo, & est com. op. vt dicit Dec. ibidem col. fi. nu. 31. ver. circa vbi Rom. & Aret. & Ang. ibidem post ver. plane col. pen. nu. 4. vbi Rom. & Aret. ff. de in lit. iur. Ias. hic col. 6. nu.

35.

35.ver.glo.manifestet in fi. Fallit in actionibus bonę fidei quibus sufficit dolus rei conuenti absq; difficultate probationis vt actor possit iurare in litē veritatis de rebus amissis dānis & interesse Alex. d.l.in actionibus col.5.ver. ex quo habetis ibi videtur tamen & ibidem Ias.col.8.post num.40.ver.limita prædictam vbi dicunt ita tenuisse Mart.filim.Al.de rof.& Ful.per tex.in.l.nummis in fi.ff.de in lit.iur.

Sexto amplia istam.l.si quando,& d.c.fi.& notata in d.l.in actionibus & alia iura similia,quibus cauetur ob dolum rei conueti probatum,& difficultatem probationis quò ad res amissas, damna, & interesse,ex solo iuramento actoris probari ipsas res amissas damna ac interesse,amplia inquam istud procedere, siue esset difficultas ex natura rei,& negotij,in quo testes idonei communiter,& verisimiliter, actu & habitu haberi non possunt, quo casu vbi veritas aliter haberi nō potest ex natura rei & negotij de quo supra, testes aliàs inhabiles,& non idonei ad probandum delictum, seu dolum malum rei conuenti,admittūtur, & probato dolo malo rei conuenti per ipsos testes aliàs inhabiles erit deferendum istud iuramentū actori contra reum super rebus,damnis,& interesse,& vbi forte actor iurare non posset ex aliqua causa spetiali de qua in limitationibus de quibus infra per ipsos testes etiam aliàs inhabiles probari posset ne dum delictum principale,verum etiam quantitas rerum & interesse Ias.l.fi.col.fi.num.8 & 9.C.de his quibus vt indignis Hipol.de Marsil.in prac.cri.§.diligenter nu.80. ver. vlterius quero in fi.& num.81.82.83.& 84.& sing.73.plures sunt & in l.fi.in 4.& 5.carta.C.de proba.Alex.con 64.viso col.1.cum seq.vol.1.Dec.con.133. viso col fi.ver.vltimo non obstat iūctis not.hic per Cyn. in fi.ibi ad mittam hoc casu testes domesticos & per Ias. hic col. 8. nu.43. ver. retenta ibi per sotios & domesticos vbi Ias. dicit quòd istud omnes tenent hic & in d.c.fi.Bart.hic col.fi.ibi per familiam & sotios suos Abb.d.c.fi col.peu.num.9.ver.sed quia,vbi alij doc. 140

176 Et non solum contra venditorem habentem facultatem rei tradendæ,vbi non tradit,potest iurari in litem per emptorem , verum etiam iurari in litem poterit contra venditorem qui non habet facultatem rei tradendæ ex dolo suo,puta quia dolo desiit possidere, dolosè occidendo rem venditam, puta animal,vel demoliendo dolosè domum,vel rem alteri vendendo,& alienando,ac tradēdo,quo casu per emptorem cui non traditur res vendita,contra talem vēditorem qui dolo desiit possidere,iurari poterit,in litem vt supra, & iuramento venditoris probantur eius damna, expensæ, prętium rei,ac interesse etiam singulare emptoris.etiam si excederet prętium rei,& ad ipsa omnia debebit condemnari ipse venditor qui dolo desiit possidere,cum in sui odium habeatur pro possessore.l. arbitrio vbi glo. ver. defunctus, ibi si eum occidit vel dolo alienauit adhuc iurabitur in litem & ibi alij Doc.ff.de dolo,Ias.d.l.in actionibus col antepen.nu.37.ver. secundo principaliter , ibi nisi reus , & ibi Pau.de Ca.col.2.num.5.& 6.cum seq.facit l.qui dolo desiit vbi Dec.& Cagnolus & l.parem vbi Dec.& Cagnolus.ff.de reg.iur.&. c. pro possessore vbi tex.glo.Din.& Doc.de reg.iur.in.6.&.l.etiam. §. is qui dolo ff.de pet.her.

*Vendens rē duobus Bossius tit. de falsis num. 112.*

Vendēs enim rē duobus insolidū diuersis cōtractibus,dicitur in 177

*Iaf.l.quoties* dolo,& tenetur pœna falsi,& consequēter contra eum iurati potest *col. fi. C. de* in litem l.qui duobus vbi tex.glo.& doc.ff.de falsis,iunctis his quæ *rei vend.* superius dixi in 5.&.x.ampliatione num.38.& nu.169.& item supra *Alex.cō.160* nu.175.&176.Fallit tamen vbi prius emptor pretium debito tem- *R edemp. ui-* pore non soluisset,quia tunc impune alij potest vendi, Fabianus de *so uol. 5.* monte in tract.emp.in.3.q.prin.nu.50 ver.26.ibi quod intellige, & ibi adde prædictis, Iaf.l. a diuo pio.§.sed.si emptor col.2.in 4. not. *De mat.* l. ibi bene facit & ibi latè Alex.& doc.ff.de re iud Bal.Sal.& doc.l.quo *quoties* C.ties.C.de rei vend.Odofred.& doc l.venditor ex hereditate per illū *de rei uē.la-* tex.ff.de her.vel act.vend.Fallit secundo vbi vēditor non potuisset *te p* D. Io. habere fidem de prætio,puta iudex,vel exequutor si pro exequutio *Iac.de* Leō. ne sententiæ vendidisset prima vice pecunia non præsente,nam po *cō 114 inter* terit impune vendere alii pecuniam soluenti.Iaf d.§.sed si emptor *cōst.* Bruni. in.4 not.Fallit tertio vbi prima venditio fuisset nulla quia alij impune vendi posset,Alex.con.81.lecto col.5.ver.nō obstat etiam ibi tertio respondeo vol.3.l.3.§.condēmnatum vbi Bart.Alex Iaf.Ripa & alij per illum tex.ff.de re iud.

178 Nec excusaretur vendens rem duobus insolidum a pœna falsi de qua in.d.l.si.duobus & a iuramento in litem contra eum præstā do,si allegaret rem habere originem a contractu,quo casu diceret extare Decretum Mediol.in rub.in quibus casibus criminaliter pro cedi non potest,quo cauetur quòd vbi res habet originem a contra ctu non possit procedi criminaliter,quia in tali casu posset proce di criminaliter,non obstante ipso decreto,ex quo limitatur ipsum decretum non procedere vbi contractus fuisset dolosè innitus, pro ut in casu quando quis vendit rem duobus insolidum quia dicitur tunc contractus dolosus,& talis vendens tenetur pœna falsi d.l. qui duobus & ita expresse decretum ipsum se limitat & idem in spetie dixit.D.Io.Frā.Pōzinibius in trac.suo facto super ipso decreto in 8. limitatione ibi octauo vt non habeat.

179 Sic & contrahens ęs alienum, siue debita,sciens se non esse soluē do asserendo se habere facultates dicitur dolosus & dolose contra here,& non excusaretur ex ipso decreto,sed debet detineri & arbi trio iudicis puniri nec admittūtur ad cesfionē bonorū.D. And. Alciatus præceptor meus in c.cū non ab homine nu.78.de iud.Pau. de Ca.l.etiā.§.licet nu.3.ver.itē quid & ibi Cur & doc. in apost. ff. sol. mat.Bart.& Alex.l.alia causa.§.eleganter.ff.sol.mat.l. pē.& l. fi. vbi tex.& doc ff.de iur.dot.& propterea cauetur ex forma decreti Mediolani sub rubr.de offitio abbatum & cōsulis mercatorum Medio lani §.quicunq; quòd quicunq; fuerit mercator,seu negotiator & ar tifex,vel a mercatura,& negotiatione dependentiam habens,exer

cendo

cendo pecunias & bona priuatorum, & fugam fecerit actualem a Dominio a fide deficiendo nō satisfactis creditoribus suis, quòd talis vbi capiatur furcis suspendatur vel ad triremes perpetuo mittatur arbitrio tamen Principis, vel Senatus, quo casu tales fidifragi siue faliti non excusantur ex ipso Decreto cum dolosè fecerint cōtractus, vel saltē fidem non seruauerint Pōzinibius in.d.8. limitat. imo non admittuntur isti quo vulgo dicuntur falliti ad cessionem bonorū cum semper fuerint dolosi & fraudatores Carolus Ruinus consilio 90.num.13.vol.1. Pau de Ca. & doc. d §. licet Bart. Alex. & doc.d.§.eleganter decretum tamen ipsum in.§.quicūque debet stricte intelligi. Dec.con.669. viso & perlecto.

Et licet ad euitandum pœnam triremium vel furcarum sufficiat talibus fidifragis, vel fallitis infra tres menses post publicationem eorum fugæ esse concordes cum eorum creditoribus vt patet ex. d. §. quicunq;, tamen notabis perpetuo quòd creditor remittens partem debiti mercatori fallito, vel alij debitori, vt residuum soluat, poterit partem remissam etiam repetere condictione ob turpē causam Hipol.sing.432. sæpe contigit Iac. de arena. Romā. Alex. & Ias. in l.fi.ff.de con lic.ob turp.cau. & tales liberationes factæ per creditores debitoribus pauperibus, de maiori summa, pro minori, non debét seruari sed integra summa peti posset vbi peruenerit ad pinguiorem fortunam non obstante decreto ac statuto quo cauetur quòd seruentur conuentiones debitorum & creditorum Ang. con. 53. in quęstione proposita. 179

Vbi autem venditor non tradit possesionem rei venditæ, pro eo qui non habet facultatem rei venditæ possesionem tradendi, nec dolo desiit posidere, tunc non potest iurari in litem contra ipsum venditorem, sed debet agi ad interesse & venditor non cogitur tunc pręcisè tradere, sed liberatur soluendo interesse, quod interesse eo in casu debebit probari per emptorem aliter quàm per iuramentum in litem, cum eo in casu tale iuramentum non posit præstari Bart.d.l.in actionibus col.2.nu.5.ver.veritas est.& ibi Pau. de Ca.col.pē.ver.4.requiritur & hęc est cō op. vt dicit ibidē Alex.col.2, ver.in ea ibi speciale, & Dec.col 6.ver.circa secūdū.ff.de in lit. iur. 180

Aduerte tamen quòd venditor, vel debitor frumenti, vel vini, vel alterius rei mobilis venalis etiam interpellatus, non tenetur ad interesse quātiplurimi valuerit, etiā si nō soluisset debito loco & tēpore, in pluribus casibus, Primo non tenetur vbi furmentum vel vinū seu res ipsa erat præstanda in loco extra domicilium vel habitatione actoris & rei, & tali die puta primo Augusti, & non probat creditor in ipso loco & die se fuisse paratum recipere, quo casu non tene- 182 *Alex. con. 210. uol. 6.*

dec.cõ.366. nu. 4. pulchre Soc.iũ. con.136.uol. 2. tur debitor ad ipsũ interesse Alex.cõ.90.in fi.vol.5.Bart.l.item ille vbi Pau.de Ca.& doc.ff.de constit.pec.Afflic.Decis.316. Galliotus col.2.nu.2.Secundo debitor nõ tenetur ad ipsum interesse, vbi erat præstãdũ furmẽtũ,vel vinũ,vel aliud soluendũ quòd requirat labores & sumptũ in portãdo nã non sufficit creditori probare se interpelasse debitorem ad soluẽdũ,nisi etiã probet quòd iuerit cũ sacco paratus ad accipiẽdũ ad domũ debitoris vbi debitor nõ tenebatur portare ad domũ creditoris Pau.de Ca d.l itẽ illa col.3. in fine nu. 13.ver.itẽ quod dixi.Mar.Soc.iun.con.136.iustissimi col.1.nu.1.vbi. etiã refert ita cõsuluisse D.Bar.Soc.vol.2.Tertio non tenetur debitor ad ipsũ interesse vbi non creditor,sed tertius tanquã eius procurator interpellauit nõ docto mãdato legitimo ad accipiẽdũ solutionẽ etiã si nõ fuisset petiũ mãdatũ ostẽdi Afflic.d.Decis.316.nu. 3.tex.vbi Bar.& doc.in.l.si quis infitiatus ff.de pos. & in l. nomẽ. C. quę res,pig.ob.pos,Bar.l.nõ solũ.§.morte col.xi.ver.sed an gestor ff. de op.no.nonc. Clem.causã de ellec.quarto nõ tenetur debitor etiã interpellatus ad soluẽdũ ipsũ interesse vbi non erat in obligatione specificatus dies pręfixus nec locus præcisus soluẽdi, nisi creditor exprimat diẽ ac locũ pręcisũ quibus vult accipere & probet se specificasse Afflic.d.decis..316.col.3.ver.præ terea & secundo. tex. vbi Bar.& doc.l.aut.qui aliter.§.1 ff.quod vi aut clã,& in.l.fi.C. de iur. dot. Alex.Tartagnus cõ.90.viso circa fi.vol.5.l.cũ filius.§.fi.vbi Bar. & doc.per illũ tex.ff.de ver.ob.Quinto nõ tenetur debitor ad ipsum interesse vbi eidẽ debeatur pręciũ cuiusdã diei pręcisè, puta vltimæ Martij,si non probet quantũ illa die valuerit cõmuniter frumẽtũ,vel vinũ,vel res ipsa in publico foro,nec sufficit probari quòd tales & tales pro tãto emebãt in foro publico, nisi testes dicãt quòd tãti in foro publico cõmuniter vẽdebatur,nam quãtũ valeat frumẽtũ,vel alia res venalis inspicitur solũ quãtũ valeat in foro publico, & non alibi,& quãtum cõmuniter vendatur,& nõ a singulis & particularibus.Afflic.d.Decis.316.col.pe.nu.5.ver præ terea & tertio, & ver.itẽ debet probari l.pretia rerũ,vbi Bar.& doc.per illũ.tex.ff. ad l.fal.Bar.& doc.l.septẽ,C.de erog.mil.an.lib.xii.Bart.& doc.l.2.C. de rescin.vend.Flor.de S.Petro.in l.si seruũ.ff.ad.l.aquil.tex.in.c.1. vbi doc.ex.de emp.& vend.Ant de But.c.cũ causã ver.ad secũdũ de mũ.de empt.& vẽd.Corsetus sing.ver.vẽditio.Sexto nõ tenetur debitor ad ipsum interesse quãti plurimi in Dominio Mediolani in quo per Decretũ cõditũ anno Domini.1545.sancitũ fuit quòd emphiteotę qui ex inuestitura tenẽtur soluere ficta in bladis, vel vino & fecerũt preãbulã vẽditionẽ rei p eos acceptę in emphiteosim quod liberẽtur soluẽdo decẽ pro cẽtenario librę capitalis vbi inuestitura facta

Præceptum quãdo excuset uenditorẽ a mora Angelus con. 219. punctus.

Granum ubi est consũptũ an crescat extimatio D. Hier. Butig. in l.ciuitas ff.si certum pet.nu.43.

facta fuerit ante annũ 1500. vbi verò facta fuerit post annum. 1500. quòd liberetur soluẽdo septẽ pro centenario libre capitalis, & Decretũ ipsum moderãs immensam excrescentiam furmẽti vel vini videtur iuridicũ, cũ penuria raro accidens non attendatur tex. in d. l. pretia rerũ, vbi Bart. Io. de Imol. & Doc. Nam emẽs frumẽtũ ad credentiam prętio quo valuerit de mense Maij non tenetur de iure cõmuni ad summam immoderatam si eueniat caristia siue penuria insolita Ripa trac. de peste fol. 6. nu. 98. in 2. par. Iaſ. l. sed & si quis. §. quęsitũ. ff. si quis caut. Io de Imol. d. l. prætia. Septimo nõ tenetur debitor de iure communi ad interesse, & quanti plurimi vbi fuit penuria insolita, & quę nõ durauit nisi per modicũ tẽpus, & sic nõ sufficit quòd creditor se astringat ad probandum instantaneum, & momentaneum, & insolitum prętium, interesse, ac penuriam, etiam vnius anni, sed debet probare, quòd tali anno, & tempore, ante, & post tantum valuit communiter, & communi cursu, & penuria insolita ac prætium insolitum vnius anni non consideratur Prac. Pap. in for. lib. in act. rea. in glo. & in florenis num. 21. ver. quid si producuntur, Afflic. d. Decis. 316. num 6. ver. quia non debet Ang. in. l. lege falcidia hoc est. §. 1. ff. ad l. falcid. Bart. l. si seruus in prin. ff. de cõd. fur. Bart. & doc. l. 2. C. de rescind. vend. Ripa. d. nu. 98. tex. in. l. prætia rerum vbi Bar. Io. de Imo. & doc. ff. ad l. fal. Dec. l. vinũ col. 2. nu. 4. ver. & hoc primo & ibi. D. Christ. de Castelliono ff. si cer. pet. Raph. Com. d. l. prætia rerum & in l. cum res. §. fi. ff. de leg. 1. Vbi tamen debitor fuisset in mora soluendi, vel fuisset fur. tunc tenetur ad interesse ac prętium quantiplurimi, & ad extimationem momentaneam, & insolitam. D. Nic. Bellonus lib. 2. supputationum iuris Cap. xviiii. incipiente. l. in re, & in d. l. vinum vbi etiam Iaſ. col. 6. versic. Nam istud, Alex. d. l. prętia, Nam si cõtra furẽ attẽditur extimatio ac interesse quanti plurimi etiam si esset penuria insolita & momentanea quia illa consideratur contra furẽ. l. in re furtiua. §. si ex causa. ff. de cõd. fur. Ergo & cõtra morosum attẽditur etiam extimatio momentanea & penuria, quæ raro accidit & pauco tẽpore durauit cũ valeat argumentum a fure ad morosum. l. inter stipulantem §. pen. vbi doc. per illum tex. ff. de ver. ob. Bart. l. quòd te col. 2. nu. 11. ff. si cer. pet. D. Bellon. d. c. 19. & ita ego teneo istam op. D. Bellon. præceptoris mei per tex. in l. infitiando §. infans. ff. depoſ. & in. l. cũ res §. fi. ff. de leg. 1. dicta enim. l. prætia non loquitur nec procedit vbi interuenit mora vel furtum Bellon. d. c. 19. Iaſ. d. l. vinũ Alex. d. l. pretia, Octauo nõ tenetur debitor ad ipsum interesse, vbi creditor recepisset furmentũ, vel vinũ, absque protestatione interesse, vel cum protestatione interesse vbi debitor tali protestationi contradixisset Dec. d. l. vinum col.

*Dies & tempus ubi est expressũ nõ requiritur alia monitio Dec. c. cũ in cunctis §. inferiora nu. 4 de testibus.*

col.2.ver.2.limit.l.3.vbi Bal.& doc.C.depos.l.fi.in fi.vbi not. doc.ff. de eo quód cer.loco Pau.de Ca.l.3.§.itē Iulianus ff.de eo quód cer. loco.Nono non tenetur debitor ad ipsum interesse quantiplurimi vbi fuit pręfixum prætium diei certe,nam tunc non potest agi ad aliud prętium,quàm ad ipsum,etiam si cresceret ex post prętiū fur menti vel vini,sed debet agi ad prętium dictæ diei conuentę.l.fundum vbi tex.Bart.& Doctores.ff.de Nouat.Alex.d.l.quod te col.2.Decimo non tenetur debitor ad ipsum interesse etiam respectu partis debitæ,vbi creditor petijt plus debito non dicendo se paratū recipere partē quā debitor confiteretur & est magis cōmunis opinio, Lanc.Galiaula l.1.§.si stipulanti in fi.ver.vltimo in quantum & ibi Io.Crotus nu.6.col.pen.in fi.ver.2.nota & Alex. col. 2. in fi. &.3. in prin.&.D.And.Alciatus in fi.dicit quòd hæc est com.op.vt dicit ibidem etiam D.Hiero.Butigella col.fi.ff.de ver.ob.Vndecimo non tenetur debitor ad ipsum interesse vbi non scit,vel scire non debet,se debere,vel ex aliqua iusta causa credit se non debere, puta quia est heres ignorans debitum,vel habet aliquam iustam causam litigādi,vel rationes sunt intricate,vel debitum non est liquidum Bart.l. quòd te col.1.per illum tex.vbi Ias.col.1.in fi.& col.2.nu. 8. cū seq. ff.si cer.pet.Iusta enim causa litigandi excusat debitorem etiam si esset depositarius a mora & ab interesse,& vt non teneatur ad ipsū interesse,nec de interitu rei,etiam si res non fuisset peritura apud actorem,& est com.op.ita dicit Io. de Sadoletis in rep.d. l. quòd te col.20.in fi.ver.item secunda solutio & col.21.in prin.nu.83.glo. & Doctores.l.in hac.ff.de tritic.Bal.c.1.col.fi.ver.pone quòd heres laici,qui suc.ten.Duodecimo non tenetur debitor vbi creditor prius non adimpleuit contractum pro parte sua.l.Iulianus.§ offerri ff.de act.emp.Tertiodecimo non tenetur debitor vbi cōtractus esset vsurarius,quod quando sic vide summam Angel. & summam Tabienā, & summam Rosellam & summam Siluestrinam in ver.vsura per totum,Laur.de Rodulphis in trac.de vsuris.Decimotertio quotiescūque debitor etiam interpellatus,absque sui culpa,non potuisset soluere,sed illi fuisset difficultas soluendi,non tenetur debitor ad interesse & prætium quantiplurimi, quia difficultas soluēdi excusat a mora, ergo & ab interesse quanti plurimi per tex. in.l diuórtio in prin.ff de neg gest.l.ratio.§.si per venditorem ibi cum nulla difficultas.ff de act emp.l.thais.§ 1.ff de fid.lib l.nā is.ff. de dol.l.sciendum.ff de vsur.l.Si procuratorem §.fi.ignorantes.ff. Mand. l. sed si lege.§.1.ff.de pet.her.l.pecuniæ in fi.ff.de vsu.l.fi.C.de vsur.rei iud. & est communis opinio vt inquit Io. Sadoletus l. quòd te num. 23. in fi.

in fine versic. quo autem ad secundum & ibi alij Doc.ff. si.cer. pet. D.Nic.Bellonus lib. 3. supputationum iuris cap. 13. inci.l. qui autẽ Alex.d.l.quod te,& licet sint contra istam communem opi.contrariȩ opiniones Doctorũ,& teste D.Hieronimo Butigella in d.l. quod te col. 19.ver.tertia conclusio,sit com.op.quòd difficultas non excusat a mora & ab interesse debitorem quantitatis,& pecuniæ vel furmenti,aut vini in genere,& istam etiam esse communem op. attestatur Soc d.l.quòd te col.5 in prin.& Iaf. col.31 in fi tamen vbi ista difficultas superuenisset aliquo casu fortuito,vel facto tertii cõtra quẽ non posset haberi recursus tunc ista difficultas, procul dubio excusaret debitorem etiam quantitatis,vel grani,aut vini in genere,a mora,& ab interesse quãtiplurimi, Alex.d.l quòd te col. pé. vbi etiam Soc.Aret.& Hier.Butigella nu.40.ver.tenendo,Bellonus d.c.13.Soc.con.288.circa primam nu 31.vol.2.l si vehe da. §. pen. ff.ad l.rhod.de iac.& vbi talis difficultas erat etiam a principio tũc imputandum est debitori promittenti & ob difficultatem non excusaretur a mora Soc.d con. 288. num.31. in fi. vol. 2. Bellonus d. cap.13.& in d.l.quòd te,& in omnem casum debitori impedito absque sui culpa soluere vbi illi impedimentum superuenisset & de rigore iuris teneretur datur restitutio in integrum vt nõ teneatur ad illud interesse quantiplurimi Io Sadoletus.d.l. quòd te nu. 98. ver. item predicta,per not in c cum quis in ius de reg. iur.in.6.

183 Iurari etiam poterit in litem per actorem,contra reum qui litẽ pendente,rem litigiosam alteri vendidit aut alienauit, & iuramẽto actoris probantur non solum damna,expensæ,ac interesse actoris,verum etiam eius dominium ac possessio vbi ex tali alienatione reddita fuisset difficilis probatio Dominij, vel possessionis actoris,nec excusaretur alienans si in alienatione decretum iudicis interuenisset,vbi illi fuisset obreptum memoriam non faciendo de litis pendentia Abb. Panor.cõ.109.circa factum.col. fi. versic. ex his vol. 2.

184 Et pari modo dico ego per reum iurari in litem posse cõtra actorem.vbi lite pendente actionem litigiosam alienasset.Cum siue sit actor siue reus, non possit actionem, vel rem litigiosam, alienare,sub pœna nullitatis contractus, & confiscationis pretii, aut extimationis actionis,vel rei litigiosȩ alienatȩ vbi alienans & acquirens sciebant rem esse litigiosam,l.fina.vbi tex.& glo. ver. transferẽs Bart.& Doc.C.de litig.Abb.c.1.in fi.de al.iud.mut.cau.fac.& rationes Abb.in.d.ver.ex his militant non solum contra reum alienãtem, verum etiam contra actorem, ergo cum sint nomina correlatiua censetur idem ius contra quemlibet ex eis alienantem

tem Nic.Euerardus in trac.de cen. mod.arg.in loco a correlatiuis Iaſ.& doc.l.fi.C.de ind.vid.tol.

185 Et quamuis lite nondum cæpta per libelli miſsionem, non dicatur res litigioſa, vt ſit locus pœnæ contractus litigioſi, ſed vt dicatur res litigioſa requiratur miſsio libelli, cum citatione, etiam ſi lis conteſtata nōdum eſſet,& actio litigioſa non dicatur niſi poſt litis conteſtationē vt ſit locus dictę pœnæ Ang.Auct.de litig. in prin. in.1.op. & licet vbi lis fuiſſet cepta, ſed lapſa ac perempta fuiſſet eius inſtantia, impune abſque pœna contractus litigioſi actor.& reus poſſent actionem, vel rem, quæ erat in lite, alienare, cum lapſa inſtantia lis, ac litigioſa res & actio eſſe deſinant. Ang. Auct. de litig.col.3.ver.ad vnum aduerte Fel.c.cauſam quæ el.1.col.fi. verſic. item declaratur de teſti.Alex.l.is apud quem col.8. ver. tertia concluſio vbi.D.Io.Fran.Purpuratus col.5.ver.tertio. Alex.limitat.vbi etiam Iaſ.col. pen. verſi.ſecundo limita.& ibi alii Mod.C.de eden. Bart.l.1.§.fi.ff.de litig.& in.d.l.fi.ver.ſi lis non penderet, vbi etiam Sal.Guido papæ.q.337.Craueta con.279.ſcripſi col.1.ver. amplius dico vol.2.l.1.vbi glo.verſi.longo tēpore & ibi Doc. C.de preſcrip. long. temp.

186 Tamen notabis perpetuo quòd contra Reum, dolo malo alienantem rem, lite nondum cępta, vel cæpta, lapſa tamen inſtantia, cauſa iuditii futuri mutādi, vbi ex tali alienatione durior aduerſarius oppoſitus fuiſſet Actori, vel durior cauſa fuiſſet effecta Actoris, puta ſi alienatio fuiſſet facta in potentiorem, etiam non ratione officii, vel in alterius prouincię, vel iuriſdictionis hominem poſſet, per Actorem iurari in litem contra ipſum Reum, qui ex ipſo iuramento Actoris, condemnari debet ad omnia damna, expenſas, ac intereſſe intrinſecum,& etiam extrinſecum,& extra prætium rei etiam conſiſtens, quæ patietur Actor ex tali alienatione doloſa, facta cauſa mutandi iuditium futurum, vt eſt textus iuncta etiam glo. in.l.1. vbi glo.ver.tenebitur in fi.ibi ſed nō ne poſſum & ibi Bart.colum.2. nu. 2.& Alber.de Roſ. verſi. alii tamen dicunt. ff. de alien.iud.mut. cau.fac.

187 Et vbi reus poſsidens ſine titulo qui a me conueniri poterat petitione hereditaris, vel publiciana, alienauit Tertio, quē modo ſtante titulo conuenire non poſſum petitione hereditatis, vel publitiana, vbi ipſa alienatio facta fuit cauſa mutandi iuditium futurum ipſe alenās tenetur mihi ad ipſa damna ac prętium rei Bart. l.quia etiam §.opus num. primo, vbi etiam Alex. & Mod. in apoſtil. ff. de alien. iud. mut. cau. fac. Iaſ. §.ſed iſte col.11.num.25.inſtit. de act. & cōtra talē alienātē iurari in litem poterit glo. Bart.& Alb.d.l.1.

Et

Et in omnem casum ipse alienans etiam causa non mutãdi iuditiũ tenetur mihi in subsidiũ ad pretiũ rei meę per eum etiã eius nomi ne proprio alienatæ vbi ob ipsam alienationem, vel præscriptionẽ, agere nõ possum ad rem vt est tex. in l. mater vbi glo. Bart. Bal. Sal. & Doc. C. de rei vend.

Et parimodo iurari posset in litem & agi ad interesse cõtra Actorem vbi alienasset actionem in potentiorem etiam non ratione officii puta Militem, etiam causa iuditii futuri mutandi, & vlterius posset excipi quòd non potest cessionarius agere. l. fina. vbi Bartolus, & doc. per illum tex. ff. de alien. iud. mut. cau. Abb. d. c. 1. in fi. de alienatione iud. mut. cau. fac. iuncta glo. & not. per Bart. & Alb. in d. l. 1. ff. de. alien. iud. mut. cau. fac. & per Abb. d. con. 109. circa factũ col. fi. vol. 2. 188

Econuerso, venditor, de iure ciuili, canonico, & in cõscientia agere potest ad interesse contra Emptorem, qui percepit fructus rei emptę, & fuit in mora soluendi prætium. l. curabit vbi tex. glo. Bart. Bal. & doc. C. de act. emp. cum hoc tamen quòd tale interesse petitũ non excedat considerabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum, cum pro percipiendis & non perceptis, non teneatur venditor ad interesse erga Emptorem ob prætium non solutum, & est magis com. op. vt inquit. Soc. l. de diuisione colum. pen. num. 13. cum seq. ff. sol. mat. vbi Bart. & alii doc. Pau. de Ca. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. emp. Laur. de Rodulphis trac. de vsur. in 2. par. in 4. opp. Io. de anan. c. in ciuitate circa prin. de vsur. Et sicuti iurari potest in litem contra venditorem habentem facultatem tradendi, vbi non tradit, vel dolo desiit possidere, & est cõ. op. Bart. Alex. Pau. de Ca. Aret. Ias. & Dec. d. l. in actionibus, Ita venditor iuramento suo in litem probabit contra Emptorẽ dolo malo morosum in soluẽdo prętiũ suum interesse, quia si hoc est cõtra venditorẽ Doc. d. l. in actionibus, ergo etiam erit contra emptorem cum statutum contra venditorem etiam in penalibus censeatur etiam statutum contra Emptorem ratione correlationis vbi est eadem ratio Bar. & doc. l. 1. C. de Cipressis lib. 11. tex. in l. fi. vbi Ias. & Doc. C. de ind. vid. tol. Nic. Euerardus in trac. de cen. mo. arg. nu. 76. in loca a correlatiuis. Statutum enim puniens Venditorem censetur punire etiam Emptorẽ esto quòd in statuto de Emptore nullum factum fuisset verbum, & econuerso, statutum puniens emptorem censetur punire etiam venditorem esto quòd de venditore verbum factum non fuisset quando est eadem ratio Euerardus in d. loco a correlatiuis in littera B. & C. vbi dicit quòd hæc est communis oppinio. Fab. de monte Sancti Sauini in trac. contractuum in 2. q. prin. circa. fi. Abb. & Doc. in prohemio 189

mio Decret. Bart.Io.de Platea& doc.d.l.1.per illũ tex.C.de Cipres. Bart.Ang.Ias.& doc.d.l.fi.Curt.senior con.11.statuto colum.2.nu. 7.Dec.l.sicut bonis col.2.nu.7. C. de in ius voc. Dom. de santo Gemin.c.eos.§.clericis colum.fina.ver si.nota bene de temp. ord.

Et propterea decreta & cridę Dominii Mediolani quæ imponũt pœnam contra emptores bladorum vbi illa conducunt extra Dominium Mediolani, seu ad alia loca contra ordines, censentur etiam ipsam pœnam imponere contra venditores ipsorum bladorum vbi scienter tamen illa vẽdunt fraudatoribus& conductoribus bladorum contra ordines,& ita cauetur ex Decreto Mediolani sub Rubrica de prefectis annonę.§.venditores, & Decretum ipsum est confor me cum iure cõmuni Bart.& Doc.d.l.1.C.de Cipressis Bart. Ias.& doc.d.l.fi.C.de ind.vid.tol. Ex ipso tamen Decreto deuetus bladorum,de iure non ligantur clerici pro fructibus bonorum ecclesiasticorum teste Ripa in trac.de peste in tit.de pres.reme.con. pestem in parte quæ incipit Deuenio nunc ad modum & normam vbertatis conseruandæ nu.122.in.14.q.c.ecclesia.S.Mariæ de const. Nec ligaretur Emptor vel venditor aut conductor Forensis vbi probabiliter ignorabat dispositionem dicti Decreti puta quia non diu moratus fuisset in Dominio Mediolani,quo casu forensis pręsumitur ignorare statuta ac Decreta loci Ripa.d.par.Deuenio num.120 121.Alb.Gandinus titu.de rebus non portandis contra deuetũ ver. sed statutum est l.fi.ff.de Dec.ab ord.fac.c.ut de const.in 6.Et de aliis questionibus circa materiam deuetus bladorum vide latè per Ripã in d.parte Deuenio nu.1.vsque ad nu.200.& Berthachinum in trac. de gabellis per totum maximè in 9.parte prin.Et si potest iurari in litem contra furem & est communis opinio Petrus Paulus Parisius Cardinalis Reuerẽdissimus a Paulo tertio Pontifice Maximo creatus con.109.D.Bernardinus col.3.num.30.& per totum vol.3. Bart. Cassaneus con.21.le.cas.col.8.nu.35.versi.& etiam; & dixi supra in tertia ampliatione nu.129.Ergo & contra emptorem morosum in soluendo prætium iurari poterit in litem cum fur & morosus æqui parentur,& valeat argumentum a fure ad morosum.D. Nic. Bellonus lib.2.supputationum iuris cap.19.incip.l.in re vetsi. & licet loquatur in fure.l.inter stipulantem.§.pen.ff.de ver.ob. vbi Doc. per illum tex.Bart.l.quòd te colum.2.numero.11.vbi alii Doctores.ff.si cer. pet.

190 Insuper contra Conductorem,bubulcum,colonum, partiarium, aut operarium, qui promisit mihi operari, aut agros colere, vel bona vineata, aut priuata ordinare,& eius dolo malo non coluit, nec ordinauit,& contra quemlibet operariũ,qui mihi operas suas lo-

locauit, & dolo malo nō præstitit, possum iurare in litē, & iuramen to meo cōtra ipsū probabuntur damna, expēse, ac interesse meū vt decidit Alex. in terminis cō. 214, quādo & ibi. D. Car. Mollin. in apost. vol. 7. l. sicuti. §. fi. ff. locati. Nec tenetur probare Dominus nō esse cultū, sed colonus vel operarius debet probare se coluisse arbitrio boni viri. Alex. cō. 125. puto ver. & si vol. 2. & cō. 79. visis nu. 1. vol. 4.

*Et est com Ias. l. 2. num. 132. & 133. C. de iur. emph. uide. tamen Cor. cō. 343. uol. 1.*

191 Et si potest iurari in litem contra venditorem per emptorē vbi venditor habet facultatem rei tradendę, & non tradit, vel dolo desiit possidere & est com. op. Bart. Pau. de Ca. Alex. Aret. Dec. & alij. d. l. in actionibus & dixi supra nu. 175. ver. quo casu & nu. 170. ver. & nō solum, parimodo iurari poterit in litem per colonum, partiarium, aut conductorem, contra Locatorem aut Dominum, vbi vel non tradit eis bona locata dum habet potestatem tradendi, vel dominus alienauit bona titulo singulari in alium. Quo casu ille emptor, vel singularis successor potest expellere conductorem. l. emptorē vbi tex. glo. Bart. & Doc. C. locati. l. qui fundum. ff. locati, item & expellere poterit etiam colonum partiarium ipse singularis successor Roman. con. 309. videtur, tamen colonus & conductor habebunt regressum pro eorum interesse contra locatorem & dominū d. l. qui fundum vbi tex. Pau. de Ca. & Doc. qui licet alienando forte nō fuerit in dolo, fuit tamen in dolo, ex quo sciens se iam primo loco bona locasse vel ad partē prius dedisse alteri, quę postea alienauit debebat pacisci cum emptore vel singulari successore vt non expelleretur conductor nec colonus partiarius prout hoc fieri poterit. d. l. emptorem. Et sicuti iuramento in litem præstito per emptorem contra venditorem non tradentem, vel dolo desinentem possidere, probantur damna, ac interesse etiam singulare emptoris contra venditorem Bart. & doc. d. l. in actionibus & dixi supra nu. 175. ver. quo casu, & nu. 176. ver. & non dolum, ita etiam iuramento coloni partiarij, vel conductoris contra locatorem aut dominum probantur damna, expensæ, ac interesse commune, & singulare partiarii, vel conductoris quem singularis successor expulit ex alienatione facta per locatorem vel dominum. statutum enim in venditione habet locum etiam in locatione, & ecōtra, etiam si essemus in exorbitantibus & correctorijs, ex quo isti duo contractus æquiparantur a lege veteri ita dicit Ange. Aret. in. §. prætiū col. 2. ver. notā quòd statutum. per illum tex. vbi alij doctores instit. de emp. & vend. tex. & doctores in l. 1. ff. locati & in. l. 1. §. itē si quis. ff. Depos. faciūt not. per Nicol. Euerardum in trac. de centum mo. argu. in loco a simili num. 10. & in loco a pari nu. 43. & videtur tex. in l. si cui. §. fi. ff. locati vbi Paulus de Ca. glo. & doc.

Si

*vide Hyp. sing. 321. credo, Cotta lib. Mē. uer. successor.*

Si tamen inuestitura esset iurata per locatorem, emens vel acquirens ab eo non posset expellere conductorem, vel colonum partiarium, Lud. Gozad. con. 24. num. 9. Socinus con. 90. visis colūm. 2. nū. 10. ver. 2. respondeo vol. 4. D. Anto. de But. c. fi. ne prel. vic. suas. Itē expelli non posset conductor vel colonus vbi fecit sibi in inuestitura spetialiter obligari bona conducta Imol. & Romanus. l. qui absēti. §. 1. ff. de acqui. poss. Alexan. l. si filio. f. §. si vir. ff. sol. mat. Et vbi nō est spetialis hippotheca siue obligatio rei cōductę, adhuc dico quòd conductor non posset expelli per emptorem, vel acquirentem, vbi locator obligasset in inuestitura omnia bona sua, & ista est communis op. vt dicit D. Hieronimus Gratus consi. 95. quidam colū. 2. nu. 12. versic. quia respondetur volum. 1. Bart. & Sal. d. l. emptorē, Bart. d. l. qui fundum. ff. locati & d. §. si vir & in l. 1. §. quòd autem. ff. de super. fi. Pau. de Ca. l. merces. §. 1. ff. locati & in. l. si quis ita §. ea lege. ff. de ver. ob Alex. l. qui absents § 1. ff. de acq. pos. Aret. & Ias. §. fi. instit. de locat. & cōd. Ab. c. querelā. ne prel. vic. suas, Crotus. l. filius fam. §. diui carta. x. col. 1. ff. de leg. 1. Corn. con. 6. licet vol. 4. 192

*Sed quòd retigratur spetialis hypoteca est cō. op. dicit Capit. decis. 182. num. 3.*

*Sequitur Didacus lib. 2. uar. resol. cap. 15. Iure Cesariū nu. 3. uer. 3. a successore leazes. §. diuinu. 441. Neg. trac. de pig. i. mē. 2. par. nu. 6. ubi omnes dicunt hanc esse com. op. q. colonus habet ius retinēdi donec de damnis et in teresse eidē satisfiat.*

Item per locatorem contra conductorem iurabitur in litem, vbi conductor, seruum, vel animal conductum, vel bona immobilia, dolo, malo non restituit locatori, tunc enim iuramento locatoris probantur damna, expēse, ac interesse locatoris tex. & glo. in l. si cui. §. fi. vbi etiam Paulus de Ca. & doctores. ff. locat. debet enim cōductor prius restituere possessionem locatori quàm litigare de proprietate. l. si quis conductionis titulo. C. locati & non restituens rem cōductam ante ac sententiam tenetur etiam ad eius extimationē vltra rei restitutionem. l. pen. C. loc. & l. pē. C. vnde vi, fallit tamen d. l. si quis conductionis titulo vbi conductor offert se paratum probare quòd rem a se tēpore locationis possessam conduxit ita quòd locator non fuit in possessione, & est com. op. Curt. sen. con. 70. super controuersia. Fallit secundo vbi superuenisset noua causa post locationem quia ex illa noua causa auditur conductor non restituta prius possessione Alb. de ros. l. si quis fundum. §. fi. ff. locati Ias. con. 158. egregia col. fi. ver. quinto principaliter vol. 2. fallit 3. in aliis casibus de quibus per Gratum con. 90. omissis col. pen. & fi. vol. 1. per Curt. sen. d. con. 70. Bart. Alex. & doc. l. si rem aliquam. ff. de acq. pos. per Bal. Sal. & Doc. d. l. si quis. 193

Item iurari poterit in litem contra tutores, curatores, negotiorum gestores, thesaurarios, caneparios, factores, castaldos, publicanos, susceptores annonae, & alios quoslibet, qui bona vel iura alterius administrant, & qui tenētur reddere rationem, vbi non fecerūt inuentarium, vel librum rationum de datis & acceptis hinc inde, & 194

de

de introitu & exitu, quia pręsumitur contra non facientem librum sicuti contra non facientem inuentarium, & contra ipsos omnes, ex iuramento in litem actoris, probantur res, & rerũ quantitas, qualitas, & extimatio, redditus, fructus, ac introitus, ac interesse actoris, Ripa trac. de peste in tit. de præseruatiuis remedijs contra pestem in par. quæ incipit Deuenio nunc admodum & normam vbertatis conseruandæ nu 5. ver. debent, & nu. 6. ver. sic etiam, cum seq. Dec. con. 178. in causa col. 1. & 2. Soc. con. 46. cum in præsenti & cõ. 73. circa primum vol. 1. & con. 159. in præsenti, & con 213. cum in & con. 190. memini vol. 2. Roman. con. 414. quo ad primum, in prin. & con. 168. circa primum col. 2. num. 5. ver. quo ad tertium, Abb. con. 12. vt clare col. 4. ver. capio nunc sextum vol. 1. Ruin. con. 29. plura col. 5. nu. xi. col. 5. Raph fulg. con. 196. ad id, in prin. Iaf. con. 3. circa primum col. 1. & 2. vol. 1. Parisius con. 25. vidi col. 9. nu. 46. & 47. vol. 2. & cõ. 75. ad victoriã nu. 1. & nu. 27. cũ seq. vol. 1. Aflict. Decis. 360. inter Marcum saxi, Bart. Cassan. con. 21. le cas. col. 13. nu. 56. ver. Et en cest. Iac. de aren. Bal. & Bart. l. 1. §. officio per illum tex. ff. de tut. & rat. dist. Doc. l. tutores vel curatores C. de admin. tut. & in l. fi. C. arb. tut. Bart. l. tutor. qui repertoriũ vbi tex. & alij Doc. ff. de admin. tut. Bal. con. 353. ad euidentiam vol. 1. Ang. con. 277. tutor col. pen. nu. 5. ver. de tertio. & nu. 6. ver. ideo, & con. 286. quoniam. col. fi. in fi. & con. 308. Portio Anchar. con. 316. in causa col. 1. Bart. con. 150. cũ prędicta Doc. l. cum tale §. 1. ff. de cond. & demon. per illum tex. Abb. Dec. & alii c. ex parte vbi Dec. col. pen. de appel. Vital. de cambanis trac. clausularum in clausula nil nouari inuentarii confectione pẽdente per totum maxime col. x. ver. prędicta vera, spec. tit. de instrumen. edit. §. dicto de impugnatione testamenti per totum, & tit. de tutore §. generaliter, Corn. con. 196. ad euidentiã col. pen. & fi. vol. 3. Gratus. con. 23. In causa nu. 7. vol. 1. Pau. de Cast. con. 124. in causa col. fi. vol. 1. Io. de Imo. l. cum seruus nu. 2. de cond. & demon. per illum tex. in quibus locis communiter Doctores ipsi dicũt quòd Tutores, & curatores omnes minorum, adultorum, furiosorum, mente captorum, hereditatis iacentis, bonorum absentis, ventris prægnãtis, surdorum, hospitalium, & similium, ac publicani, datiarij, thesaurarii, collectores pecuniarum, vel annonę, hospitalarii, castaldi, factores, negotiorũ gestores, procuratores ad negotia, vel iudicia, sindici, exequutores testamentorum, vel aliarum rerum. Et deniq; omnes negotia aliena, vel communia administrantes, quòd tenentur reddere rationem iuxta verbum Sacri Euãgelij redde rationẽ villicationis tuæ, Et quia caput rationis edẽdæ est exhibere inuẽtarium, ac librum rationum, quòd tenentur ad omnem requisitionem

*Liber ac inuen. potest scribi manu alterius infra tutoris*

*Alex. de Neuo cõ. 29. in Christi.*

illius cuius res, vel negotia fuerunt administrata, exhibere inuentarium, ac librum rationum quotidianarum, in quibus apparent descripta bona, res, ac iura, redditus, & introitus, ac expensę, debita, & credita, accepta, & per eos expẽsa, & prouẽtus omnes, Et ex ipso inuentario, ac libro rationum conueniri potuerunt & cõuincẽtur, Alioquin si dictum inuẽtarium, ac librum rationum quotidianarũ non exhibeant, siue de iure, siue de facto administrauerint, quòd cõtra eos in litem iurari poterit per illos, quorũ res, vel negotia fuerũt administrata, & ex ipso solo iuramẽto, pręuia tamẽ semper iudicis taxatione, contra ipsos administrantes probabuntur res, rerum quantitates, qualitates, pręttiũ, redditus, fructus, extimatio, damna, & interesse, in quibus omnibus, dicti administratores, & alii omnes pręmissi, erunt condemnandi & hęc est vera, & communis opinio vt habetur respectiuè per Doctores omnes in locis superius memoratis, in quibus ipsi omnes vnanimes dicũt tale iuramentum deferri debere, licet Ias. con. 174. spectabilis vol. 2. voluerit ob inuẽtariũ, ac librum rationum non confectum, cum sit dolus in omittendo. & dolus pręsumptus, non posse deferri iuramentũ in litem, tamen in hoc quòd imo deferri possit est com. op. etiam quòd dici posset dolus in omittendo, & pręsumptus, quia potest & debet nihilominus deferri tale iuramentum & istam esse communem op. attestatur d. Car. Mollineus in addit. ad Alex. in con. 214. quando vol. 7. & Ias. in d. con. 174. loquitur contra tex. in d. l. tutor qui repertoriũ, ergo nõ recedas ab ipsa com. op. c. ne innitaris de constit. maximè per generalitatem tex. in l. in actionibus & per tot. tit. ff. de in li. iur. arg. l fi. §. inter cetera ff. de lib. leg. & l. si ita fuerit ver. in reliquis de test. Mar. Soc. consilio secundo sequendo volu. 1.

195 Addo ego quòd non solum pręmissi, verum etiam Episcopi, Prælati, Prępositi, Abbates, Comendatarij, Canonici, rectores Ecclesiarum, & deniq; omnes personę Ecclesiasticę quòd de rebus omnibus Ecclesiarum suarum, mobilibus & immobilibus, ac iuribus, quod tenentur conficere inuentarium, siue descriptionem, alioquin contra eos in litem iurari posset per successorem eorum, seu ipsorum superiores vel alios, ad quos spectat ab eis rationem petere de prędictis. c. de siracusane ver. rerum descriptione Dis. 28 glo. c. manifesta xii. q. 1. spec d. §. dicto de impugnatione, & d. §. generaliter. Barbac. con. 60. illud col. 2. ver. simile quod vol. 3. Et ad pręmissa etiam tenentur rectores Hospitalium Clem. quia cõtingit de Relig. dom. iunctis superius per me adductis num. 194. ver. itẽ iurari. & iunctis not. per Soc. Dec. Rom. Pau. de ca. & alios superius memoratos, isti enim ęquiperãtur tutoribus Soc. d. cõ. 213. cũ in pręsẽti col. 2. vol. 2.

Nota-

Notabis perpetuo quòd licet regulariter in litem iurari non pos 196
sit, nisi contra illum, qui est in dolo, adeo quòd culpa nō sufficit tex. in d.l. in actionibus ff. de in lit. iur. Et dixi supra in quinta ampliatione num. 138. tamen speciale est in actione tutellę ac curę, vt contra tutorem ac curatorem iurari in litem possit, nō solùm propter eorum dolum, verum etiam propter eorū culpam latam, aut leuē, etiam si dolus abesset, tex. in l. alio iure & ibi glo. Sal. & Doc. C. de in lit. iuran. Doc. d. l. in actionibus, & hic, Bart. con. 150. cum prędicta, Anchar. d. cō. 316. Et in tutore ac curatore sicuti & in omnibus aliis administratoribus negligentia dicitur lata culpa, Ergo propter negligentiam tutoris ac curatoris, contra eum in litem potest iurari, & res, rerum quantitates, fructus, damna, & interesse minorum, cō tra tales tutores ac curatores negligentes, probabuntur ex iuramē to in litem, per adultos contra eos præstando Soc. con. 2. sequendo col. 2. in fi. ver. cōcluditur ergo in fi. cum seq. vol. 1. vbi etiam inquit quòd talis negligentia dicitur peccatum mortale & allegat. glo. c. quoque de offic. Archid. & Host. c. inter cetera de offic. ordin.

Dicam, cum Virgiliana Didone, Non ignara mali miseris succur 197
rere disco, cum enim parentibus meis defunctis dum essem minor, bona mea, a multis dilapidara fuerint, quæ pro maiori parte postea recuperaui, ad subueniendun minoribus, ac adultis, hic aliqua inseram ad reprimēdum dolosos, vel negligentes tutores, & curatores cum minoribus sit fauendum tot. tit. ff. de minor.

Scias ergo quòd tutor, ac curator bona minorum immobilia, vel 198
iura super eis consistētia, vel quę per minores vel eius maiores pos siderentur, quòd non potest vendere, nec permutare, nec super eis transigere, absq; causa iusta & necessaria alienandi, puta ob ęs alienum per minores soluendum l. ob æs & per tot. tit. C. de præd. min. l. magis puto, & per tot. tit. ff. de rebus eorum Cur. iun. cons. 29 habita in 1. par. l. non solum C. de pręd. min. Et similiter ea alienare non potest absq; decreto Iudicis d. l. non solum & l. 1. & l. magis puto ff. de reb. eor. Et antequam pręmissa alienet debet per aliud instrumē tum præcedens facere perquisitionem cum iudicis authoritate, an subsit æs alienum, vel causa alienandi, quę sit iusta, ac necessaria, & an sint primo nomina debitorum, vel mobilia, vel alia bona etiam immobilia quę cum minori dispēdio minorum, alienari possint, reseruando minoribus, bona immobilia, minoribus vtiliora. Et iudici ac tutori, & notario quòd sit facta hęc diligens perquisitio non creditur nisi de ea constet per aliud publicum pręcedens instrumentū Cur. iun. d con. 29. habita, tex. d. l. magis puto per tot. Et antequā bona minorum alienentur debent prius subhastari, & in locis publicis

*Dec. l. māda ta nu. 3. et 4. ff. de offic. eius Bal. cō. 75. uol. 1.*

*Subbastatio de consuetudine si nō seruatur ualet absq; ea alienatione Cassaneus con. præ 55. nu. 41.*

prçfigi cedulç, notificando quòd dabuntur plus offerẽti Bal. l. ordo col. 2. ver. sed tu C. de exeq. rei iud. & in Auth. hoc ius porrectum C. de sac. ecc. Bart. l. ait prætor. §. sed hodie & ibi etiam Bald. ff. de minor. Et vbi præmissę non seruentur solemnitates, non valent alienationes in prçiuditium minorum d. l. magis puto per tot. d. l. non solum Cur. iun d. con. 29. habita.

Afflic. decis. 149. fuit.

199 Vbi ergo tutor, aut Curator bona minorum absque premisis, & aliis iuris solemnitatibus, alienauerit, dicitur esse in dolo, ex quo contra legem interdicta cõtraxit. l. quemadmodũ in fi. C. de agric. & cen. lib. x. l. non dubium C. de leg. l. iubemus nulli C. de sacris Ecclesiis, & magis in spetie istud voluit Decius d. con. 178. in causa col. 2. ver. Et casu, Anchar. consilio 316. in causa col. 1. cum sequẽ. Ruin. con. 29. plura versic. super quarto, in fi. vol. 5. Socin. consil. 46. cũ in prçsenti col. 2. ver. circa secundum vol. 1. & cons. 213. cum in prçsenti col. 2. ver. circa secundam, & ver. prima pars vol. 2. tex. in dicta l. tutor qui repertorium vbi Doc. ff. de admin. tuto. Ergo contra tutorem, & curatorem absque præmisis solemnitatibus, & aliis de iure seruandis non seruatis, alienantem bona minorum, poterunt minores in litem iurare, & eorum iuramento probabitur eorum res, rerũ quantitas, fructus, extimatio, ac interesse, in quibus tutores ac curatores alienantes, debent condemnari erga minores Dec. Anchar. Ruin. & Soc. in locis de q̃bus superius memini, imo tales curatores extra ordinem etiam puniri poterunt l. in eos vbi tex. Bart. & Doc. ff. de tut.

200 Et si potest in litem iurari contra tutores, ac curatores alienantes bona minorum, absque iuris solemnitatibus vt supra dixi, ergo etiam poterit iurari in litem contra prçlatos ac rectores Ecclesiarum qui absque causa & iuris solẽnitatibus, bona Ecclesię locant, vel alienant, cum isti æquiparentur tutoribus & curatoribus Soc. d. con. 213. cũ in prçsenti col. 2. ver. circa secundum & ver. prima pars & ver. simile videmus vol. 2. arg. c. si primatum xii. q. 1. valet enim argumentum a minoribus ad Ecclesiam aut piam causam, quia ecclesia fungitur iure minoris c. 1. & c. auditis de integ. rest. D. Nico. Euerardus in loco 31. ibi locus a minoribus l. orphanotrophos & ibi Bal. C. de Epis. & cler. tex. clem. quia contingit & ibi Io. de Imo. de relig. dom. glo. & Doc. l. respublica C. quibus ex cau. ma. & in l. 3. C. quando ex facto tut.

201 Et quia Communitas, ac vniuersitas, & respublica æquiperatur minori tex. in. d. l. respublica vbi Doc. poterit in litem iurari cõtra consiliarios, sindicos, ac decuriones, & alios qui bona communitatum vniuersitatũ, aut reipublicę indebitè, vel absque causa, seu absque

que solemnitatibus iuris alienarunt, vel locarunt, seu administrarunt, puta absque inuentario,& libro rationũ,prout in similibus iurari potest contra tutorem vel curatorem minoris Dec.d.con 178. in causa col.2.ver & casu Anchar.d.con.316.in causa col. 1.cũ seq. Ruin.d.con.29.plura ver.super quarto.Soc.d.con.46.cum in pręsenti col.2.versi.circa secũdũ vol.1.& cõ.213 cũ in pręsenti col.2.vol.2.

Hospitale & omnis pia causa equiparatur Ecclesię & minoribus 202 l.orphanotrophos vbi tex.Bal.& Doc.C.de Episc.& cler.d.Clē.quia cōtingit & ibi Io.de Imo & Doc.de relig.dom.Rom.sing.93. pridie habui,Nic.Euerardus d.loco 315.ibi locus a minoribus,Bal.& Doc. l Pupillorum C.de rep.her.Ergo sicuti iurari potest in litem contra tutores ac curatores minorum sine causa, vel sine solemnitatibus iuris alienantes bona minorũ vel ea administrãtes sine iuramento ac libro rationum ita etiam iurari in litem poterit contra rectores vel administratores seu ministros hospitalium seu locorum piorũ qui præmissa facerent Dec.d.con.178.in causa col.1.ver.& casu.Anchar.d.con.316.in causa,Ruin.d.consil.29. plura ver.super quarto, Soc.in locis de quibus supra omnia enim priuilegia competentia minoribus,vel ecclesię,competunt etiam piis locis,Nic.Euerardus in loco 32.ibi locus ab ecclesia ad pia loca.l.omnia priuilegia, & ibi Bar.& doc.C.de Episc.& cler.§.pro tēporibus in Auct.de Ecc.tit.

Et sicuti potest in litem iurari contra tutores, vel curatores minorum,vel contra prælatos,aut rectores ecclesiarum,piorum locorum,vel hospitalium,vt dixi superius,vbi absque causa iusta,& necessaria,vel absque solemnitatibus iuris,bona minorum, Ecclesiæ, aut Hospitalium vel piorum locorum,alienarunt, aut administrarunt.vt per.Dec.Soc.Ruin.& Anchar.in cõsiliis de quibus supra,Ita etiam poterit in litem iurari contra illos qui cum eis contraxerũt emendo,vel conducendo,vel administrando,aut acquirendo bona minorum,Ecclesiæ,Hospitalis,aut piæ causę,absque causa iusta, & necessaria,& absque solemnitatibus iuris,quia etiam ipsi dicuntur in mala fide,d.l.quemadmodum in fi. C.de agricol.& cen. Emptor enim,& venditor alienans,& acquirens,dicuntur correlatiua nomina,& dispositum in vno,vel contra vnum censetur dispositum contra alium l.1.C.de cypre.li.11.Ias.& doc.l.fi.C.de ind.vid.tol.Bal.l. conuenticulam C.de Episc.& cler.D.Nic.Euerardus loco 76.ibi locus a correlatiuis,tex.& doct.dicta l.fin.& in l.fin.ff.de acceptil.iura enim omnia punientia vel loquentia contra venditorem, videntur etiam loqui contra emptorem vbi est eadem ratio Bartolus, Ioan. de platea,& Docto dicta l.1.C.de Cypres.libro vndecimo,& est cõmunis opinio,licet de emptore in legibus,vel statutis non fiat men

tio Euerardus dicto loco 76. ibi locus a correlatiuis vbi atestatur istam esse communem opin. & ita etiam inquit Panormitanus, cap. quia clerici de iur. pat. Fabius de Monte sancti Sauini tracta. de emptione & venditione quest. 2. pr in. Et pro hoc allego tex. in cap. ambitiose versi. Et tam qui alienat, sub Rubr. De rebus Ecclesiæ non alienan. in extrauagantibus, vbi Paulus secundus Venetus Romanus Pontifex prohibet omnem alienationem rerum Ecclesię, emphytheusim, & locationem, vltra triennium fieri. Et si fiat vult non valere ipso iure, & excommunicat non solùm illum qui alienat verum etiam illum qui acquirit vel conducit, seu in emphyteusim accepit vltra triennium res ecclesiæ, & absque absolutione perseuerantes in tali excommunicatione priuat beneficiis ad idem tex. in l. iubemus §. sanè, & ibi Bartolus, Baldus, & Doctores, C. de sacr. eccl. qui enim contra iura mercatur, bonam fidem pręsumitur non habere, ergo præsumitur esse in mala fide, & dolo vt est textus in cap. qui contra iura mercatur, & ibi glo. Din. & Doct. de reg. iur. in 6. dicta l. quemadmodum in fi. C. de agric. & cen. Et quòd acquirens a minore, vel tutore, & curatore, & prælatis, & similibus, vel cũ eis contrahens, dicatur in dolo & perdat etiam prætium, vbi solemnitates iuris non fuerunt adhibitę, & iusta causa non erat alienandi, est tex. in d. §. sanè, & ibi not. Bal. & Doct. & clarius per Bart. Bal. Alber. & Doct. in Auct. qui res iam vbi Bart. in principio, ibi dolus cum dolo, & Alber. num. primo, versi. dominus Iac. Butrius, Et Bal. versi. sed contra hoc C. de sacr. eccles. Doct. cap. ad audientiã ex. de reb. eccl. non alien. vbi Barbac. dicta de prelatis, & Ecclesiis extendit etiam ad fauorem Hospitalium, Ergo si tales acquirentes vel contrahentes sunt & pręsumuntur in dolo eo ipso quòd sine causa vel sine solemnitate cõtraxerunt vt dicunt Doct. d. Auct. qui res iam, & d. l. quemadmodum, & d. cap. qui contra iura, & in l. eum qui C. de aut. præst. Bart. Alber. & Bal. d. Auct. qui res, Sequitur quòd contra istos illicitè contrahentes, aut acquirentes, absque causa aut absque solemnitatibus iuris, a pupillis, tutoribus, & curatoribus minorum, pręlatis, & rectoribus ecclesiarum, locorum piorum, & hospitalium, quòd in litem iurari poterit, per adultos, vel superiores, aut successores, aut alios agentes pro Ecclesiis, aut piis locis, aut hospitalibus. Et res, rerum quantitas, ac extimatio, fructus, damna, & interesse, quę peterentur ab eis, probabuntur cõtra eos, ex ipso iuramento, ex quo ipsi contrahentes, & acquirentes dicuntur in dolo vt supra fuit dictum, & hoc vbi talia essent difficilis probationis vt per Doc. hic, & per tex. in l. in actionibus ff. de in lit. iur. & per ea quæ superius deduxi in 5. ampl. nu. 138. ibi quinto amplia

amplia iuncta d. l. alio iure.

Fallit vbi cõtrahens vel acquirens a premisis erat in bona fide, 204
vel quia erat talis persona, cui permittebatur ius ignorare, puta mi
les l. fi. C. de iur. de lib. vel quia Administrator dixit quòd erat pro
pria, vel vt talem vendidit, Nam tunc contrahens vel acquirens a
præmissis sine causa, vel aliis solemnitatibus, non perdit quod de-
dit, quin repetat ab administratoribus, Et cum non dicatur in dolo,
eo in casu, non poterit contra eum in litem iurari Bal. d. Auct. qui
res iam col. 1. versi. sed contra & ibi alii doct. C. de sacr. eccl. glo. &
Doct. d. c. ad audientiam ex. de reb. ecc. non alien.

Vnum perpetuò notabis, quòd vbi bona minoris, vel Ecclesię, aut 205
Ciuitatis, vel opidi, siue hospitalis, seu loci pii, vel alterius etiam
priuati, sunt per tutores, vel curatores, prælatos, rectores, aut nego
tiorum gestores, vel procuratores, aliquorum, alienata minus rite,
& minus recte, quòd si minores, vel adulti, aut agentes pro minori-
bus, Ecclesiis, locis piis, hospitalibus, ciuitate, opido, vel alio priua
to, non possint, vel nó velint, probare dominium, vel possessionem,
vel ius aliquod ipsorum, quòd cautela est peroptima, vt tales dum
agunt, quòd non intentent, eo casu, rei vendicationem, vel remediũ
capitulo reintegranda 3. q. 1. nec petitionem hereditatis, nec aliã
actionem, quia tunc tenerentur probare dominium, vel possessio-
nem, sed forment eorum petitionem narrando talem contractum
nullum, & iniquum, minus rite, & minus recte factum fuisse, narran
do causas nullitatis & iniquitatis, simul, vel diuisim prout erit in fa
cto, & implorabunt officium iudicis, petendo declarari ipsum asser
tum contractum nullum, & minores, aut Adultos, Ecclesiam, seu
successores, hospitale, Ciuitatem, vel opidum, & similes, quorum no
mine innitus fuit contractus nullus, non teneri ad illius obseruan-
tiam, requirendo etiam successiuè eadem sententia condemnari il
lum qui contraxit, seu acquisiuit nulliter ipsa bona, ad restituendũ
& relaxandum ipsorum bonorum possessioné ipsi minori, vel Adul
to, Ecclesiæ, Hospitali, Ciuitati, & similibus, Nec poterit ille qui
contraxit, vel acquisiuit, contra quem agitur, referre quæstionem
dominii, vel possessionis contra agentem, ex quo ab eo, seu ab agen
tibus nomine illius qui agit, siue ab agentibus nomine illorum
pro quibus agitur, habet causam, Et quia actor non fundat se super
dominio, vel possessione, nec aliqua actione, nisi super dicta causa,
Et ita absque testibus, & absque iuramento in litem, & absque alia
probatione dominii, vel possessionis Actor obtinebit declarari
contractum nullum, & se, vel eius principalem non teneri ad illius
obseruantiam, & possessionem bonorum sibi seu eius principali re
laxari

*Iaf. l. cum testamentum num. 4. C. de iu. & fa. 18.*

*Talis libellus procedit etiam contra tertium possessorem citatum Dec. cõ. 187. & pro tenui.*

*Annullato traditione facta remanet sine causa, & bona sunt relaxanda uero domino l. traditionibus col. pen. uer. ulterius oppono C. de pac. Dec. cō. 18. col. 1.*

ō laxari, Et ita in specie consuluit Paulus de Castro consilio 105. si nō interesset iuramentū istius impuberis, columna finali versiculo super secundo, numero secundo, volumine secundo, & consilio 76 in facto volumine secundo, Bartolus, l. si in alienam columna secunda versiculo, Et per hoc dicebam, Et ibi alii Do. ff. sol. mat & in l. ita vt si fur. alias in l. comodare ff. comod. Mar. Socin. iun consilio 52. volum. 1. Alex. consilio. primo ponderatis in fi. volu quarti, Bart. Bal. l. indebiti §. sed si nummi colum. prima versiculo nota quod condictio ff. de condic ind. l. 1. cum l. sequēt. ff. de triticar. vbi Docto. per illum textum l. si pignore §. si prædo ff de pigno act. textus dicta l. ita vt si fur. vbi Doc. om. Paulus de Castro latè dicto consilio 105. Soc. Iun dicto consilio 52. Bartolus dicto §. sed si nummi colū. prima versiculo, nota quod condictio, & ibi Ias. versiculo, nota secūdo ff. de condic. indeb. Ripa sub. ff. de interdic. num. tertio, Dec. consilio 187. & pro tenui colum. 1. Cor. consilio 92. licet, & consilio 185. super volum. quarto, arg. l. si quis condictionis titulo C. lo cat. & l. 2. C. de Rescin. ven. glo. & Doc. l. cum res C. de probat. Soc. consilio 89. in causa colum. fi. versiculo præterea quādo, vol. primo Bal cap. primo, de cont. inter dom. & Emp. tex. d l. ita vt si fur. ff. comod. & ibi Doc. Posset tamen acquirens sic conuentus probare contrarium, puta rem suam fuisse, vel a se prius possessam modo legiptimo, quo casu tunc non posset molestari nisi agēs aliter quàm modo præmisso probaret Cur. Sen. consilio 70. super controuersia Doct. l. si aliquam rem ff. de acq. pos. per illum tex.

206 Contra tutorem, & curatorem, qui ex abrupto, vel sine solemnitatibus prius seruatis, administrauit, puta inuentario, vel libro rationum non confecto, vel satisdatione, & debitis iuramentis prius non præstitis, vel administratione sibi non decreta, & confirmata, aut aliis de iure seruandis prius non seruatis, iurari in litem poterit Dec. d consilio 178. in causa columna secunda, versiculo, Et casu Anchar. consilio 316. in causa colum. prima, cum seq. Ruin dicto consilio 29. plura versiculo super quarto, in fi. vol. 5. Soc. dicto consilio 46. cum in præsenti colum. secunda, versiculo circa secundam vol. 1. & cō. 213. cū in præsenti col. 2. ver. circa secundam, ibi prima pars, vol. secundo, tex. & Doct. in dicta l. tutor qui repertorium, Et idem crederem posse in litem iurari cōtra alium administratorem quemlibet qui ex abrupto, vel absque debitis solemnitatibus admini nistrauit per ea quę superius dixi num. 194. versiculo, item iurari.

207 Tutor, vel tutrix, cum primum scit, vel scire debet, se esse priuatum tutela, vel cura, puta quia, si est mater vel auia, trāsiuit ad secunda vota, vel viuit luxuriosè, quo casu perdit tutelam, ac curam, tex.

tex.in Auct.sacramentum,& ibi glo.ver.nup. C. quando Mul. offic. tut.fung.vel alia de causa tutor,seu curator seu tutrix sciret se esse priuatum,seu priuatam,tutela vel cura, debet abstinere ab administratione,alio  um contra eos in litem iurari poterit Ancha. cõ. 316.in causa, vbi etiam filium contra matrem vult posse in litem iurare,sequitur Gratus con.23.in causa vol.1. facit tot. tit. ff. & C. de his quibus vt indig.cum ibi not. per Doct.

Si tutor,vel curator,seu tutrix, reditum ad eius administrationẽ pertinentem immiscuit cum rationibus suis, & non tenuit separatim potest contra eum in litem iurari, dicitur enim in culpa, Gratus,d.con.23.col.2.num.16.Soc.d.con.159.in præsenti col 2. versic. secundo probatur volu.2.iunctis not.per Innoc.Ant.de But.Imo.& alios c. cum in offitio de test.Bal.Auct.licentia.C de Episc.& cler. 208

Poterit etiam in litem iurari contra tutorem,vel curatorem,seu tutricem,vel curatricem,etiam si esset mater,vbi reditus, vel bona minorum in proprios vsus exposuit, vel eorum bona dilapidauit Gratus con.23. in causa col.2.ver.sed quid vol.primo,Soc.con.190. memini col.2. ver.quarto quia vol.2.Dicitur enim prędo omnis administrator qui in proprium vsum conuertit bona administrationis,& contra eum in litem iurari poterit Ang. Imo.& Mod.l pomponius §.ex facto per illum tex.ff.de acq.pos. matri tamen, & auię, nihil,vel parum habenti,vel dotem non repetenti a filio, vel nepote,ex filio,debentur alimenta,de bonis minorum,& ob ipsa alimenta per eas habita,quę tamen sint moderata non potest in litem iurari l.1.§.præterea si matrem ff.de tut.& rat.distra.tot.tit.ff.de alen. vel agnos.lib. 209

Libri rationum vbi sunt multum defectiui,& inordinati,ac confusi, vel in eis apparent falsitates,tunc tutores,ac curatores,& omnes administratores dicuntur esse in dolo saltem præsumpto, & cõtra eos in litem iurari poterit Soc. d. con.190.memini col.2.ver.secundo quod,Bart.d.l.tutor qui repertorium nu.21.versi.item quod dicitur,Arg.l.si procuratores §. dolo,& l. dolus ff. Mand. 210

Vbi tutor,vel curator,seu quilibet administrator fructus,aut pecunias,vel aliud exegit vel recepit, & illud quod recepit non scripsit in libro rationum ad capitula eorum quę recepit, & hoc constat ex inspectione libri quod non est positum, tunc dicitur esse in dolo manifesto & contra eum potest in litem iurari , Soc. dicto consilio 190.memini col.2.ver.quarto quia & con 159.in præsenti col.2.ver. tertio confirmatur vol. 2. Ang. Imo. & Mod.d §.ex facto Doc. d. l. alio C.de in lit.iur.Fallit vbi ea quæ recepit, & non scripsit confessus fuit habuisse,& probat quod expendidit in vtilitatem principalis 211

lis fui, tunc enim in litem contra eum iurari non potest concurrentibus aliis de quibus per Ias. con. 3. circa primum vol. 1.

212 Leges odio habent mendaces, & ideo tutor vel curator, & quilibet administrator deprehensus in mendatio, puta quia dixit se nō habuisse talia bona, vel negauit bona esse suorum principalium, vel dixit se non habere nisi vnum librum rationum, & habeat duos, vel quia negauit positiones sibi factas, & de prędictis cōuictus fuit de mendatio, ex hoc solo probatur quòd semper fuerit in dolo, & contra talem mendacem conuictum iurari in litem poterit, imo etiam tanquam dolosus & suspectus remouetur ab administratione, Soc. d. consilio 213. cum in præsenti col. 3. versiculo conuincitur & col. pen. versiculo quarto, quia, & ver. quinto, & vltimo volum. secundo Anchar. dicto cons. 316. in causa colum. prima arg. l. fi. vbi Doct. ff. de rei vend. & l. rem non nouam §. finali, C. de iud. & prohemii forū circa fi. & l. excellentia C. de errog. mil. an. lib. 12. Et idem si negauit se fuisse tutorem, vel factorem, vel se administrasse, & in hoc de mendatio conuincatur quia contra eum in litem iurari poterit Soc. d. consil. 190. col. pen. & fi.

Mēdatii materiam Pet. Lomb. 3. sen. cap. 1. & 2. cum seq.

213 Scribens in libro rationum expensas, quas fecit, & non scribens omne quod recepit, & omnem reditum suę administrationis, dicitur esse in dolo Ias. d. consi. 3. circa primum col. secunda versi. quarto moueor vol. 2. Bart. d. l. tutor qui repertorium vbi alii Doct. ergo contra eum in litem iurari poterit Soc. d. consilio 46. cum in præsenti vol. 1. & d. consilio 190. memini vol. 2. d. l. alio iure vbi Doc. & in d. l. tutor qui repertorium: Fallit in casu de quo per Ias. d. consil. 3. circa primum vol. 1. de quo supra dixi versi. vbi tutor num. 211.

214 Tutor ac curator quemadmodum bona sua prudenter locat, vel coli facit, vel pecuniam suam ad licitum lucrum reponit, idem debet facere de rebus minorum, nec excusatur si diceret se nō inuenisse pro minoribus, si pro se inuenit, quia est præsumptio quòd etiam pro minoribus, potuisset inuenire, Et ideo dicitur in dolo, seu saltem culpa & contra eum in litem posset iurari l. tutor secundum dignitatem §. 1. ff. de admin. tut. Roman. consil. 425. quo ad primū, l. quicquid C. arb. tut. vbi dicitur quòd tutor ac curator tenetur de omni damno, ac interesse minoris de quo stabitur iuramento in litem pręstando per eum d. l. alio iure C. de in lit. iur. cum ibi not. per Sal. & per Bar. d. consil. 150. cum prędicta.

215 Pro omni eo, quod minor perdidit, aut amisit, vel cum daretur occasio querendi, non acquisierit, dolo, aut culpa, lata, vel leui, tutoris, vel curatoris, tenetur tutor, & curator, dicta l. quicquid. Rom. d. con. 425. sum. siluestrina versiculo restitutio tertio ibi tertium tutor.

tor. Ergo contra eos pro ipso dolo vel culpa lata vel leui iurari in litem poterit d. l. alio iure & Sal. & Doc. ibi dicunt quòd damna in teresse ac expensę, & fructus, & rerum quantitates probabuntur ta li iuramento, contra tutorem vel curatorem, vt per Soc. d. con. 46. & dicto consil. 213. & d. con. 190. memini vol. 2.

Negligentia Tutoris & curatoris & cuiuslibet administratoris dicitur lata culpa, & peccatum mortale, siue fuerit in nō exigendo nomina debitorum, tam respectu extraneorum, quàm eius fratrū, quàm etiam sui ipsius, & exacta in non reponendo ad lucrum hone stum, vel prædiorum emptionem, siue in non faciēdo recte coli bo na minorum, vel edifitia quæ ruinam minabantur non reparando, ac refitiendo, & alia similia non faciendo, pro ista enim negligentia tutor, ac curator, tenentur erga minores qui contra eos in litem iu rare poterunt, eorum damna, ac interesse proprio iuramento pro-bando Soc. consilio secundo, sequendo, per totum maximè col. se-cunda, in fi. ibi concluditur ergo vol. 1. glo. & Doc. cap. quoque de offic. archid. Host. & alii capit. inter cetera de offic. ord. iuncta d. l. alio iure cum ibi not. per Sal. & Doc. C. de in lit. iur. & per Rom. d. consil. 425. quo ad primum. 216

Debitorum nomina extraneotum, & etiam sui, & fratrum suorū, exigere tenetur tutor, alioquin si effitiantur non soluendo, ipse te-netur, ac etiam tenetur pro eo quia non reposuit pecuniam exactā vel exigendam a debitoribus, in prędiorum emptionem, vel hone-stum lucrum, Soc. dicto consilio secundo, Rom. dicto consilio 425. l. 2. vbi tex. & Doct. C. de arb. tut. l. chirographis ff. de admin. tut. vbicunque enim olim tutores tenebantur de pecunia pupilli fene-rari in vtilitatem minorum, tenentur hodie cum vsurę sint prohi-bitæ, reponere pecuniam in negotiationem licitam ad partem lu-cri, & damni, vel in prediorum emptionem, in minorum vtilitatem alioquin teneutur de suo, erga minores, Baldus, & Doct. l. prima in fi. C. de condic. indeb. Io. de anan. c. quia in omnibus colum. 21. ver. addo etiam prędictis de vsuris l. diui Seuerus, & Antonius vbi Bart. versi. quarto qualiter, & Io. de Imo. versi. sed potes, Et Pau. de Ca. ver. ex secundo & Alex. colum. pen. versi. Et dicit, & ibi alii Doc. ff. ad l. fal. & Franc. Ang. de gente carleta de Clauasio in eius summa Ang. versic. tutela versic. quid pertinet, in fi. Bal. l. fi. in fi. C. de pet. her. Rom. d. conf. 425. quo ad primum, & consil. 188. in hac num. 4. Socin. dicto consil. 2. sequendo colum. fi. vol. 1. Doc. cap. conquestus de vsuris, Ergo vbi tutor, vel curator nomina debitorum non exe-gerit, vel exacta, seu aliam pecuniā pupillorum tenuerit, illam non reponēdo ad honestum lucrum, tenetur de suo, erga minores de eo 217

quod

quòd verisimiliter ex illa pecunia ex negotiatione licita, aut emptione prædiorum lucrari potuisset, deductis tamen semper laboribus & expensis, & periculis, de quibus præuia iudicis taxatione iuramento minoris stari debebit, Soc. dicto consil. 2. sequendo in fi. Bart. Io. de Imo. Pau. de Cast. Alex. & Doc d. l. diui, summa Ang. d. versi. quid pertinet iunctis not. in d. l. alio iure. C. de in lit. iur. per Sal. & Doc. per Dec. in d. con. 178. in causa circa prin.

218 Fallit primo vbi tutori, vel curatori, in testamento relicta fuisset liberatio, & omne illud, in quod eum condemnari continget, nam tunc non tenetur, pro eo quia prædia non emerit, vel pecuniam ad lucrum honestum non posuerit, & inuentarium, ac librum rationũ non cõfecerit, & contra eum in litem iurari non poterit, sed solùm teneretur tutore eatenus quatenus locupletior factus reperiretur, Dec. d. consil. 178. in causa col. fi. ver. postremo. l. si quis rationes ff. de lib. l. Ang. con. 144. ad primum col. 2. Cor. con. 313. in hac vol. 1.

219 Fallit secundo vbi per adultum vel minorem, & actorem quem libet nõ probaretur per testes, vel acta, quòd prędia fuissent venalia, quę emi potuissent, hoc enim prius non probato, agi non posset ad tale interesse, nec pro eo iurari in litem Dec. d. con. 178. in causa colum. fi. ver. præterea etiam in fi. Aret. consil. 31. considerata in fi. Bart. l. tutor qui repertorium §. si post in fi. ff. de admin. tut. Crau. con. 89. nobilis col. fi. versi. esset tamen, Alex. conf. 200. perspectis versi. tamen pręmissis vol. 6. Gratus con. 56. visis num. 6. Ruin. cõ. 92. proponitur num. 3. volum. 5. Sum. Ang. d. ver. tutela, ibi quid pertinet.

220 Fallit tertio vbi non probaretur prius per testes, vel instrumenta quòd tot pecuniæ ad manus tutoris peruenerint, seu exactis debitoribus peruenire potuissent ex quibus prędia illa emi potuissent, tunc enim ad tale interesse agi non posset, nec pro eo in litem iurari, Dec. d. con. 178. in causa col. fi. ibi secundo debet, Pau. de Cast. conf. 140. alias conf. 301. ad bene examinandum col. fi. num. 6. ver. super quinto ibi deberet vol. 1. arg. l. 2. §. peruenisse ff. de her. vel act. vend.

221 Fallit quarto vbi adultus vel minor ageret ad interesse lucri cessantis, tunc enim non debetur, nec pro eo agi potest, nec iurari, nisi prius probetur per testes, vel aliter, quòd tales res mercantiles venales erant pre manibus, & lucrum certum, tunc enim hoc probato, & non aliter, iurari posset in litem super quantitate contra tutorem, Pau. de Ca. l. non vtique §. nunc de offitio num. 3. ff. de eo quòd cer. loco vbi etiam Ias. per Afflictum decis. 20. nu. 2. Dec. con. 3. & ꝓ tenui iũcta d. l. alio iure cũ ibi not. per Sal. & doc. C. de in lit. iur.

Si

Si tutor pecuniam pupillarem posuit in negotio non consueto a patre,& quòd communiter in patria non fieret,vel posuit in negotio a patre consueto,sed de eo tutor non erat sicut pater industriosus,si ex eo lucrum proueniat,est minoris,si damnum est tutoris,quia tutor in ipsis casibus talia facere non debebat , sed potius debuerat emere prædia,Et pro tali damno in litem iurabitur contra tutorem Soc.con.24.vsis col.12.ver. insuper confirmatur vol. 1. glo.& Doc.Auct.vt hi qui oblig.§.si vero,Bart.l. titium & meuium §.altero col.2.nu.4.ver.quero dixi, ibi sed si tutor ff.de ad.tut. iunctis not.per Bart.& Doct.d.l.tutor qui repertorium col.4.num. 20. ver.venio ad secundam ff.de adm.tut. & d. l. quicquid C.arb.tut. & d.l.alio C.de in lit.iur. 222

Cum personis idoneis,& soluẽdo existentibus tutor actus pupillares agere debet,alioquin dicitur in culpa d.l. tutor qui repertorium §.competit ff.de ad.tut.Rom.d.con.425. quo ad primum col. fi. ergo cõtra eum in litẽ iurari poterit d.l.alio iure vbi Sal.& Doc.C. de in lit.iur.iũcta.l.qui cũ alio ff.de reg.iur.& ibi tex. Dec. & Cagn. 223

Conditionis,vel modi complementum, tenetur facere tutor ac curator contractui lucratiuo minoris,& bona alienata in termino redimendi concesso recuperare,si potest,alioquin tenetur ad interesse minoris tex.in l.pupillorum C.de admin.tut.Rom.dicto cons. 425.ibi decimo tertio, Ergo pro tali negligentia quæ dicitur lata culpa iurari poterit in litem contra tutorem, aut curatorem , Soc. d.con.2.sequendo col.2.in fi.vol.1.iuncta.d.l.alio iure. 224

Tutor,ac curator,minores,tam in iuditio,quàm extra iuditium, indefensos relinquere nõ debet, sed pro eis tenetur comparere, ita tamen quòd tam in agendo,quàm in defendendo, calumniosè non se gerat,ne fiat condemnatio expensarum,Roman.dictõ cons. 425. l.fi.§.omnem C.de adm.tut.l.tutoris præcipuum ff. de admin. tut.l. properandum in fi.vbi Doc.C.de iud.Et in præmisis,dolo,vel lata culpa,vel leui,aut negligẽtia,quæ dicitur lata culpa, seu calumnia interueniente tutoris,seu curatoris,minor agere poterit contra tutorem,etiã ex iuramento in litẽ probãdo eius dãna,interesse,ac expensas, Soc.d.con.2. sequendo col.2. in fi.vol. 1.d.alio iure C.de in lit.iur. 225

A sententia lata contra minores,vbi sit iniqua,tutores,& curatores tenentur appellare,& appellationem prosequi,& curare, ne instãcia labatur siue principalis sit causa,siue sit causa appellationis, quando onus sustinendi instantiam spectat ad minores , alioquin tenẽtur de omni interesse,erga minores,Doc.d.l.properãdum in fi. per illum tex.& in l. si actor & ibi glo. & Doc. C.de appell. Rom. 226

d.con.

d.con.425.quo ad primum ver.duodecimo ergo,ergo pro tali dolo ſeu negligentia quæ dicitur lata culpa, poterit in litem iurari per adultos contra eos,Soc.d.con.2.ſequendo col.2.in fi.iuncta.d.l.alio iure.C.de in lit iur.

227 Soluere tenetur tutor,ac curator pecunias pro oneribus publicis,ſeu canone emphiteotico,vel cenſu debitas per minores, alioquin ſi ob non ſolutionem,minorum bona cadunt in comiſſum, ſeu amittantur,vel ſubhaſtantur tenetur tutor,& curator de omni intereſſe,& damno erga minores,eorum iuramento in litem probando,quia dicuntur fuiſſe in dolo, vel culpa. l. ſi tutoris C. de admin. tut.iunctis not.per Soc.d.con. 2. col.2. in fi. & per Sali. & Doc. d.l. alio iure.C.de in lit.iur.

228 Minoribus ſi deferatur hereditas,debet tutor, ac curator, agnoſcere ,an ſit vtilis,vel inutilis minoribus. Et ſi contra vtilitatem pupilli fecerint,adeundo ſine benefitio legis & inuentarii, vbi erat in dubio, quòd eſſet damnoſa tenentur ad omnia damna & intereſſe minorum Rom.d.con.425.quò ad primum in fi.l.ſi ad pupillum ff. de aut.tut.Pariſ.con.25.vidi nu.44.cum ſeq.vol.2.Soc.d.cõ.2. ſequẽdo &d.con.73.circa primum vol.2. Et contra tutorem & curatorẽ in hoc caſu,ex quo dicuntur in negligentia ,quæ dicitur lata culpa Soc.d.cõ.2.col.2.in fi.iurari in litẽ poterit l.alio iure C.de in lit. iu.

229 Tenetur tutor,ac curator pro minoribus facere quicquid idoneus,vel diligens pater familias faceret,alioquin tenetur de ſuo erga minores l.generaliter ff.de adm.tut.Rom.d. con. 425. Ergo ſi fuit negligens & præmiſſa non fecit dicitur in culpa lata Soc. d. con. 2. col.2.in fi.vol.1.& contra eum in litem iurari poterit d. l. alio iure. C.de in lit iur.

230 Dare operam tenetur tutor,ac curator vt minores ſecundũ qualitatem ipſorum in ſcientia,vel artificio,inſtruantur,& debite mercedes magiſtris ſoluantur,Et dotes ſororibus ex eodem patre natis dentur.l.cum plures §.cum tutor ff.de adm.tut.Rom.d.cõ. 425. quò ad primum,alioquin ſi erit negligens dicitur in lata culpa Soc. d.con.2.ſequendo col.2.vol.1.ergo contra eum in litem iurari poterit d.l.alio iure.C.de in lit iur.

231 Tutor promittẽs,vel ſoluens ſcienter indebitum,dicitur eſſe in dolo l.cũ poſt.§.1.vbi Bart.col.pen.ver.venio ad quartã ff. de adm. tut.Bertac.reper.ver.tutor tenetur,ibi tutor promittẽs,Rom.d.cõ. 425.Ergo contra eum in litem iurari poterit d.l.alio iure.

232 Doloſus dicitur tutor,vel curator,deferens iuramentum in litẽ parti contrarię,vbi tutor habet probationes,vel vbi defert non habenti probationes,& non valet talis delatio iuramenti l. iuſiurãdũ

& l.iu

& l.iusiurandi & l.tutor pupilli vbi Alex.& Doc.ff.de iureiur.iũ&is not.per Rom.d.cõ.425.Ber tac.repe.ver.tutor alienat ibi tutor nõ potest,Ergo poterit contra eum in lité iurari d.l.alio iure C.de in lit.iur.

Tutor,ac curator,& quilibet administrator,& alius quilibet,qui tenetur reddere rationes, tenetur parti exhibere inuentarium, ac librum rationum, ac pati quòd copia omnium extrahatur per partem sibi contrariam, tex. in l. cum seruus vbi Bart. & Io. de Imo.per illum tex.ff.de cond.& demon.l. si ita §. pen ff. de man. test.l.1.§.pen.ff de eden. Et tenetur ipse qui administrauit libros,& omnes actus suę administrationis ostẽdere,& parti exhibere, & instrumenta,& res,ac bona,& reliqua restituere,alioquin non dicitur reddita ratio,& dicitur esse in dolo,Soc.con.24.visis col xi. ver. Et ideo cum,vol.1 l.labeo §.1.ff de stat.lib.d.l.cum seruus. Et contra tales pręmissa omnia non faciẽtes potest in litem iurari.d.l. alio iure C.de in lit iur.vbi tex.Sal.& Doc. 233

Mater,& Auia,maior tamẽ annorum vigintiquinque, si infra annũ non petat tutorem decerni impuberi,priuatur successione eius, & admittitur sequens in gradu excluso fisco tex.in §.fi.& ibi not. Don.instit.ad tertul.& in l.sciant omnes.C.de leg.her.& idem vbi non petit curatorem,Dec.c.ex parte el.2.col.fi.in fi.de app.l.2.§.si mater vbi sar,ff.ad tertul.per illum tex.Et tales non potendo decerni tutorem,ac curatorem,dicũtur peccare in iure ciuili,ac naturali,& non excusantur ob iuris ignorantiam etiam quòd petitiones consulere non potuissent l.fi.vbi glo.& Doc C.qui petu.tut.imo cũ non fatiant ea ad quæ tenentur,seu scire debent se teneri,dicuntur in dolo Bart.l.tutor qui repertorium colum.4. num. 20. ver. venio ad secũdam ff de admin tut.l.non dubium C.de legib. Et quòd plus est si mater postquàm acceptauit tutelam filii,transiuit ad secũdas nuptias non petito illi tutore,& ratione non reddita,& reliquis nõ restitutis,aut etiam si petiit tutorem,& fuit decretus, sed non sollicitauit quòd legiptimũ inuentarium conficeret,priuatur successione filii impuberis,& omnibus sibi a marito relictis, Soc.con. 39. visis col.4.versic.circa secundam vol.1.l.2.§.idoneos & §.seq.ff.ad senatus con.tertul.Ergo contra tales poterit in litem iurari per minores vbi non moriantur d.l.alio iure. 234

Sed Mediolani adest decretum sub Rub. de tutelis quo cauetur quòd Agnatus legiptimus cui primo loco defertur tutella, casu quo eidem nõ decernatur de facto,quòd teneatur perinde ac si fuisset decreta, quo casu contra talem in litem iurari poterit,perinde ac si fuisset tutor decretus, & tenetur de dolo, lata culpa, & leui 235

prout

prout tenetur tutor.d.l. alio iure vbi Sal. & Doc. p illũ tex. C. de in lit. iur. iũcta l. 1. ibi Ripa.col.2.nu.4.& ibi Mag.D.Hier.Torniel.affinis meus Gimnasii Patauini decus ęternum num. 19. ver. ex prędictis per illũ tex.ff.de leg.1.Alex.& Ias.l.si ruffinus C.de test.mil.Dictio enim perinde denotat omnimodam similitudinem,& refertur ad omnes qualitates regulariter,nisi aliter esset dicendum ratione contrarietatis tollendæ,quæ esset in eodem volumine legum, vel statutorum,aut decretorum quę in casu nostro non reperitur, Bar. l.1.ff.de receptat.per illum tex.l.a.filio §.pen.ff.de alim.leg.l. quamuis cum ibi not.per glo.& Doc.ff.de bo.aut.iud. pos. arg.l.meminimus.C.de leg.her.

*Perinde Ias. l. 1. nu. 3. C. de inof. testam.*

236 Sed mater & auia non petentes tutorem decerni impuberibus non videtur eorum successione priuari in dominio Mediolani, vbi per legiptimos agnatos non fuerunt interpellate,& in mora constitute prout requirit decretum ipsum Mediolani,sub rub. de tutelis, in quo vult teneri legiptimos monere matrem,& auiam an velint acceptare tutelam,Ergo si non moneantur mater & auia non sunt in mora, ergo contra eas in litem iurari eo in casu non posset, nec priuantur successione Soc.con.153.pulchra col.pen.in.fi.ibi primo ad hoc.vol.2.maxime cum decretum ipsum vbi mater nõ acceptet tutelam ipso iure obliget agnatum,cui, vbi non esset mater, tutela esset delata,ad onus tutelæ,perinde,ac si agnatus acceptasset tutelam,Et sic vbi sit talis agnatus mater videtur excusata propter verbum perinde de quo in ipso decreto,vt contra eam iurari non possit in litem,nec agi ad priuationem hereditatis,Ripa. d. l. 1. num. 4.ff.de leg.1.iunctis not.per glo.in l.3.C. ad tertul. & per Mar. Soc. iun.con.36.viso col.2.nu.xi.vol.2. per Soc. con. 20. visis vol. 1. & d. con. 153.col. fin. ver. sed clarum est, & vbi adsint legiptimi agnati ad tutelam habiles, videtur esse com. op. quód mater excusetur & quód non priuetur,nec contra eam iuretur. Soc. iun. d. con. 36. nu. xxi.vbi inquit ꝙ glo in.d.l.3.est cõmuniter probata, sequitur Soc. d. con.20.& d.con.153.Et matrem excusari ipsum decretum sentit d. Cotta lib.mem.ver.mater. Et vbi etiam nõ extaret decretum ipsũ, Et adsit agnatus aliquis habilis ad tutelam,quem lex ipso iure dat tutorem. nisi mater dixerit velle tutelam, tunc etiã quód agnatus non administret & illum in tutorẽ de facto decerni mater non petat,nec ipsam tutelam acceptet,excusatur mater a pœna priuationis hereditatis,& iuramento in litem, ex quo pœna d. l. sciant omnes,locum habet solum,vbi est locus datiuo tutori, & non legiptimo,glo.d.l.3.& ibi Sal.& Bal.Et licet Bar. ibi reprobet glo. tamen com.op.est cũ glo.contra Bar.vt dicit Soc. iun. d. con. 36. viso vol. 2.Sed

*Quid si agnati essẽt absentes q d si aliquan. reuersi uel tẽporal. impedimẽto im pediti But. l. si minor. ff. qui pet.iu.*

*mater debet esse in mora Bar. l. si minores ff. q pet.tutor.*

*Non admin. in contrar. tex. uidetur in l. 2. §. q d si non cõpu lit eos ff. ad*

2. Sed vbi non essent legiptimi idest agnati, de quibus loquitur ipsum Decretum inst. de legip. agnat. tut. tunc mater non videtur excusari a pœna. d. l. sciant omnes, & a iuraméto in litem, quia natura liter moueri debebat ad prouidendum filio, ne ipse, & bona, periclitarentur d. l fi. C. qui pet. tut. Sed consulo quòd siue adsint agnati, siue non adsint, non aspectata dicta interpellatione de qua in ipso Decreto, ad euitandas lites, an censeatur priuata vel non, quòd curet mater incontinenti deputari facere tutorem impuberibus, maximè cum Decretum ipsum, in eius prohemio dicat, & si iure communi indemnitati minorum prouisum sit, quod tamen prouidetur etiam prout in ipso Decreto, & sic in fauorem minorum, non matris Decretum ipsum principaliter factum fuit, prohemia enim declarant mentem l. fi. ff. de her. inst. Cur. iun. consi. 157. præsuponitur.

*tertul. sed ibi loquitur ubi tutor est datiuus ergo nõ ubi tutor est legiptimus quia nõ imputatur matri si non ad ministrat Bar. l. si minores col. 1. ff. qui pet. tut.*

Inuentarium autem, & liber rationum, Tutorum, vel Curatorũ, & quorumlibet Administratorum, & aliorum omnium superius memoratorum, quos dixi teneri conficere inuentarium, & librum rationum, debet esse candidè, clarè, liquido, & sigillatim, ac distinctè confectum, adeo quòd ex eo absque alia probatione, possint ipsi Tutores, & curatores, & omnes administratores, & alii pręmissi conueniri, ita quòd minores, & alii omnes quorum negotia administrata fuerunt, seu qui petere possunt reddi rationem, releuentur ab onere probandi bona, & iura sua, & eorum quantitates, & qualitates, ac fructus, & prætium, per ipsum inuentarium, ac librum rationum, quia omnia bona descripta in tali inuentario, & libro rationũ præsumptione iuris, & de iure pręsumũtur esse minorum, ita quòd probari per tutorem non potest contrarium, Et ex tali libro, ac inuentario, tutores, & curatores, & omnes administratores conuincentur, & de ipsis bonis omnibus rationem, & consignationem, ac relaxationem eorum principalibus tenenrur facere, alioquin si ita scriptum non sit, inuentarium, & liber, iurari in litem posset contra tutores, & curatores, & omnes administratores perinde, ac si nullum confecissent inuentarium, tex. in l. fi. vbi etiam Doc. not. C. arb. tut. & in l. tutor qui repertorium ff. de ad. tut. Soc. con. 159. in præsenti col. 1. cum seq. & con. 190. men. vol. 2. Pau. de Cast. con. 124. in causa col. fi. vol. 1. Bar. cõ. 150. cum prædicta, & l. tutor qui repertorium col. 4. nũ. 21. versi. venio ff. de adm. tut. Vita. de cambanis trac. clau. in clausula, Nil nouari inuentarii confectione pendente col. 10. versi. prędicta vera, & ver. sed circa Ruin. con. 29. plura col. 5. nu. 11. vol. 5. Sal. & Doc. l. tutores. C. de adm. tut. 237

*Inuen. ab herede factum quot modis impugnetur D. Orlã. cõ. 73. uiso inuẽtario.*

Bona itaque immobilia omnia, per situm, choerentias, & quantitates, 238

titates,ac qualitates,in omni inuentario debent describi, sicuti & in omni alio instrumento,& libello,l.forma ff. de cen.l. si rem ff. de rei vend.l.libellorum ff.de accus. Ergo si ita bona ipsa non describātur, & vbi sint bona nescitur,vel de eorum identitate,& quantitate ac qualitate nō cōstat, tūc habetur perinde, ac si inuētariū tactū nō esset,& cōtra conficientem tale inuentarium,iurari potest in litem,& tali iuramento præstando per adultos, vel alios rationem petentes,seu creditores,probabuntur contra conficientem,aut conficere debentem inuentarium,vbi nam existant,& qualia bona immobilia,& cuius qualitatis,pretii,redditus,& quātitatis sint,ad quorum bonorum possessionem,vel pretii solutionem,& aliorum damnorum,& interesse solutionem tradentur,illi qui debebant conficere inuentarium,& non confecerunt,vel confecerunt sed obscurè, non ponentes bona immobilia per situm coherentias, & quantitatem,ac qualitatem,debent condemnari ex ipso iuramento in litem erga minores,& alios eorum principales,vel agentes,qui petent rationem reddi,Bart.d.con.150.cum prædicta,& d. l.tutor qui repertorium col.4 num.21.ver.venio,Vital.d.ver.prędicta vera,& d ver. sed circa,Ruin.d.con.29.plura num.11.cum seq. vol.5. Pau. de. Ca. d.con.124.in causa col.fi.in fi.Soc.d.cō.159.in pręsenti & d.con.190 memini vol.2.

239 Bona mobilia,& se mouentia,in omni inuentario tutorum,& curatorum,heredum,& administratorum,& prælatorum,& quorumlibet,qui ad illud conficiendum tenentur,& in omni descriptione, debent nominari per signa,& eorum quātitatem,ac extimationem & pretium,& valorem,Et quę extimatio cum Notario,& Iudicis authoritate fieri debet,ne vna res minoris pretii, pro alia reddatur, aut exhibeatur,tex.in l. fi.verbo in extimanda adultè substantia, & ibi Bart.& Bal.in 2. not.& Sal.in 1.C.de mag.conuen.Sal.l.tutores col.2.in fi.& 3.in prin.nu.11.ver.quero octauo C.de adm.tut. Bart. d.l.tutor qui repertorium col.4. num.21.ver.venio ad tertiam, ibi ita quòd de bonitate ipsarum,& ibi Mod.in apost.& glo. versi.propter res,& causas amissas ff. de adm.tut.Pau.de Ca.d.cō.124.in causa col.fi.in fi.vol.1. Vita.d.clau.Nil.no.inuen.confec. pend. col. 10. ver.prædicta,& ver.sed circa,& col.15.ver.item scias,& col.20. ver. decimo quęro,Ruin.d.con. 29. plura col. 5. ibi de earum bonitate, Bertac.Reper.ver.inuentarium hæredis qualiter, ibi inuentarium debet fieri de rebus cum earum extimatione,& pretiis,& ver.inuentarium tutoris qualiter,ibi inuentariū tutoris fieri debet de rebus cū earum extimatione vbi allegat Bar. in trac. inuentarii, col. pen.

*D. Rol. a Val.con.73. num.50.vol. secundo.*

240 Et si in ipsis inuentarijs,ac rerum descriptionibus mobilia, & se mouen-

mouentia, non ponantur per signa, cum eorum prętio, & extimatione, & quantitate, & qualitate, iurari poterit in litem contra tutores, & curatores, ac heredes, & omnes Prelatos, & rectores, & administratores, qui tenebantur in inuentario & descriptione ponere bona ipsa cum eorum pretio, valore, & extimatione, & quantitate, ita quòd cōtra eos ex ipso iuramento in litē præstādo, per adultos, & alios actores ad quos spectat, puta creditores, vel successores probabuntur res, & rerum mobilium, & se mouentium quantitates, qualitates, prętium, extimatio, & valor, in quibus omnibus dicti tutores, & curatores, heredes, administratores, & alii qui tenentur ad confectionem dicti inuētarij, & descriptionis bonorum mobilium, & se mouentium, condemnari debent, ex ipso iuramento in litem, Pau. de Ca. d. con. 124 in causa col. fi. in fi. vol. 1. Vital. d. ver. prędicta vera, & d. ver. sed circa, Ruin. dicto cō. 29. plura nu. xi. vol. 5. Bart. dicta l. tutor, qui repertorium colum. 4. nu. 21. ver. venio ad tertiam ibi ita quòd de bonitate ff. de admin. tut. paria enim sunt inuentarium non facere, vel facere, & non omnes res ponere, vel obscurè ponere, ita quòd de earum prętio non constet; quia pro hijs omnibus iurari in litem potest, sicuti si nullum confectum fuisset inuentariū, Bart. d. con. 150. cum prędicta, Socin. d. con. 46. cum in præsenti col. 3. versic. præterea si in conficiendo vol. 1. Parif. d. con. 25. vidi vol. 2. & d con. 75. ad victoriam vol. 1. Bal. cō. 255. super primo vol. 3.

Iura, & actiones, & super quibus bonis exerceatur debent etiam 141 inseri in inuentario, seu descriptione, cum nominibus debitorum, & pro quanta summa, ac etiam cum tenore, seu effectu instrumentorum, priuilegiorum, Chirograforum, Apodisiarum, siue apochatum, & omnium scripturarum, & librorum, ita quòd de ipsorū omnium valore, bonitate, & quantitate, ac effectu, constare posśit, tex. & ibi Bart. d. l. tutor qui repertorium vbi alii Doc. ff. de adm. tut. & in l. fi. C. arb. tut. l. chirographis vbi tex. Bar. & Doc. ff. de admin. tut. Et si præmissa non ponantur, vel obscurè ponantur, ita quòd de eis vel ipsorum quantitate, ac summa, & valore, non constat, poterit in litem iurari contra tales, sic conficientes inuentarium, adeo quòd respectu quantitatis, qualitatis, ac summę, & prętii, & damni rerum & interesse fiet contra eos probatio ex ipso iuramento in litē, Pau. de Ca. d. con. 124 in causa quæ vertitur coram D. Potestate Ciuitatis Aretij col. fi. in fi. vol. 1. Ruin. d. con. 29. plura nu. xi. vol. 5. Bart. d. l. tutor qui repertorium num. 21. versic. venio ad tertiam, Vital. dicto versic. prędicta vera & d. versic. sed circa glo. versic. propter d. l. tutor qui.

Et vbi in inuentario res ponantur rite, ac recte, sed non omnes, 142

poterit respectu omissarum iurari in litem, siue fuerint in totum aliquę res omissæ, siue non fuerint omissę, sed positæ, sed non ritè, ac recte, prout requiritur vt supra dixi, Vital.d.ver.prędicta, & ver. sed circa, & in col.seq.ver. item quod dicitur, Ruin.d con. 39. plura num.xi.vol.5. Bart.d.l.tutor qui repertorium col.4.nu.21.ver. item quod dicitur.ff.de admin.tut.

243 Liber rationum debet esse clarus, ita quòd omnia singulariter, in eo de die in diem, tam respectu eius, quod recipitur, quàm eius quod expenditur, inferatur, vt tantum ex tali fundo, tantũ a tali colono, tantũ a tali debitore, tãtũ tali die, mẽse, & anno receptũ, a tali, & tantũ tali die, anno, & mẽse, expẽsũ, in tali re, Hæc enim, & omnia alia similia, debẽt in libro sigillatim clarè, & distinctè, specificari, vt ex eo veritas, vel falsitas probari posfit, vel vt cõtra eũ probari posfit contrarium, Et talia in genere poni non debent, & si omnia non ponantur ita clarè, vel ponantur, omnia, vel quedam tantùm in genere tamen respectu eorum quæ non sunt posita, vel sunt posita in genere, absque tempore, causa, die, mense, & anno, & personarum, & locorum nominatione, seu aliter obscurè sunt posita, iurari poterit in litem, contra illum qui talem librum confecit, ita quòd ex ipso iuramento, res, & rerum quantitas, prætium, extimatio, fructus, & redditus probabuntur, recepti contra tutorem, vel curatorem, seu administratorem quemlibet, qui ad confectionem libri rationum tenetur, Et demum, & generaliter contra talem iurari in litem poterit, perinde, ac si nullum librum rationum confecisset, pręuia tamen semper Iudicis taxatione, Bart.d.con.150.cum prædicta in fi.Pau.de Ca.d.con.124.in causa col.fi. vol.1. Soc. d. con. 159. in pręsenti, & d.con.190.memini, & con.213.cum in pręsenti col.2. in fi.ver.secunda pars, & col.3.vol.2.& d con. 46. cum in pręsenti vol. 1.Vital.d.clau.Nil.no.inuen.confec.pen.col.x.Ruin.d.con. 29. plura vol.5. Paris.d.cõ.25.vidi vol.&.d.con.75.ad victoriam vol.1. Liber enim rationum etiam priuatarum, sicuti & publicarum, requirit diem, & præmissa omnia Ias.l.si qua benefitia in fi.C. de diuer. rescrip.Bal.rub.C.de fid.Inst.col.9.ver.sequitur Ias.& doc.l.admonendi ff.de iur.Alex.con.70.viso num.7.vol.1. Et vbi non sit dies liber publicus, vel priuatus rationum nihil valet, nec probat pro scribente, sed contra scribẽtem solùm probat Hyp.Marsil.sing. 429. incip. liber rationum.

*Tutor si non ponit diẽ uẽditionis in libro rationũ tenetur ad ẽtiũ quo plus ualuit in illo anno Cagn. l. 2. nu. 215. uer. facit C. de rescin. uend. l.fi.C.de ad. tut.*

244 Memoria seruabis perpetuò, quòd licet tutores, & curatores, nõ teneantur, de iure communi conficere inuentariũ, vbi testator prohibuit illud fieri tex.in d.l.fi.C.Arb.tut.& eo in casu ob non confectionem inuentarii non posfit contra eos in litem iurari Bart. d. l. tutor

tutor qui repertorium, col. 3. in fi. nu. 18. ver. quero quæ dicatur, & col. 4. in prin. ff. de admin. tut. & de hoc dicam inferius num. 259. Tamen tutores, & curatores, & omnes denique administratores, tenétur conficere librum rationum, etiam quòd essent prohibiti conficere inuentarium, vel ab eius confectione liberati a testatore, alioquin posset contra eos in litem iurari, & tenentur ad interesse declarandum ex ipso iuramento ita inquit Mag. D. Iac. Puteus Alexádrinus in l. nemo potest num. 51. ver. quod licet tutor, ff de leg. 1. vbi pro hac op. allegat. Bal. in l. 1 §. offitio ff. de tut. & rat. dis.

Et quamuis videatur prima facie, quòd Bal. istud non dixerit in d. §. offitio, Tamen ex mente. D. Putei istud potest optimè induci, quia Bal. in d. §. offitio, dicit quòd inuentarium, & codex, seu liber rationum, sunt inter se diuersa, & quòd inter ea. tamquàm inter diuersa, potest stare copula, Ergo si sunt diuersa, sequitur quòd ex diuersis non infertur, & sic non sequitur est liberatus ab inuentario, ergo & a libro rationis. l. papinianus exuli ff. de Minor. vbi tex. & Doc. Et istam op. D. Putei confirmo ex alio fundamento, quia tutorès, & curatores, inter cetera tenentur ad duo, videlicet ad inuentarium conficiendum. d. l. tutor qui repertoriũ, & etiã ad confectioné libri rationum, quem ipsi, & omnes alij administratores tenentur conficere, alioquin cõtra eos iurari posset in litem, vt est tex. in d. l. 1. §. offitio vbi Bar. Bal. & alii post Rain. de for. & Iac. de Are. D. Iac. Put. d. l. nemo potest. nu 51. Et dixi supra num. 194. ver. item iurari, Ergo testator liberando tutorem, & curatorem a confectione inuentarij, vel prohibendo illud fieri, non videtur illum liberasse a confectione libri rationum, quia vbi sunt duo iura, vel impedimenta, sublato, vel remisso vno, non censetur sublatum; nec remissum aliud, sed intelligitur retentum illud aliud ius, vel impedimétum, & illud tantùm operatur, ac si a principio fuisset solum, vt est tex. in l. si mihi, & ibi Bar. & Doc. ff. de ser. rus. pred. & in §. affinitatis vbi tex. Ang. Aret. & doc. inst. de nup. Et habilitatus respectu vnius impedimenti, non censetur habilitatus respectu alterius impedimenti, imo repellitur, & tenetur, vbi subsit aliud impedimentum quando prout in casu nostro, sunt plures causæ distributiuæ, quorũ quælibet de per se sufficit, tex. & glo. & ibi not. Ant. de But. Abb. Panor. & Fel. in c. cum nuntius de testi. tex. in l. si quando C. de inoffic. testam. vbi enim sunt duæ, aut plures causæ, vel duo aut plura vincula, cessante vna, vel vno, non cessant aliæ, vel alia, nec cessat effectus nec dispositio, ita diffusè inquit Ill. Doc. D. And. Tiraquellus, in Senatu Parisiensi, Regius Consiliarius, vir æterni nominis, legalis philoso

losophiæ Sidus fulgentissimum, & totius Galię Decus inmortale, in eius trac. qui inscribitur cessante causa cessat effectus, in 22. limit. vbi allegat. l. si non lex ff. de her. inst. & ibi not. Old. Bar. Bal. & Imo. & tex. in l. tutor petitus §. quę tutoribus ff. de exc. tut. & l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. l. 1. in prin. ff. si quis a par. man. fuer. & l. 2. §. cor poris ff. de vac. Mun. ac l. quod ait §. exercitum ff. de hiis qui not. inf. Ergo prohibito inuentario, non censetur prohibitus liber rationũ, ex quo tutores, & curatores tenētur ad ipsa duo, & sublato vno, non cēsetur sublatum aliud, vt dixi supra, tex. in l. si domus ff. de ser. vrb. pred. & in c. statutum in prin. ver. canonicis, & ibi glo. & in c. si gratiosè de Rescr. in 6. & in c. non potest de preb. in 6. Et prohibito inuentario, & nil dicto de libro rationum, debet fieri liber rationum, quia casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime ff. de lib. & posth. Ergo sequitur quòd tutores, & curatores, ac omnes administratores, licet prohibiti sint conficere inuentariũ vel ab eius confectione fuerint liberati, quòd tenentur nihilominus conficere librum rationum, alioquin contra eos poterit iurari in litem, vt dixit D. Iac. Puteus d. l. nemo potest nu. 51. ff. de leg. 1. Cuiusquidē D. Iac. Putei Iurecōsulti acutissimi aureæ lecturę, & interpretationes super secũda parte infortiati, scriptę manu Mag. viri. D. Ioannis de la Porta olī eius discipuli repertę apud Mag. Doct. D. Ianũ della Porta conciuem meum Nouariensem eius posterum, & item super prima Digesti noui eiusdē D. Putei elucubrationes sub anno Christi 1436. scriptę manu Egregii D. Eusebii de Raspis Nouariensis, olim eius discipuli, repertæ in Bibliotecha Eccl. S. Mariæ Maioris Vrbis Nouarię, Deo dante anno præsenti 1555. in lucem prodibunt cura, opera, ac vigilantia, sapientissimi Iureconsulti Mag. D. Corradini Putei, patritii Agrigentini Prętoris Ciuitatis Nouariæ iustissimi, cuius Tribunal Bonorum Portus, Malorum vero Scopulus, iure merito appellari potest. Maximè etiam quia Reuerendiss. & Ill. D. Iacobus Puteus Nizenus S.R.E. Cardinalis dignissimus, & Ill. D. Cassianus Puteus Bugellensis, Pręses ornatissimus, Excellentissimi Senatus Illustrissimi, & Excellentissimi D. Emanuelis Phyliberti, Sabaudiæ Ducis, & Principis Pedemontium, ennixè rogarunt dictum Mag. D. Corradinum vt ipsas interpretationes Puteolanas in Primam Digesti noui, & secundam infortiati Nouariæ repertas, quæ hactenus delituerunt, ad communem vtilitatem euestigio imprimi faceret, licet sua sponte esset facturus.

246 Nec excusantur tutores, & curatores, & denique omnes administratores, & alii qui ad confectionem inuentarii, ac libri rationum,

tenentur, si dicant etiam cum iuramento, se præmissa confecisse, sed perdidisse, nisi probent casum, vel amissionem, cum enim tenerētur præmissa facere, tenebantur etiam ea diligenter custodire, & nō creditur eorum iuramento, quòd ea perdiderint, & contra eos in litem iurari, nisi ea exibeant, poterit Anchar. d. con. 316. in causa col. 1. in fi. ver. non obstat, Soc. con. 159. in præsenti col. 2. ver. idem tenet, & con. 190. memini col. 3. ver. sed præmissis, ibi & non excusatur vol. 2. Gra. con. 23. in causa num. 19. vol. 1. Barr. & Doc. l. fi. C. de fid. inst. Fel. c. accepimus col. fi. de fid. inst. tex. in l. si quis ex argentariis §. fi. ibi perdidisse se probet ff. de Eden. vbi etiam Doc. not.

Minus etiam excusantur, sub prætextu quòd dicant se reddidisse semel rationes, producendo instrumentum eorum liberationis, in quo dicatur quòd calculatæ fuerint rationes, & ipsi liberati fuerint ex omni causa quæ dici, vel excogitari posset, & quòd libri rationū fuerunt visi, & considerati diligenter, nam per ista verba, non probatur quòd inuentarium, ac libri rationum fuerint redditi Adultis, vel Dominis, quibus ratio reddi debet, Et quotiescunque tutores, & curatores, & omnes administratores cōueniūtur, sub prætextu quòd talis liberatio fuerit dolosa, vel erronea, tenentur iterato libros rationum, & inuentarium, exhibere, nec excusantur sub prætextu quòd ea amiserint, vel restituerint, nisi aliter per testes probetur, alioquin in litem contra eos iurari poterit maximè concurrentibus inditiis, & aliis ad demonstrandum liberationem fuisse erroneam, vel dolosam de quibus per Socin. dicto consilio 190. memini colum. 3. & 4. cum seq. vsque ad fi. col. ibi. Et sic debet cogere, & cons. 159. in præsenti vol. 2. 247

*Iurari in litem contra tutorem non producētem statim finita tutela librū rationum, l. 1. §. ex officio ubi Bal. ff. de tut. & rat. dist.*

Et minus excusantur, tutores, & curatores, & administratores, si inuentarium, ac librum rationum nō exhibeant, sub prætextu quòd illa fuerint apud eorum castaldos, factores, vel negotiorum gestores qui ipsa non exhibent, nam posset nihilominus iurari in litem contra ipsos tutores, & curatores, vel administratores, & eis est imputandum de mala electione factorum & negotiorum gestorum Soc. d. consil. 190. memini col. 3. ver. sed premissis: & col. seq. vsque ad fi. volu. 2. Sic & in simili videmus quòd contra tutores qui nomina debitorum pupillarium, non exegerunt, agi potest ad interesse, & in litem iurari, etiam quòd actorem constituerint ad ea exigendum, vbi actores fuerunt negligentes Soc. d. con. 2. sequendo col. 2. versi. concluditur ergo vol. 1. 248

Tutores, & curatores & alii administratores, tamen excusabuntur, si non fecerunt inuentarium, ac librum rationū, vbi aliquam ne- 249

*Cran.consil.* cessariam,& iustissimā causam allegauerint,quare ea non fecerint,
*175.nu.12.* & eam probauerint,nam in illis casibus contra eos in litem iurari
*cum seq. ubi* non poterit,nec pro suspectis recusari debebūt tex.in d.l. tutor qui
*dat plures li* repertoriū in prin.& ibi Bart.& doct. ff.de in lit.iur.l.fi.C.arb. tut.
*mitationes.* Et maxime a pręmisso iuramento in litem contra eos vt non pręste tur, & vt ipsa suspitio contra eos non allegetur, excusabuntur in casibus infrascriptis & quolibet ipsorum.

250 Primo contra tutores & curatores & administratores omnes, in litem iurari nō poterit ob librum rationum, vel inuentarium non confectum,vbi ipsi probarent quòd minores,& eorum principales, vel domini non habebant nisi talia,& talia bona,ex quibus tantùm & non vltra perceperunt,& de quibus recte disposuerunt,nam eo in casu in litem contra eos iurari non poterit,nec pro suspectis recusari debebunt,imo iudex ex offitio etiam de hoc sese informare debebit,& vbi comperuerit istud esse verum,ipsum iuramentum nullo modo in litem deferre debet contra eos,Laur.calcan.con. 93. in Christi noīe amē,in primis puto,Ias.cō.3.circa primū col.2.& seq. vol.1.per tex.hic in.l.si qū. C. vnde vi in ver. qualitatis personarū.

251 Secundo contra ipsos iurari in litem non poterit,vbi atteta qua litate personarum appareret quòd ob rusticitatem vel simplicitatem,& non ex malitia, liber rationum, ac inuentarium confectum non fuisset.l.si quis id quod,vbi tex.& Mod.ff.de iurisd.om.iud. Calchan.d.cons.93.col.fi.ver.tertio adduco Raph.& Rai.d.l. tutor qui repertoriū, Soc.cō.39.visis vol.1.Ripa.trac.de peste tit. de prefer. rem.contra pestē nu.232.ver.2.rusticitas & nu.240. ibi tamē fallit.

252 Tertio contra eosdem in litem iurari non poterit,vbi ipsis tutoribus,vel curatoribus,seu administratoribus in testamento relicta fuit liberatio a reddenda ratione cum legato de omni eo, in quod eos condemnari continget,Nam etiam quòd inuētario,ac libro rationum non confectis administrauerint,contra eos in ipso casū,in litem iurari non poterit,ob inuentarij,& libri rationum confectionem non factam,& ob alium dolum in omittendo comissum, stantibus prædictis liberatione,ac legato factis,ita inquit Dec.con.178. in causa col.2.ver.sed tamen,& col.3.ver.sed considerandum, ibi secus videtur,Ang.con. 195. super hoc puncto, & con. 312. Brunellus Doc.l.quidam decedens ff.de admin.tut.

253 Fallit in casu quo Tutor,vel Curator,seu administrator,sciebat, vel scire debebat,talem liberationem,& legatum ipsis factum,non valere,& ita testatorem non potuisse disponere,puta quia bona essent libellaria, seu liuellaria, emphiteotica,feudalia, vel fideicomissaria,



missaria, Nam eo in casu ob inuentarii, & libri rationum non confe ctionem, & ob dolum in omittendo, sicuti & ob dolum in faciendo iurari in litem poterit, contra eos, & tenentur rationem reddere, non obstantibus dictis liberatione, ac legato, Gratus d. con. 23. in causa col. 2. num. 18. ver. Nam tenentes, vol. 1. Arg. l. nemo potest ff. de leg. 1. & l. 3. §. condemnatum ff. de re. iud. & l. non putauit §. non queuis ff. de Bon. pos. con. tab.

Sic & decretum Mediolani, sub Rub. in quibus casibus criminaliter procedi non potest, quo cauetur, quòd pro aliqua re, vel causa, seu asserto delicto, que, vel quod sumi possit ex negotio, quod originem habuerit a contractu, & sapiat naturam contractus, quòd non possit procedi criminaliter, non habet locum decretum ipsum vbi contractus esset ipso iure, ac notoriè nullus, & reprobatus, ita inquit in specie D. Io. Fran. Ponzinibus Doctor Placentinus acutissimus, in trac. per eum edito super ipso decreto. ver. tertio vt non habeat locum, & idem etiam in terminis dixit D. Cat. Cotta lib. Memoral. ver. actus nullus, in fi. ver. ex istis, Et istud ego probo, quia decretum ipsum faciens mentionem de contractu, intelligi debet de valido, non autem de inualido. d. §. condemnatum, & d. §. non queuis, Exceptio enim nullitatis actus, vel contractus, numquàm censetur exclusa, Et ideo stante statuto quòd contra sententiam arbitri, vel iudicis, non possit appellari, nec aliquid opponi, vel quòd contra instrumentum nulla exceptio possit opponi, poterit tamen opponi exceptio nullitatis sententiæ, vel instrumenti, Ripa. d. §. condemnatum col. 1. num. 8. ver. quinto infertur, & ibi alii doc. Bart. l. fideiussor §. pretor ait. ff. qui satisd. cog. & in l. diuus ff. de test. mil. & in l. 1. §. & parui ff. quòd vi aut clam, Barbac. & Fel. c. ex parte ii. de offic. deleg. Et decretum Mediolani sub Rub. de mulctis tollens appellationem, vt a mulcta fieri non possit, non videtur tollere quin dici possit de nullitate, Cur. Sen. con. 59. Dux. nu. 10. ver. licet enim c. licet, & ibi not. de sen. excō. in 6. Panor. & Doc. c. inter cęteras de sen. & re iud. Ergo decretum ipsum volens non posse procedi criminaliter, vbi res, vel assertum delictum, habet originem a contractu, intelligitur de contractu valido, non autem vbi contractus esset ipso iure, & notoriè nullus, ac reprobatus, quia cōtractus notoriè nullus & reprobatus non dicitur cōtractus, ergo eo non attento, & non obstante ipso decreto sub Rub. in quibus casibus & c. posset procedi criminaliter, vt dicunt. D. Ponzinibus, & D. Cotta in locis de quibus supra, Arg. d. §. condemnatū & d. §. non queuis. 254

Excep-

255 Exceptio enim, vel replicatio notorii, nunquam censetur remota Et ideo stante Statuto, vel Decreto, quòd in aliquibus causis non liceat a sẽtẽtia appellare, nec de nullitate dici, nec de illi aliquid excepi, nec opponi, prout est Decretum Mediolani, sub Rub. de accusationibus §. A sententia, quo cauetur quòd à sententia lata in causa criminali, nõ possit appellari, querelari, nec de nullitate dici, &c. Et prout est etiam aliud Decretum Mediolani, sub Rub. de bonis ad cridas ponendis §. super deductis, quo cauetur, quòd a sententia lata in causis cridarum non possit appellari, nec contra illam querelari. Certè in causa sententiæ criminalis, vel cridarum, & in casu ipsorũ Decretorum, vel aliorum statutorum remouentium nullitatem, & appellationem, nunquam censetur remota nullitas, nec appellatio; vbi notoriè, seu manifestè, & euidenter cõstaret de nullitate, vel iniquitate ipsarum sententiarum, quia ipsis statutis, ac Decretis non attentis, dici posset de notoria, & euidenti nullitate, & iniquitate, ipsarum & exequutio ipsarum sententiarum fieri non debet, maximè vbi eis nullitate vel iniquitate ex actorum inspectione constaret, Et ita in terminis Decterorum Mediolani, consuluit D. Franciscus Cur. sen. con. 59. Dux col. 8. num. 10. versi. licet enim, & versi. De negata enim, Ias. con. 44. ex sola col. 1. vol. 3. Dec. con. 49. prestantissime Doct. num. 2. ver. quinto, & vltimo, glo. & Doc. c. ex conquestione de restit. spol. Abb. cõ. 44. ĩ pręsẽti col. 2. ver. sed his, Alex. cõ. 186. visis col. pen. & fi. vol. 2. Hypol. sing. 473. memini Cur. iun. con. 104. in causa num. 4. in secunda par. Calcan. con. 118. quia ex forma col. 2. Perus. c. dilecto de appel.

256 Ergo eodem modo Decretum ipsum volens procedi criminaliter vbi res habet originem a contractu, non habet locum quando contractus esset notoriè nullus, & reprobatus, si enim accusatus, vel inquisitus, allegauerit ipsum contractum notoriè nullum, & reprobatum, ad effugiendum iuditium criminale, poterit replicare Fiscus, vel Accusator, quòd non est contractus, Cum sit nullus, & notoriè reprobatus, & quòd de eo non loquitur ipsum Decretum d. §. eondem natum, & d. §. non queuis, Bart. l. 1. §. & parui num. 3. ver. ista glo. ibi ego in ista ff. quòd vi aut clam, Notoriè enim exceptiones, vel replicationes nunquam videntur a statutis excludi, nisi de eis in spetie dicatur, & est com. op. Abb. d. consil. 44. in præsenti, & non obstante ipso Decreto, & contractu nullo, ac notoriè reprobato, Iudex debet procedere criminaliter, quia mens Decreti Mediolani fuit, stante contractu ex quo videtur abesse dolus, quòd non procedatur criminaliter, Ergo cum ex contractu notoriè nullo, & reprobato, a iure communi, Decretis vel statutis notoriis prohibentibus illos contra-

ctus

ctus fieri psumatur dolus.l.quemadmodū ī fi.C.de agric.& cē. lib.11. c.qui contra iura de Reg. iur. in 6. D.And. Alciat.trac.psump.in 3. prin.Reg.in psump.30.nu.3.ver.limit. ista, pôt pcedi criminaliter, ex quo videtur cessare ratio Decreti, Et ita in simili arguit Abb. d. cō.44.col.pen.ver.itē dicta, causa enim vel cōtractus a iure naturali, vel ciuili notorio, vel statutis notoriis, reprobatus, non excusat a dolo, imo arguit, & probat dolum in contrahente, vel in fundante se super eo, Alex.con.103.videtur col.pen.num.21.ver.dum tractat, vol. 1. Ang. & Imo.l. ex consensu §. si ff. de appel.l. 2. vbi Ias. Dec. Cur. & alii C. de in ius voc. D. Aliat. d. ver. limitatur ista & ibi D. Nic. Arelat.in addit. Et hoc maximè procedit ex quo Decretum ipsum excipit casum quo contractus dolosè esset innitus, & tunc vult eo non attento, posse procedi criminaliter, Et dolus probatur ex quo contra legum interdicta contractus fuit factus, d.l. quemadmodum in fi.& d.c.qui contra, Alciat.d.versi.limitatur ista.

Vbicunque enim ius commune, Statutum, vel Decretum, contra 257 uenit, vel resiistit contractui, vel illum fieri prohibet, seu interdicit, & fit talis contractus, tunc dicitur contractus dolosus, & præsumitur dolus, etiam quòd iuris ignorantia allegaretur, imo ignorare ipsum ius commune, Statutum, vel Decretum prohibitorium, vel interdictorium, contraueniens, & resistens contractui, dicitur dolus ita inquit D. And. Alciat. d.ver.limitatur ista d. cap. qui contra, & d. l. quemadmodum in fi. Bar.l. sed & si lege §. scire ff. de pet. her. & l.cum lex ff. de fideiuss.

Et licet ignorare iura, leges, ac Statuta, & proclamationes, non di 258 catur dolus, & ea ignorans, non dicatur in dolo, sed in lata culpa, & est comm.opp. vt inquit D. And. Alciat. preceptor meus, in trac. præsūp.in 3. Reg.prin. præsump. in presump.31.nu.6.ver.& an ignorans, Iac. But. Bart. Bal. & alii l. leges sacratissimæ, C. de leg.l. lata ff. de ver.sign. Tamen istud fallit in quatuor casibus de quibus infra, quibus iuris ignorantia non excusat a dolo saltem presumpto, quos hic inferius subiitiam, cum istud scire sit vtile ad materiam iuramenti in litem, quod datur propter dolum, ita quòd lata culpa non sufficit.l.in actionibus ff. de in lit.iur. Et etiam istud scire est valde necessarium pro intellectu dicti Decreti Mediolani sub Rub. in quibus casibus criminaliter procedi non potest, dum vult pro aliquo asserto delicto criminaliter non posse procedi, nisi contractus dolosè innitus reperiretur vel vis interuenisset.

Primo quotiescūq; ignoratur, seu erratur, vel delinquit, seu cōtra- 259 hitur

hitur, vel fit cõtra illud quod ius naturale, vel quasi, vult seu dicat presumitur dolus, & cõtractus dicitur dolosus, & posset iurari in litẽ & quòd plus est, pcedi criminaliter ipso decreto, & cõtractu nõ attento, & huic erranti nullo pacto succurretur, D. And. Alciat. d. trac. presum. in. 3. reg. prin. in presump. 30. ver. limitatur etiã, Ang. Raph. Comen. & Imol. l. ex consensu §. fi. ff. de appel. adeo quòd etiã militibus, minoribus, mulieribus, ac rusticis, in ipso iure errantibus non parceretur, tex. in l. venia, & ibi not. Ias. Dec. Cur. & alij C. de in ius. voc. Alex. d. con, 103. videtur col. pen. num. 21. ver. dum tractat vol. 1. Ponzin. d. ver. 3. vt non habeat locum, glo. & doc. l. si quis in tã tam C. vnde ui, Alex. Dec. & alii d. l. si quis id quòd ff. de iur. om. iud.

260 Secundo quotiescunque ignoratur ius ciuile notorium & indubitatum, vel statutum, decretum, seu proclama notorium, & indubitatum, vel fit aut contrahitur, seu delinquitur contra ius ciuile notorium, & indubitatum, vel cõtra statutum, seu decretũ, vel proclamma notorium, & indubitatum, præsumitur dolus, & posset in litem iurari, & ipso decreto sub. Rub. in quibus casibus, &c. & dicto cõtractu facto contra prohibitionem Iuris ciuilis, notorii, & indubitati, vel statuti, aut decreti, & proclamatis notorii, & indubitati, non attentis, posset procedi criminaliter, ex quo contractus dolosus presumitur Alciat. d. presump. 30. in 3. Reg. prin. ver. Et idem si erraret Alex. d. con. 103. videtur vol. 1. Ponzin. d. ver. tertio, Mod. d. l. venia, Doc. d. l. si id quòd, Bal. l. error. in 1. q. col. 2. ibi item in delictis, & in l. leges sacratissimæ col. fi. C. de legi. vbi alii doc. C. de iur. & fac. ignor. l. 1. §. hoc autem iuditium vbi Cur. & Mod. ff. si quis iusd. non obtemp. Doc. d. §. fi. iuncto. d. §. condemnatum. l. nec supina ff. de iur & fac. ignor.

261 Tertio quotiescunque ius ciuile, vel statutum, seu decretum trahit originem a iure naturali, seu a naturali æquitate, quę est secundum naturam, aut iure gẽtium mere positiuo quod est quodam modo ius gentium propter generalem consuetudinem, semper contrafaciens, vel contrahens seu delinquens cõtra illud, dicitur, & præsumitur esse in dolo, licet aliàs præsumeretur lata culpa, ergo talis contractus tamquàm nullus, & dolosus non excusaret a processu criminali vigore dicti decreti Mediolanj sub Rub. in quibus casibus, &c. nec a iuramento in litem Bal. l. leges sacratissimæ col. fi. ver. 3 queritur C. de legi. Ponzin. d. ver. 3. vt non habeat.

262 Quarto dico, quòd quotiescunque lex, vel statutum, aut decretũ, cõtrauenit, vel interdicit, seu cõtradicit, seu resistit actui vel cõtra actui, vel illũ fieri phibet, ignorãtia talis legis, statuti, vel decretũ inter-

interdictorij, seu prohibitorii, vel resistentis, seu contradicentis, non excusat a dolo, imo contrahens vel delinquens, vel contraueniens præsumitur in dolo, & vigore dicti contractus facti contra legem, statutum aut decretum prohibitorium, seu interdictorium actui, & contractui resistens non excusatur a dolo, imo dicitur esse in dolo. d. c. qui contra, & d. l. quẽadmodum in fi. Alciat. d. pręsump. 30. ver. limitatur ista. Bar. l. sed & si lege §. scire ff. de pet. her. Ponzinibius, d. ver. 3. vt non habeat, Ergo vigore talis contractus tamquã contractus nulli, & dolosi non adiuuaretur aliquis a processu criminali vigore dicti decreti sub Rub. in quibus casibus &c. Cũ excipiatur in eo contractus dolosè innitus, nec excusaretur a iuramẽto in litẽ, ex quo ex ipso cõtractu præsumitur dolus Alciat. d. ver. limitatur ista, maximè cum talis contractus esset nullus, ac reprobatus ex quo ei lex, vel statutum resistit. l. non dubiũ. C. de legi. & cõtractus nullus non dicitur contractus. d. §. condemnatum & d. §. non quevis, Secus autem vbi ius commune, Statutum, ac decretum, nõ prohibet nec interdicit actum, vel contractum fieri, nec illi resistit, sed non assistit, quia tunc faciens talem contractum etiam nullum, non dicitur in dolo, nec mala fide, Ergo talis contractus non diceretur dolosus, quia ignorare iura quę non resistunt actui, sed illi non assistũt non dicitur dolus, sed lata culpa, sed dicitur, & pręsumitur dolus, & iuris ignorantia ab eo nõ excusat, vbi illud ius resistit actui Alci. d. ver. limitatur ista in reg. 3. pręsum. in pręsum. 30. Bar. d. §. scire, abb. & doc. c. cõsultationibus de iur. pat. & c. grauis col. pẽ. de rest. spol. & c. dilecto col. 3. de præb. Cur. Sen. cõ. 71. princeps col. 5. & seq. Fel. c. de quarta col. 10. de præscrip. Et talis contractus etiam nullus cui lex non resistit, sed illi non asistit, excusaret a dolo, & consequenter a processu, & pœna criminali, stante dicto decreto sub Rub. in quibus casibus &c. tex. d. §. scire imo, & excusaret a iuramento in litem vbi error iuris erat probabilis, vel arbitrabatur seu putabatur contractum valere, & talis contractus nullus sufficit ad lucrum fructuum, & est com. op. per Cur. Iun. con. 6. circa primam, col. pen. ver postremo igitur in 1. par. glo. & Bar. l. fi. fur. §. 1. ff. de vsucap. Fel. d. c. de quarta col. 9. Panor. c. si diligenti col. 7. de præscrip. facit l. 4. & l. fi. ff. pro. lega. vbi etiam titulus nullus præbet iustam causam præscribendi, Et possidens ex testamento inutili, vel nullo, hereditatẽ tamquam proximior agnatus, cum tamẽ alius eum præcedat, si hoc fecit per errorem etiam iuris, non dicitur in dolo, nec prædo nec tenetur ad fructus, ex quo lex ei nõ resistit, sed non asistit, & testamentum etiam nullum excusaret a criminali pœna stante decreto de quo supra sub Rub. in quibus casibus &c. tex. & Bart. d. §. scire.

Lex

263 Lex autem, vel statutum, seu decretum, dicitur resistere actui, vel contractui quando præcipit ne fiat contractus dirigendo verba ad personas ne contrahant, vel ad vnam ex eis, puta dicendo nullus Ciuis vendat forensi rem immobilem, vel pręcipiendo, seu dicendo ne contrahant sine tali solemnitate, vel quando resistit potē tiæ dicendo quòd nullus posit vendere forensi, vel quòd forensis non posit emere, vel quando resistit obligationi, dicendo quòd minor, vel mulier non posit obligari sine tali solemnitate, Io. de Imo. & docto. cum contingat de iureiuran. docto. l. non dubium C. de legi. Bart. & Pau. de Ca. l. cum lex col. 2. num. 3. & 4. & 5. ac 6. ff. de fideius. vel quando lex, vel statutum resistit propter naturam rei, cuius non est comertium, puta si est res sacra, vel religiosa, Bar. d. l. cum lex in prin. vel quando aufert potestatem in futurum contrahendi, vel aliquid prohibet in futurum, Bart. d. l. cum lex col. 2. num. 6. ver. sed iuxta, idem vbi mulier alienat fundum dotalem lex ei resistit, vt etiam obligatio naturalis non oriatur, & pro ea fideiussor non posit obligari, Bart. d. l. cum lex col. 1. num. 2. ver. quero quid glo. l. dotalem ff. de testa. mil. & in l. si prædium C. de iur. dot. Idem vbi minor prædium suum alienat, lex ei resistit vt etiam fideiussor pro eo non teneatur, sed marito, & tutore, vel alio alienante lex ei non assistit, sed non resistit, & in eorum præiuditium fideiussor dari poterit, Bart. d. l. cum lex col. 1. num. 2. versic. quero quid, & col. fi. in fi. vbi etiam Pau. de Ca. Et generaliter quando lex, vel statutum dicatur resistere, interdicere, prohibere, vel non assistere actui, vel contractui, vide Bart. & Pau de Ca. d. l. cum lex. & in l. 1. colum. fin. ff. de Nouat. Bal. Ias. & alios in l. non dubium. C. de legi.

264 Ergo sequitur ex præmisis quòd cum decretum Mediolani sub Rub. de donationibus disponat ne quis audeat donare, vel titulo lucratiuo cedere, nisi donans, & donatarius, cedens & cessionarius, iurent prout in ipso Decreto, quod decretum ipsum dicitur resistere donationi non iuratę ad formam dicti decreti, adeo quòd ex ea etiam obligatio naturalis non oriatur, & fideiussor datus pro eo non teneatur, nec valeat donatio, nec stipulatio de euictione, ex quo decretum prohibet personam donātis ne etiam faciat absque ipso iuramento Bart. & Pau. de Ca. d. l. cum lex, col. 2. ff. de fideius. Quod quidem decretum respectu iuramenti ponendi, & publicationis faciendæ ad formam dicti decreti, procedit etiam respectu donationis factæ in dominio Mediolani per forenses, & etiam inter forenses, de rebus etiam existentibus extra dominium Mediolani, ex quo solemnitas loci contractus, & iuditii debet attendi, alioquin non valet contractus, nec iudi-tium

*Donatio facta extra territorium dominii Mediolani debet publicari Alciat. con. 759. posset Rō. cō. 39. nu. 3. & 4. & 5. & 6. Alba con. 70. nu. 2. Si bona sub diti sunt extra territorium dominii*

✠ tium.d.Lauren.Siluan.con.40.visa,Bart.l.1. colum.5.versi.& primo quero. C.de sum.trin.Bal.& doc.l fi.de iur.om.iud & in l.1.q.4.& 5. C.de com.emp.& est com.op.d.Silua.d.consi.40.col.fi. Ergo si donatio ipsa non est iurata decretum illi resistit.& presumitur contractus dolosus Bart.d.§.scire, Alcia.d.ver.limitatur ista, Vnde sequitur quòd donatio inter viuos non iurata ad formam dicti decreti, non prodest ad euitandum iuditium criminale, in casu dicti alterius decreti sub Rub in quibus casibus &c. vt dixi supra nu.260.ver. secundo,quotiescunque,& nu.262.ver. quarto dico.

*an debeat donatio publicari si fiat extra dominium Romi con.39. nu.3 cum seq.*

✠ *Cal.cō.2. num. 27. Alex con.44. Christi, col. fi.nu.16.uol. 5. Iasi.consil. 48 uol.1.*

265 Sequitur etiam quod Decretum Mdiolani, sub Rub. de notariis publicis,in §.nulli Notarii,& §.contrahentibus, cum prohibeat Notariis,& contrahentibus,& distrahentibus,cum mulieribus, ne cum illis contrahant,vel distrahant,nisi precisè, & ad vnguem seruetur solemnitates requisitæ per statuta,& ordines Ciuitatum, & locorū in quibus fiunt instrumenta, sub pœnis de quibus in ipso Decreto, puta si non adhibeatur consensus Agnatorum, vel Cognatorum qui debet adhiberi in contractibus mulierum ex forma Statuti,certè si tales solemnitates non adhibeanrur,non valet contractus,nec distractus,nec consensus mulierum, maximè vbi Statutum diceret quòd mulier, vel minor non possit alienare,sine consensu consanguineorum,quo casu talis contractus seu distractus,vel consensus mulierum,dicitur nullus,& præsumitur dolosus,& ex eo non oritur etiam obligatio naturalis,nec tenetur fideiussor mulieris,quia Decretum,ac Statutum dicitur tali contractui resistere,Bart. d. l. cum lex col.2.num.4.ver. Et hoc fit,& ver.idem si prohibitio, & num. 6. ver.sed iuxta prædicta,& ibi Pau.de Ca. & alii ff.de fideius. Ergo ex ipso contractu presumitur dolus,ex quo eidem Decretùm,ac statutum resistit, & dicitur cōtractus dolosus,Ergo talis contractus, vel distractus, aut consensus mulierum,in quo dictæ solemnitates seruatæ non fuerint dicitur dolosus,& eo non attenro, & non attento ipso Decreto prohibente procedi criminaliter vbi res habet originem à contractu, posset procedi criminaliter, ex quo talis contractus dicitur dolosus,Alciat.in 3 Reg.prin.præsump.in presump.30 ver.limitatur ista.Bart.d.l.sed & si lege §. scire ff.de pet.her.d.cap. qui contra,& d.l. quemadmodum in fi. C.de Agric.& cen.

*Abb.cō.52 in 2.par. ubi uult spectare ad locum cōtractus ne fiat fraus ergo solus, & unde requirū tur.*

266 Decretum est in dominio Mediolani,sub Rub.de pœnis §. Collegiis,& etiam est Statutum in Vrbe Nouariæ, quibus cauetur, quòd interdicitur quibuscunque,ne rem immobilem sitam in dominio Mediolani alienent non Subdito dominii Mediolani,absque Principis licentia,Quo casu tale Decretum, ac Statutum dicitur resistere ipsi contractui,ex quo dirigit verba in actum hominis, Pau. de Castro

ftro.d.l.cum lex colum.1.& ibi Bart.ff.de fideiuf. Ergo fi fiat contra ctus ipfe cui decretum refiftit, pr fumitur dolus, Bar.d §.fcire, Al- cia.d.ver.limitatur, Adeo quòd non fubditus non poffet præfcribe- re rem ipfam vigore talis contractus Iaf.con.166.vertitur col.fi. in fi.vol.2.prohibita enim alienatione cēfetur prohibita præfcriptio. l.vbi lex & ibi glo.& Bar.ff.de vfucap.& eft com op. Alex.cō.1.pon- deratis col.fi.vol.4.l. alienationis ff. de ver. fig. Ergo non attento dicto decreto quo cauetur quòd non procedatur criminaliter vbi res habet originem a contractu, & non attento ipfo cōtractu facto abfque licētia Principis poffet procedi criminaliter, ex quo ipfe cō tractus diceretur dolofus, Bart d.§.fcire, Alciat. d. verfi.limitatur ifta, cum decretum eidem refiftat, Pau de Ca.d.l.cū lex ff.de fideiuf.

Bart. tra. de gab. in 1. memb. 8. par. prin. num. 14.

267 Statutum Inclitæ & Antiquifsimæ Herculeæ Ciuitatis Nouariç, patriç meæ nobilifsimæ, inquit quòd aliquis contractus, vel quafi, vel aliqua obligatio, nō pofsit fieri cum filio familias, fine confen- fu patris, vel eius in cuius poteftate fuerit, vel cum minore mafcu- lo, minore annorum quatuordecim, nec fœmina minore duodecim annorum, fine authoritate Tutoris, & cum minore decemocto an- norum fine authoritate Curatoris, fi Curatorem habuerit, & fi non habuerit, fine authoritate trium Confulum iuftitiæ, Quo cafu ftatu tum ipfum videtur refiftere obligationi, & contractui facto fine ip- fa folemnitate, Pau.de Ca.d.l.cum lex col.1.verfi.tertius quando, & ibi Bar.& Doc.ff.de fideiuf. Ergo contractus factus abfque ipfa fo- lemnitate ipfo iure non valet, & ex eo non oritur obligatio etiā na turalis, Pau de Ca.& Bar.d.l.cum lex, Et confequenter dicitur con- tractus dolofus, vbi non fuit feruata forma ftatuti refiftentis obliga tioni, Bart.d.§.fcire Alciat.d.ver.limitatur ifta, Et per confequens contractus ipfe abfque folemnitate dicti ftatuti, tamquàm contra- ctus dolofus non poterit allegari ad effugiendum iuditium crimi- nale vigore dicti Decreti Mediolani fub Rub.in quibus cafibus cri- minaliter ꝓcedi non poteft, maximè vbi ex lectura inftrumenti, vel aliter ex actis conftaret quòd filius familias, aut minor, vel mulier, aliquibus minus veris, vel minus legiptimis, aut minus iuftis narra tiuis, enūciatiuis ꝓfationibus, feu ꝑfuafionibus inducti fuerint ad cō trahēdū, cedendū, aut renunciandum, quia tūc multomagis præfu- meretur contractus ipfe dolofus, & non valeret, & quatenus vale- ret deberet refcindi.l.pen.C.de dolo Dec. con. 180. vifa, Et ita in fpecie fuper ipfo Statuto Ciuitatis Nouariç, pro Domina Antonia de Patronis Vxore Magnifici artium & medicinæ Doctoris Domi- ni Andreæ de Plotis Patricii Nouariæ, Fratris Patruelis Magnifici Domini Marci Ploti Aui mei paterni, confuluit D.Iaf.con.69. que-

ritur

ritur col.2.& 3.in fi.vol.2.licet per errorem impressorum in themate dicti consilii Ias.69 queritur vol.2.legatur de Poltis,cum dici debeat de Plotis,cum familia nostra appelletur familia antiquissima de Plotis,quæ a Gneo Planco ploto Romanorum Imperatore,& Cõsule designato,ac Lugduni conditore,suam originem ducit,ad quẽ M.Tul.Cicero in decimo eius Epistolarum familiarium libro plures scripsit Epistolas,Nec est dubium Plancũ ipsum fuisse cognomẽto Plotum,prout attestantur Martinus phileticus,& interpretes in d.l.Io.& Ambro.Calepinus in eius vocab.in ver. Planci,& eundem Gneum Plancum Rom.Imp.fuisse ex Plotorum stirpe,testificatur Mag.D.Bartholomeus Taegius Iurec sultus optimus Collegii Mediolani,Hystoricus Doctissimus,& Poeta facundissimus,in eius Epistola ,cui titulus est de Nobilitate,quam lingua ethrusca scripsit ad Magnificum Pontifitij,& Cesarei Iuris Doctorem acutissimum D.Bernardinum Plotum consanguineum meum,& Locumtenentẽ in Marchionatu Montisferati Illustrissimi,& Reuerendissimi Domini Herculis Gonzagę,Cardinalis Sanctę Rom.Ecclesię & tutoris Illustrissimi D.Gulielmi Gonzagę Ducis Mantuę,& Marchionis Montisferrati dignissimi.

Sed redeũdo ad locũ, a quo digressi paulisper sumus,dico quòd 268
si tutor & curator ignorabant liberationem, rationis reddendę, cũ legato eius omnis in quod condemnarentur, eis facto ,non valere, quia forte ignorabant factum,id est bona esse feudalia, vel liuellaria,& sic ignorarunt testatorem de eis non potuisse disponere, relinquendo dictam liberationem,certe si non fecerunt inuentarium ac librum rationum,ob ipsam facti ignorãtiam excusantur a dolo, & a lata culpa.l.qui in alterius vbi tex gl.Dec.& Cag..ff.de reg.iur. l.fi.ff.pro suo l.igitur §.potest ff.de lib.cau.l.sed & si lege §.scire ff. de pet.her.Cor.con.147.quia,col.pen.vol.2.Ergo ob non cofectionẽ inuentarij,& libri rationum,etiam quòd liberatio non valeret non posset eo in casu iurari in litem,ex quo liberatio etiam nulla, relicta tutori,& curatori,excusat a dolo,& a lata culpa, vbi ignorabatur factum ex quo liberatio reddebatur nulla,d.§.potest,& d.§.scire,Et vbi non est dolus,nec lata culpa non potest in litem iurari cõtra tutorem,nec curatorem l.alio iure.C. de in lit. iur. Et in dubio ignorantia facti præsumitur.l.verius ff de probat. Et liberatio, seu legatum etiam nullius valoris sicuti etiam titulus nullus,& putatiuus causatus etiam in errore iniusto iuris,vel facti,excusat a dolo, & mala fide,& a pœna criminali,& vt non teneatur tamqñ prędo de fructibus præcipiendis.d.§.scire,& d.§.potest.Et est com.op.Alciat.in 3.Reg.prin.præsum.in prę sum.5.ibi quinto bona fides,Bart.

Balbus,& Doc.l. celsus ff.de usucap.Bal.post glo. in l. 1. C. vbi cau. stat.late per Cur.Sen.con.71.Princeps,glo.Roman.Alex. & Mod.l. quòd vxor.ff. de acq.pos.glo.l.de fruct. ff.de don.inter vir.& vxor.

269 Vnde ex præmissis infero,quòd decretum Mediolani sub rub. in quibus casibus criminaliter procedi non potest, quo cauetur quòd vbi res habet originem a contractu quòd non possit procedi criminaliter,vt habeat locum decretum ipsum etiam in contractu nullo non tamen dolosè innito,Adeo quòd pro asserto delicto habēte originem,a contractu etiam nullo,non possit procedi criminaliter, ex quo contractus etiam nullus excusat a mala fide, & a pœna, & processu criminali,tex.d.§.scire,& d.§. potest,& in l. si adulterium cum incestu §.idem Imperatores,& ver.idem pollioni ff.de adult.

270 Et quamuis D.Catel..Cotra in lib.memoral.ver. actus nullus in fi.& D.Io.Fran.Ponzinibius in trac.per eum edito super ipso decreto in 3.limit.velint decretum ipsum procedere in contractu valido non autem nullo,per reg.l.3.§.condemnatum ff.de re iud.Ego tamē teneo intrepidè,quòd decretum ipsum Mediolani,sub Rub. in quibus casibus criminaliter procedi non potest,quo cauetur non posse procedi criminaliter pro negotio,causa,vel re, seu asserto delicto, habente originem a contractu,nisi contractus dolosè innitus reperiretur,procedere vt non possit procedi criminaliter,pro re vel asserto delicto habente originem a contractu,etiam si contractus ipse valeret,vel non valeret,sed esset nullus per errorem facti rātùm vel iuris errorem tantùm,vel etiam per errorē iuris, & facti simul dummodo tamen non esset dolosè innitus,& hoc per tex.in d.§. scire,& d.§.potest,& in d. §.idem Imperatores,& d.ver.idem pollioni, & per duodecim fundamenta de quibus infra.

271 Primo quia decretum ipsum Mediolani facit regulam quòd non possit procedi criminaliter, vbi res habet originem a contractu, Deinde facit exceptionem,nisi contractus dolosè innitus reperiretur,vnde præsuppono quòd contractus dolosè innitus,cùm sit contractus a iure reprobatus,quòd non dicitur propriè contractus,nec venit appellatione contractus,in legibus,Statutis,nec alia materia Bal. l.non dubium in 2.not.C.de legi.Et istud ego probo quia contractus propriè loquendo dicitur quando est vltro citroq. obligatorius,tex.glo.Bart. & Alciat.in l. labeo §. contractum ff. de ver. sig. Et contractus non dicitur obligatorius,nec dicitur propriè loquendo obligatio,ergo,nec contractus,cui potest opponi exceptio doli, vel alia exceptio,cum obligatio sit iuris vinculum,quo necessitate astringimur alicuius soluendę rei causa,secundum nostræ ciuitatis iura,tex.instit.de obligat.vbi glo.ver.necessitate,& ibi Doc.l.creditor,&

tor,& l.debitor vbi not.per illum tex.ff.de ver.sig. Et consequenter contractus dolosè innitus non dicitur propriè contractus,cum in effectu non sit vltrocitroq. obligatorius,nec habeat iuris vinculum quo partes astringātur illi stare,ex quo dolo deceptus non tenetur illi stare,cum contractus dolosè innitus etiam cum iuramento, sit nullus,& quatenus aliquis reperiatur debeat rescindi, Dec. d. con. 180.visa, Ias.d.con.69.queritur col.pen.in fi.vol.2.tot.tit. ff.& C. de dolo,& ff.de doli excep.cum enim contractum dicimus, non debemus intelligere de dolosè innito,cui partes stare non tenentur, ex quo verba cum effectu debent intelligi l.1.§.hæc autē verba ff.quòd quisque iuris,Ergo sequitur quòd sicut ipsa exceptio decreti de cōtractu dolosè innito,est exceptio de contractu nullo saltem in effectu,cum vbi sit aliquis,debeat rescindi,Dec.d.con.180.visa tot. tit. ff.& C.de dolo,quòd parimodo regula ipsius decreti , vt non possit procedi criminaliter,vbi res habet originem a contractu, intelligitur etiam de contractu nullo,non tamen dolosè innito, vel etiā de contractu valido,sed rescindendo,non tamen ratione doli,cū enim exceptio ipsa eiusdem decreti sit de contractu dolosè innito, & sic de contractu nullo,& qui propriè non est contractus vtsupra probaui,Ergo etiam Regula eiusdem decreti, debet intelligi etiam de contractu nullo,non tamen dolosè innito,vt pro re habente originem etiam a contractu nullo,non tamen dolosè innito, non possit procedi criminaliter,quia exceptiones sunt,& esse debent de genere regulæ,Et ex qualitate exceptionis declaratur de quo genere loquatur regula.l.nam quod liquidè §.fi.ff.de penu.leg. Dec.l.1. num. 26.ver.Et licet,& ibi Cagno ff.de reg.iur.Alex.& Doc.l. fenium. C. qui test.fac.pos.Alioquin si non intelligerimus regulam dicti decreti procedere etiam in contractu nullo,& qui propriè non esset contractus,vt pro re habente ab eo originem,non possit procedi criminaliter,Exceptio decreti contractus dolosè inniti,esset exceptio superflua,& impertinens,& quę non esset de regula , sicuti si diceremus,omnis homo currit,excepto Asino,cum dici deberet, excepto Petro,ergo ne ipsa exceptio sit superflua ,& nihil quo ad regulam operetur,& sic non faciens ad regulam,verba regulæ debent intelligi etiam de contractu nullo,non tamen doloso, vt non possit procedi criminaliter pro negotio habente ab eo originem ,quia etiā appellatione contractus,vel donationis; venit contractus etiam nullus,& donatio etiam nulla,quando verba essent superflua , & nihil operarentur,quod not.pro limitatione,tex.in l.3. §. condemnatum ff.de re iud.vt est.de hoc tex.in l.si quādo quis vxori,& ibi Bar. Pau. de Ca.& Iac.Put.ff.de leg.1.& hoc modo respōdetur ad allegata in-

H 2 con-

contrarium per Cot. & Ponzin. in locis de quibus supra dixi num. 270.ver. Et quamuis.

272 Vbicũque enim exceptio esset superflua & inutilis & de eo quòd in regula non cõtineretur, tunc exceptio ne videatur inutilis, & superflua, censetur Regulam ampliare secundum qualitatem Exceptionis, Dec.d.l.1.num.31. ver. Et predicta ff.de reg.iur.& est com. op.vt inquit D. Hier. Cagnol. d.l.1. num.30. ver. Et conclusio, & num.33. ver. sed non est recedendum ff.de reg. iur. l. tribunus §. 1. ff.de test. mil. Exemplum si constituo Procuratorem generaliter ad omnia, non veniunt illa, quę mandatum speciale requirunt. c. qui ad agendum cum ibi not. per glo. & Doc.de Procurat. in 6. sed si facio Procuratorem generaliter ad omnia nisi quòd iuramentum non possit deferre, & sic excipio vnum casum, in quo speciale mãdatũ requiritur, illa exceptio ne sit superflua, declarat, & ampliat mandatum, & regulam, vt omnia alia includãtur in mãdato in quibus etiam mandatum speciale requiritur Domin.Gemin. post Lapum d. c. qui ad agendum.§.1. Alex. Claud. Aquẽ.& Ias. l.fi.ff.quod quisq; iur. Ias. l. nũmis col.3.ff.de in lit.iur.Bar. Cassan.con. 3.stat Statutum num.7. ver.Hinc videmus Dec.c.consultationibus in fi. de offic de leg.& in d.ver.Et predicta, Et hęc est com.op. vt inquit Cagnol.d.l.1.num.30. ver. & conclusio, & num. 33. ver.sed non est recedendum ff.de reg.iur.Nic.Euer.arg.3.ibi locus ab exceptione.

273 Sic & Papa confirmando generaliter Priuilegia, non intelligitur confirmare Priuilegia, quę sunt contra ius, Et tamẽ est verum, quòd si exciperet vnum quod esset contra ius, censetur confirmasse alia, quę sunt cõtra ius, & sic ampliatur hoc casu regula per exceptionem, Ergo exceptio contractus. dolosè initi, facta in ipso Decreto, videtur ampliare Regulam Decreti, vt non procedatur criminaliter, vbi res habet originem a contractu, vt procedat, etiã in contractu nullo, & contra ius, dummodo dolosè non sit initus, ex quo excipitur contractus dolosè innitus, Bal.C.1.col.ii.in prin. Per quos fiat inuest.Ias.d.l.fi.in fi.ff.quod quisq;iur.& in d.l.nũmis, Cassan.d con.3.stat Statutum num.8. ver.primam tamen, Cagnol. d.ver.sed non est, Nic. Euerar. d. ver.locus ab exceptione.

274 Secundo istud ego probo, quia Decretum ipsum Mediolani prohibens procedi criminaliter vbi res habet originem a contractu, non dicitur Priuilegium, sed beneficium Principis, ex quo sibi, seu eius Fisco tantùm nocet, dum non vult procedi criminaliter, & prodest accusato, denontiato, vel inquisito, vt non teneatur personaliter sese constituere, & vt non possit molestari ad pęnam, nec ex processu criminali, in quo plures expensæ fiunt, quàm in processum

cessu ciuili,& non nocet accusatori,vel actori,ex quo est sibi sucursum agendo ciuiliter in causa ciuili, ex forma dicti decreti pro re habēte originem a contractu,ergo decretum ipsum cum sit Principis benefitium ab eius indulgentia , ac clementia emanans , debet quàm plenisſimè,& latisſimè interpretari,vt procedat etiam in cōtractu nullo,vt pro asserto delicto ab eo originem habente non possit procedi criminaliter,cū benefitia Principis latisſimè sint interpretanda,& latisſimè & quàm plenisſimè loquēdo cōtractus etiā nullus dicatur contractus l.fi.ff.de constit.prin.Bellon.con.20.inspectis num.18.ver.primo quoniā glo.& Alcia.l.princeps bona in prin. ff.de ver.sig.iuncto tot.tit.Instit.de inutil.stipul.& de inoffic.test.& iuncta.l.hac consultisſima §.ex imperfecto autem testamento C.de testam.vbi etiam testamentum imperfectum dicitur testamentum saltem largo modo,Et stipulatio nulla,& inutilis,dicitur stipulatio etiam large,seu largisſimè,ac latisſimè loquēdo,Et benefitia principis quàm plenisſimè,& latisſimè debent interpretari tex.d.l.fi.ff. de con.prin.Alciat.d.l.princeps.bona.

Tertio etiam quia agitur de interpretatione pœnarum, & remittendo ne procedatur criminaliter , Ergo decretum ipsum debet intelligi etiam in contractu nullo,cum semper mitior fieri debeat interpretatio legum, Statutorum , & decretorum. l.penul. ff. de pęnis. 275

Quarto quia decretum dum dicit non posse procedi criminaliter,pro asserto delicto habente originem a contractu, & deinde dū excipit nisi contractus dolosè innitus reperiretur , dicitur excipere illud quod tacitè a iure subintelligebatur,quia in omni materia semper dolus intelligitur exceptus,etiam si nō excipietur , Et ideo omnes leges , omnia decreta Mediolani, & omnia Statuta , & omnia pacta partium,quibus cauetur, quòd iudex cognoscat appellatione remota,prout est Mediolani decretum sub Rubrica de bonis ad cridas ponendis §. super deductis , quo cauetur quòd iudex in causis cridarum, cognoscat appellatione,& querela qualibet remota,Et aliud decretum Mediolani sub Rub. de accusationibus §. A sententia , quo cauetur quòd a sententia lata in causa criminali , non liceat appellari,nec de nullitate dici, Et aliud decretum Mediolani sub Rub.de Arbitris §.si contingat,quo cauetur quòd non liceat appellari nec querelari,ab arbitrijs,vel arbitramentis, Et aliud decretum Mediolani sub Rubrica de appellat. §. lata , quo cauetur appellari non posse, nec de nullitate dici , a sententia lata in causa appellationis , vbi ipsa sententia sit conformis primę , & omnia alia similia iura quibus remouetur appellatio, 276

& nullitas, & disponitur sententias debere exequi remota appellatione, intelligũtur nisi Iudex fuerit in dolo, vel lata culpa quia tũc non obstantibus omnibus legibus pactis, statutis, & decretis ipsis, remouentibus appellationem, poterit appellari, & dici de nullitate, ab ipsis sententijs arbitrijs, & arbitramentis, propter dolũ, vel latã culpã, que æquiparatur dolo, & dolus futurus nunquam cẽseatur remissus, ita dixit in spetie Hyp. de Mar. sing. 289. Incip. dolus, Bal. c. vt debitus col. 2. de appell. Et idem vbi esset dolus iudicis, vel partis forte participantis cum iudice, puta si peccunia eum corrupit, vel dolus Iudicis tantùm, vel partis tantùm, quia tunc iura, decreta, ac Statuta ipsa, non censentur remouere appellationem, nec nullitatem, Phi. Fran. c. dilecto col. 4. ver. septimo limita de appel. Bal. c. pastoralis §. fi. ver. quero quid. de off. del. Ang. consi. 197. Inci. A. & B. contraxerunt, per tex. in l. si pretor §. marcellus ff. de iud. l. cum a te ff. de dolo l. 1. C. si tut. vel cur. fal. alleg. Quinimo etiam quòd non appelletur, talis sententia lata per dolum iudicis, vel partis, nunquam transiret in rem iudicatã, ex quo reus per doli exceptionem, & Actor per doli replicationem esset tutus, tamen tutius est appellare, tex. d. l. cũ a te. Bal. d. ver. quero quid. Et in iudice presumitur dolus, si erat capitalis inimicus eius, contra quem pronuntiauit, & contra eius sententiam obstat doli exceptio. l. non distinguemus §. cum quidam ff. de Arbit. Bal. d. ver. quero quid, Et est generale tacitam conditionem inesse, non solùm in contractibus, verum etiam in legibus, & Statutis, & in omni materia, ne quis doli sui premium consequatur l. 1. ff. de dol. excep. Bal. d. ver. quero quid, Et in omni liberatione dolus semper intelligitur exceptus etiam si expressè non exceptuetur, Crau. con. 160. in hac nu. 5. l. quidam decedens ff. de admin. tut. cum ibi not. l. cum tale §. titius in fi. ff. de cond. & demon. not. in l. tres fratres ff. de pa. Dec. con 178. in causa col. 2. Alex. con. 58. habita nu. 11. ver. quantum vol. 3. Ergo ipsa Exceptio contractus dolosè inniti facta ab ipso decreto, de eo quòd intelligebatur exceptum, ne videatur superflua, & nihil operari, debet intelligi quòd regula dicti decreti volentis non posse procedi criminaliter vbi res habet originem a contractu, intelligatur, etiam de contractu nullo, vel rescindendo, non tamen dolosè innito, ita quòd ipsa exceptio operetur declarationem, & ampliationem Regulę, ex quo vt verba aliquid operentur, intelligi debent et de actu, & contractu nullo tex. in l. si quando ff. de leg. 1. & ad hoc faciunt ea que dixi supra num. 271. ver. primo quia, & num. 272. ver. vbicumq;, & num. 273. ver. sic & Papa.

*Cur. iun cõ so. presup- ponit nu. 6. & 7.*

Quinto

Quinto quia decretum ipsum est fauorabile, dum continet absolutionem a processu criminali, vbi res habet originem a contractu, Ergo late debet interpretari ēt in contractu nullo, nō tamen dolosè innito. l. Arrianus ff. de Act. & oblig. l. absentē ff. de pęnis. 277

Sexto quia Decretum vbi res habet originem a contractu, facit regulam, quòd non possit procedi criminaliter, deinde facit solū duas exceptiones, nisi contractus esset dolosus, vel vis interuenisset, ergo in alijs casibus non exceptis, decretum debet intelligi generaliter, etiam in contractu nullo, cūm exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis. l. cum pretor. ff. de iud. l. tribunus §. 1. ff. de test. mil. not. in l. 1. vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur. & in l. nam quod liquide §. fi. ff. de penu. leg. Nicol. Euerardus arg. 3. ibi locus ab exceptione, Et Princeps concedendo Castrum, & reseruando sibi altum dominium, videtur alia iura omnia, puta concessionem creandi pretorem, & cognitionem cognoscendi de appellatione ab ipso pretore interposita, concessisse, Ias. con. 161. in causa ver. quinto facit vol. 2. 278

Septimo quia Decretum ipsum, quo prohibetur procedi criminaliter, vbi res habet originem a contractu, est conforme cum iure communi, saltem in multis casibus, quibus cauetur de iure communi non posse procedi criminaliter, vbi res habet originem a contractu etiam nullo, non tamen doloso, vt infra dicam, Ergo decretum ipsum intelligi debet etiam in contractu nullo, ex quo lex noua, seu decretum nouum disponens super eo quod disponit ius commune intelligitur secundum ius commune & secundum legem antiquam l. sciendum vbi glo. ver. non compelli, & ibi Doc. ff. qui satis. cog. l. sed & posteriores ff. de leg. 2. C. de Noxal. vbi Bal. per illum tex. 279

Hęres enim institutus in testamento etiam nullo, & omnis alius Agnatus, qui arbitratur ad se pertinere Hereditatem etiam quòd erret in iure putans testamentum valere, cum non valeat, vel se proximiorem, cum alius eum precedat in gradu, & ea de causa sese intromittens in bonis hęreditatis, non dicitur predo nec tenetur de fructibus percipiendis, sed solúm de perceptis, prout tenetur Bonefidei possessor, & non potest conueniri tamquam predo, vel fur criminaliter, licet testamentum non valeat tex. in l. sed & si lege §. scire vbi glo. & Bar. ff. de pet. her. Cur. sen. con. 71. princeps, in fi. in addit. & ita intellige ea quę superius deduxi nu. 262. ver. 4. dico, in fi. ibi Et possidens &c. 280

Legatarius puta seruus, cui est relicta liberatio in testamēto ēt nullo, vel Homo liber cui est legata res in testamēto, ēt nullo licet 281

proclamauerit in liberatem, vel rem legatam aprehenderit, & in iure errauerit arbitrando legatū valere, cùm non valeret excusatur, a dolo, & ab omni pena criminali l. igitur §. potest ff. de lib. cau.

282 Numerans pretium ēt in contractu nullo, non tamen doloso, nō dicitur predo, & consequenter excusatur a dolo, & a pœna furti l. nemo predo ff. de reg. iur. & hoc debet intelligi etiam in contractu nullo, vel aliquo, sed rescindendo per tex. in l. etiam §. si quis sciēs ff. de pe. her. & etiam quia d. l. nemo predo, loquitur generaliter nō distinguendo inter contractum validū & nullum, ergo debet generaliter intelligi etiam in contractu nullo. l. non distinguemus ff. de arbit. l. 1. §. generaliter ff. de leg. prest.

283 Ille etiam qui pecora, de quorum proprietate faciebat controuersiam, abegit, vel abduxit, putans pecora sua esse, ēt si iniustis rationibus id crediderit, puta quia contractus erat nullus, excusatur a pœna, & ab omni processu criminali, & non tenetur tamquam fur, neq; tamquàm Abigeus, sed debent causa, & partes remitti ad iuditiū ciuile, remoto omni processu criminali tex. in l. 1. §. fi. ff. de Abigeis, per quē tex. sepius cōsului, quod quādo inter partes fuit disputatū de causa ciuili in possessorio, aut petitorio quòd si vna pars absq; vi turbat aliā, quòd dicitur res habere originem a cōtractu, vel quasi, cū iuditijs quasi contraharur instit. de oblig. que ex quasi cont. vbi not. per Doc. Et consequenter quòd causa non debet tractari criminaliter, sed quòd debet remitti ad iuditiū ciuile per tex. in d. l. 1. §. fi. ff. de abig. iuncto maximè ipso decreto Mediolani.

284 Licet ex contractu nullo, ac inutili, transferatur possesio vbi interuenit actus facti, idest realis traditio, & talis de rigore iuris licet nō in consciētia, cui ex cōtractu nullo possesio realis fuit tradita, posset bona ipsá quorū possesionē realiter fuit adeptus ponere ad cridas iuxta formam decreti Dominij Mediolani sub Rubrica de bonis ad cridas ponendis, ex quo licet contractus sit nullus, tamen ex eo sequuta reali traditione transferrur possesio, tex. in l. 1. §. si vir vxori, & ibi Bar. Pau. de Ca. Alex. Soc. & Ias. ff. de acq. pos. D. And. Tiraquellus Senator optimus in trac. de iure cōst. pos. in 3. par. 7. limit. num. 13. ver. Ex quibus.

285 Tamen non sequura reali traditione facti, ex cōtractu nullo, vel inutili, & ex omni actu iuris in eo apposito, puta ex constituto, vel præcario, aut ex retentione usus fructus, vel inuestitura, aut alio actu iuris, vel actu fictæ traditionis in contractu nullo apposito, non transfertur possesio, quia cum principalis contractus non valeat, non valent accessoria, puta constitutum, prȩcarium, & similia, & ex eis non trásfertur possesio, & consequenter ille qui habet

pro

pro se contractum nullum etiam cum constituto, vel precario, aut retentione vsusfructus, aut inuestitura in eodem cõtractu nullo positis, non posset bona per eum nulliter acquisita, ex contractu, & cõstituto nullis, ponere ad ipsas cridas ad formam dicti decreti, vbi realiter non fuit adeptus possessionem ipsorum bonorum, ex quo decretũ ipsum requirit pro forma, quòd ponens ad cridas possideat, & quòd iuret se verè, ac realiter possidere bona quæ ad cridas ponit, Et si absque reali, manuali, & effectuali aprensione, & traditione possessionis, habens contractum nullum cum constituto posito in eo, poneret bona ipsa ad cridas, & eis in termino trium, ac sex mensium ab ipso decreto præfixo, nulla fieret contradictio, per ipsas cridas nullum fieret preiuditium non contradicentibus, ex quo cridę essent nullę tamquam factæ ad instantiam ponentis ad cridas non possidentis, & factę non seruata forma dicti decreti quo requiritur quòd ponens possideat verè, & realiter, & ita iuret, quia per contractum nullum, & per constitutum, seu alium actum fictę traditionis positum in contractu nullo non transfertur possessio, Bart. Cas. con. 7. visis num. 55. Parisius con. 55. contractus nu. 22. & con. 59. viso num. 25. vol. 1. Lud. Gozad. con. 28. videtur col. fi. num. 36. Math. de aflic. Decis. Neapol. 40. casus, col. pẽ. & Decis. 331. quedam Diana post prin. Car. Ruin. con. 136. primo videndum col. fi. vol. 1. & con. 69. diligenti num. 15. vol. 3. & con. 28. in causa nu. xi. & con. 127. visa num. 14. vol. 5. Dec. in l. contractus col. 7. ver. vltimo, conclusio supradicta, & in l. cum principalis num. 1. ff. de reg. iur. & con. 247. in causa colum. 2. ver. quantum vero, & con. 366. pro declaratione, colum. fin. in fi. Alex. consil. 81. lecto colum. 5. num. 10. volum. 3. Bal. l. ex testamento. C. de fideiu. & Mod. l. quod meo ff. de acq. pos. Et hęc est com. opin. vt inquit Gra. con. 69 cum sermones num. 20. vol. 1. & D. And. Tiraquel. in trac. de iur. const. pos. in 3. par. 7. limit. num. 15. ver. Nec hinc longe & ita seruat Senatus, & Curia Parisiensis prout attestatur idem D. And. Tiraquel. in d. 3. par. 7. limit. num. 22. versi. at qui prior. Et cridæ ipsæ factę per ponentem ad cridas, vbi non est in possessione tempore quo ponit ad cridas, vt requirit ipsũ Mediolani decretum, alicui maxime possidenti non præiudicarent etiam si non cõtradixisset, vt voluit Alex. con. 5. in causa col. 1. ver. tamen in iuditio, & ver. statutum etiam vol. 2. Ang. con. 289. viso themate & statutis col. fi. ver. dices, D. Ant. Rub. con. 76. circa Io. Mar. Riminal. & Mod. l. si pacto C. de pac. *Menonh. l. meminerint nũ. 10. in fi. C. unde ui.*

Et quamuis vbi contractus principalis sit nulllus, & inutilis, fit etiam nullum constitutum in eo appositum, & ex eo non transferatur possessio secundum communem opinionem vt patet 286

tet ex predictis, & fuit opinio Argentini filj Raineri j de Foroliuio sequuta per Pau. de Cast. Ias. Alex. Socin. & communiter Doc. in d. §. si vir vxori, tamen talis contractus nullus & constitutum nullum in eo appositum, excusant illum qui habet pro se contractum nullum, & constitutum nullum, si eorum vigore, & pretextu, eius propria auctoritate, & per vim, ac etiam manu armata, ingressus fuerit possessionem prediorum, vel domus etiam clausę, aut aliarum rerum de quibus in dicto contractu, ac constituto nullis, fieret mẽtio, etiam si inuenisset constituentem contradicentem, & etiam si talis ingrediens ad hunc effectum amicos, & vicinos congregasset, quia talia impunè fieri potuerunt, & sic ingrediens excusatur a dolo, & a lata culpa, & ab omni pœna criminali, tam ratione possessionis turbate, quàm alia de causa, & non posset contra sic ingredientem iurari in litem per contradicentem, seu resistentem, nec alium, de rebus quasi sibi diceret furto subtractas, nec de earum quantitate, nisi per testes probentur, ex quo sic ingrediens excusatur a processu, & pęna criminali, & ab ipso iuramento in litem. vt contra eum non infligantur, quia potuit credere probabiliter, sibi licere premissa facere ob contractum, & constitutum in eo appositum etiam quòd essent nullius valoris, & contractus, ac constitutum essent absq; solemnitatibus iuris communis, & Statutorum, & alijs carerent substantialibus, Et ita premissa omnia in terminis cõsuluit D. Bar. Cepolla con. 4. visa querela, per totum, quod consilium ad aliud tamen propositum allegat, & cõmendat, Dec. con. 565. clarissima col. fi. in fi. ver. vltimo non obstat, Craue. cõ. 18. Andreas num. 9. ver. quarto posito, & num. 10. ver. quod procedit, Et idem videtur sentire, Bal. con. 410. in causa vol. 1. & facit tex. in l. igitur §. potest ff. de lib. cau. & in l. sed & si lege §. scire ff. de pet. her. Et istud maximè procedit, ex quo sunt quamplures Doctores Excellentissimi qui volunt quòd ex contractu nullo, & constituto in eo apposito transferatur possessio absq; reali traditione, & istud voluit Dec. con. 202. vt presens col. 4. ver. tertio et fundamento, Car. Ruin. con. 137. viso col. fi. vol. 1. cepol. d. con. 4. visa, Soc. con. 49. in causa col. 2. vol. 3. glo. post. Azonem ab ea citatum in l. si aliquam rem, & ibi Bar. col. 1. ver. sed quero vtrum perdatur, Imo. Raph. Com. Pau. de Cast. & Alex. ff. de acq. pos. & alij Doctores istud voluerunt, quos refert idem Dominus Tiraquel. in d. 3. par. 7. limit. num. 17. ver. sed vt redeamus, Et licet contra istos patres sit com. op. & verum sit quòd ex contractu nullo, & constituto in eo apposito non transferatur possessio & hęc sit com. op. vt dixi supra nu. 285. ver. Tamẽ nõ sequuta, in fi. A tamẽ

ille qui vigore contractus nulli,& constituti etiam uulli in eo appo siti ingreditur prædia, vel alias res, vel domum etiam clausam eius propria authoritate,& etiam per vim, debet excusari ab omni processu,& pœna criminali, & iuramento in litem, ex quo fuit in probabili iguorantia& probabiliter credere potuit sibi licere prę-missa facere,Cepol.d.con.4.visa tex.d.§.scire,& d.§.potest, Excusatur enim qui credidit ipsis doctoribus Excellentibus volentibus ex constituto posito in contractu nullo transferri possessionem, licet contra eos sit com.op.in hoc,quia possessio non transfertur, Ang. Aret.Instit.de pœna tem.litig.§.hęc autem omnia col.2.ver.ex quo possess.arg.glo.in l.titio fundus.ff.de cond. & demon. & l. in bonorũ & ibi Bart.ff.de bon.pos.Non enim ille qui habet pro se constitutũ, aut precarium dicitur vim inferre,etiam quòd per vim ingrediatur contra resistentem,sed se defendere,cum per constitutum censeatur in possessione,sed ille qui resistit habenti constitutum, vel precarium pro se,dicitur illi vim inferre l.cum fundũ cum ibi not. ff. de vi & vi ar.Bar.l.creditores col 5.ver.& prędicta vera & co. 8. num.25.in fi. versi. sed pone quòd debitor non solum. C. de pign. Cepol.d.con.4.visa querela colum.5.in fi.ver.Ex his itaque declaratis.

Et prędicta intelligo circa ea quę deduxi ex ipso Cepollę consilio 4.incip.visa,quando habenti contractum nullum etiam cum cõstituto nullo,vel ẽt habẽti cõtractũ verũ,& validũ cũ cõstituto,fit resistentia verbis,& cessat timor scandali, puta mortis, & vulnerum, vel alterius scandali,quia tunc habens pro se constitutum positum etiam in contractu nullo,excusatur ab omni pœna criminali,& a iuramento in litem si ingrediatur etiam per vim,& manu armata etiam cum auxilio aliorum in possessionem, & ita intelligo Cepol.d. con.4.visa,sed si fieret resistentia facto puta armis,vel etiam verbis sed esset timor scandali,& sequeretur scandalum, tunc talis ingrediens per vim,& manu armata non excusaretur a pœnis criminalibus,& ita sentit Craue.con.18..incip.Andreas num.7. ver. secundo facit,Corn.con.193.placet colum.2. ver. vbi ergo, vel. 3. Arg. nor. per Bar.in l.2.num.3.ver.hoc prędmisso.C.de iur.emph.& ibi Alber. col.1.in fi,dicit quòd est com.op.& ibidem Sal.colum.6. per. reg.l. non est singulis vbi Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur. & per. l. conductores.C.locat.& l.non ab re.& l.si quis in tantam C.vnde vi,& l.extat. ff.quod met.cau.& per tit.C.ne quis in sua cau.iud.Et ita ego teneo ad euitandas rixas,ac scandala,vulnera, ac homicidia que possent sequi arg.l. ęquissimum ff. de vsuf. & dicta lege non est singulis, Et si non pœna ordinaria, saltem pœna extra ordinaria debet puniri, 287

niri,arg.not.per Alex. con. 135. circa primum in fi. vol. 1. Cepol. cō.15.Magnificę in fi.maximè in Dominio Mediolani quo cauetur ex ipso decreto sub Rub.in quibus casibus criminaliter procedi nō potest,quòd pro negotio habente originem a contractu non possit procedi criminaliter,nisi vis interueniat, Et sic videtur non licere vim armatam adhibere etiam in casibus quibus res habet originem a contractu,vbi via iuris est succursum per prętorem si adeatur, & est ratio quia vbi arma cum violentia interuenerunt, tunc ille qui arma cum violentia adhibuit, numquam excusatur a dolo, etiam quòd aliàs esset excusandus ob contractum, vel aliam causam. D. Mar.Soc.iun.con.18.viso themate col.fi.num.33.ver. Nec etiam potest defendi vol 2.faciunt not.per Alex.con.135.circa vol. 1. Et tali casu inferens violentiam teneretur saltem aliqua pœna arbitraria & miti, vel etiam graui,secūdum qualitatem personarum, & facti, & contra inferentem talem violentiam armatam posset in litem iurari,Alex.con.103.videtur & d.con.135.vol 1.Non enim est licitum alicui occidere,nec vulnerare.pro defensione rerum,vbi non imminet periculū vitę simul,vbi est sibi succursum,quia post adiri Iudex, vel superior,& res seu prędia ius erunt salua.l.furem.vbi glo.ff.de si car.d.l.extat,& istud maxime procedit de iure canonico, & in foro conscientiæ secundum quòd pro rerum defensione non licet occidere,Panor.Anan.&Fel.c 2.de homicid.Dec.l.vt vim ff.de iust.& iur. Lud.Car.in prac.crim.§.homicidium in par.quæ incip.circa quartū num.30.ver.iure vero canonico,Et ita debet consulere quilibet verus Christianus ad euitanda scandala,rixas,ac peccata,quæ possent sequi,vbi quis vellet sibi ipsi ius dicere,& vim inferre,ex qua mors, vel vulnera sequi possent.d.l.non est singulis,& quia in dubio debet capi via minus nociua partibus l.1.vbi Pau.de Cast.ff.si quis caut.& tutius est adire Iudicem,quàm arma capere, maxime cum vis non possit inferri ad mensuram,ne quis vulneretur,vel occidatur, Doc. l.2.vbi Ias.num.108.in fi.ver.per ista ergo.C.de iur.emph. & facit illud verbum Domini,Quid prodest homini si vniuersum Mundum lucretur,animæ vero suæ detrimentum patiatur,& illud non potestis seruire Deo,ac Mamonę.

288 Sequuto tamen quòd absit iam malefitio,ad eius excusationem, dici posset,quòd habens contractum etiam nullum cum constituto in eo posito,vel alius habens ciuilem possesionem,excusatur si fuit etiam per vim, & manu armata propria auctoritate, ingressus possesionem etiam domus clausæ, vel prædiorum, contra contradicentem, quia ipse ingrediens, non dicitur vim in-

tulis

tulisse,sed se defendisse,& non tenetur ad aliquam pœnam violentię,nec turbatæ possessionis,sed cõtradicens tenetur ad pœnas violentię,ex quo ipsa dicitur vim intulisse,Cepol.d con.4.visa col.5.in fi.ver.ex his itaque l.1.§.vim & l.§.eum igitur,& l.colonus,& l.cum fundum ff.de vi & vi arm.Bart.l.creditores q.4.prin. ver. & predicta vera C.de pig.Bar.l.vt vim col.pen.versic.querit glo.ff.de iust.& iur.

Contractus etiam matrimonii nulli,contracti per ignorantiam facti inter personas prohibitas,puta inter sanguine coniunctos,vel inter priuignum,& nouercam,vel inter solutum,& habentem virũ vbi in facto talia impedimenta facti, puta coniunctio sanguinis, vel quòd alter haberet maritum,contrahentes matrimonium nullum ignorabant,etiam si ius sciebant,& matrimonium non valeat, tamen talis contractus matrimonii etiam nulli,excusat contrahẽtes illud,simul habentes copulam carnalem, a pœna incestus, & adulterii,& illiciti coitus,& a processu criminali,dummodo statim quòd sciuerunt matrimonium non valere,abstineant a coitu, tex.in l.si adulterium cum incestu §.idem Imperatores, & ver. idem pollioni,& ibi Bart.in d.l. si adulterium cũ incestu col.3.ver. Aut ignorabat factum,vbi etiam Ang. ff. de adul.& tex.in l.qui contra C. de incest.nup.Et idem vbi copulatiuè ignorabatur factum,& ius, quia cõtrahentes incestas,& prohibitas nuptias,licet nullas,excusantur ab ipsis pœnis illiciti coitus sequuti sub colore dicti matrimonii,d. l.qui contra,Bart.d.l.si adulterium cum incestu,col.3.ver. aut ignorauit vterque,Et filii nati ex tali matrimonio sunt legittimi,Ang. d.l.si adulterium §.quare mulier glo.& Doc.auct.de incest. nuptiis. 289

Contractus etiam matrimonii nulli, contracti inter personas prohibitas,quando sciebant factum, sed ius positiuum, vel ciuile ignorabant,etiam si sequatur copula carnalis,excusat a pœna incestus,& illiciti coitus,& a processu criminali,si erat mulier, vel minor masculus contrahens tale matrimonium,tex.d.§.idem pollioni Bart.d.l.si adulterium cum incestu col.3.ver.Aut e contra sciebant Et si erat masculus maior si statim cum cognouit penituit antequã accusaretur,per diuortium,vel per supplicationem illi parcitur d. §.idem Imperatores,Bar.d.ver.Aut e cõtra sciebant,si verò statim non penituit punitur,sed mitius,Bar.d.ver.aut e contra, Et si clandestinè fuit contractum matrimonium prohibitum,præsumitur scientia,& punitur,glo.& Doc.l.1.C.de interd.mat. l. fi.ff. de rit. nup. Bar.d.l.si adulterium cum incestu col.3.ver. Aut dubitatur, si verò fuit palã contractũ matrimoniũ præsumitur ignorãtia,Bart.d.ver. aut dubitatur,d.leg.fi. Et si vnus fuit sciens,alter ignorans, prout in fa 290

super eis testes examinētur saltem cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum, ex quo istud est minus nociuum partibus, Dec.con.162.in causa que agitatur col.1.ver.& in primis, & col.2.ver.sed tamen, Sic & in dubio debet admitti appellatio per iudicem c.vt debitus vbi glo.ver.ex rationabili causa,& ibi Dec. & alij de app.tex.l.ex his.ff.que in fraud.cred.ergo in dubio debet prónuntiari esse locum.d. decreto, vt ciuiliter, & non criminaliter, procedatur ex quo vtriq; parti consulitur in causa ciuili, & neutrius ius leditur agendo ciuiliter, sed inclinando in partem quòd non esset locus dicto decreto, & sic quòd criminaliter procederetur, tunc forte fama, vel iura accusati essent extincta, maximè in maioribus expensis que fiunt in causa criminali, quàm in ciuili, que vt docet experientia in totum non recuperantur, etiam quòd aliquis vincat, maximè etiam quia accusatus si procederetur criminaliter posset detineri personaliter, vel etiam torqueri, & isti sunt actus irreparabiles, Ergo debet in dubio pronuntiari esse locum dicto decreto, vt ciuiliter, & non criminaliter procedatur etiā si cōtractus nullus, vel aliud dubium deduceretur in contrarium, cùm istud sit litigatoribus, seu partibus minus damnosum, & vtrique parti consulatur d.l.1.vbi Pau.de Cast.ver.in tex.ff.si quis cau.Dec. d.con.162.in causa.

Nono quia decretum ipsum si intelligeretur solùm de contractu valido diceretur facere gratiam quasi inutilem, ex quo etiam de iure cōmuni in multis casibus pro rebus habentibus originem a contractu valido procedi non potest criminaliter l.1.in fi. vbi not. ff.de Abig. Ergo vt gratia dicti decreti, seu eius benefitium magis valeat debet interpretari quòd procedat etiam in cōtractu nullo, vt pro asserto delicto habente ab eo originem nō possit procedi criminaliter, arg.not.per Pa.de Cast.con.257.super primo dubio puto, in prin.vol.1.& in l.qui concubinam §.qui ortos, & ibi glo.ver. prestaturum ff.de leg.3. 293

Decimo etiam quia ex premissis, & infra dicendis, res efficitur clara, quòd decretum ipsum procedit etiam in contractu nullo, vt pro asserto delicto ab eo originem habente, non possit procedi criminaliter, vel saltem redditur res dubia, ergo in omni dubio contra Fiscū est pronuntiandum in penalibus, vt sit locus dicto decreto & vt non possit procedi criminaliter, etiam si contractus esset nullus.l.non puto ff.de iur.fis.Mathes.not.72.nota vnam, Et etiam quia contra actorem, vel accusatorem in dubio est pronuntiandum in absolutionem Rei, etiam quòd actoris, vel accusatoris probationes, aut argumenta excederent in aliquo, probationes, 294

vel

vel argumenta Rei.l.fauorabiliores, vbi tex. Dec.& Cag.ff.de reg. iur.arg.l.absentem ff.de pen.debemus esse proni potius ad absoluendum, quàm ad condemnandum. l. Arrianus ff.de actio. & oblig. Et promptiores esse debemus in processus irritatione, seu annullatione, quàm in extinctione corporis humani, vel quàm in aliquem cõdemnando criminaliter etiam in pecunia, Bal.con. 347. Ecce formata, in fi.vol. 3. Crauet.con.6. plura col.fi.in fi.cum princeps debeat velle Imperium eius potius hominum adiectione, quàm pecuniarum copia ampliari, post habita Fisci ratione.l.cum ratio §. si plures ff.de bon.dam.Crau.d.col.fi.in fi.Et consequitur curia maiorem honorem absoluendo, quàm in condemnando, Crau. d. col. fi.in fi.Pau.de Ca. con. 299. visa inquisitione in fi. vol. 2. Hypol. de Marsil.in prac.crim.§.occurrunt num.7.ver.item peccet, vbi etiam inquit quòd Iudex debet potius peccare in pietate, & clementia, quàm in atrocitate, & quòd in dubio debet potius absoluere, quàm condemnare in criminalibus.d.l.absentem.

295 Vndecimo est ponderandum, quòd decretum ipsum facit regulam, quòd non possit procedi criminaliter, vbi res habet originem a contractu, deinde facit expressam exceptionem doli, dum dicit quòd non procedat istud, vbi contractus dolosè innitus reperiretur, vel vis interuenisset, Et quòd exceptio decreti, sit solùm de dolo probatur, ex illa exceptione decreti qua dicitur, Hęc tamen sanctio non comprehendit, casum vbi vis interuenit, nec etiam vbi contractus dolosè innitus reperiretur, Nam exceptio contractus dolosè inniti, est exceptio doli, item & ipsa exceptio vis, etiam constat quòd est doli exceptio, ex quo vis, seu violentia non potest esse sine dolo.l.2.§.doli mali mentio, ibi nam qui vim facit dolo malo facit & §.hac actione is demum tenetur ff.vi.bo.rap. Alex.con.103. videtur vol.1.Craue.con.18.Andreas nu.10.ver.quod procedit, Et sicuti quęlibet causa excusat a dolo, ita & excusat a pœnis vis, seu violentię, vbi aliquis probabiliter ex aliqua causa, licet non vera, credidit sibi licere vim, seu violentiam adhibere, & homines cõgregare, ita in terminis violentię etiam illatæ consuluit. Crau.d.con.18. Andreas num.9.ver.quarto posito, & num.10 ver.Quod procedit, Ang. d. §.hac actione, Soc.con.131.in præsenti col.4.num. 10. ver. amplius etiam ex quo heredes vol.1.Dec.con.565.clarissima videtur.col. fi. in fi.ver.vltimo non obstat, Bal. con. 319. decreto domini vol. 1. & con.410.in causa col.2.ver.nec agrauat vol.2.Cepol.con.4.visa querela, qui enim vim facit dolo malo facit, & doli mali mentio, vim in se habet, d.§.doli mali mentio, Alex.con.103.videtur vol. 1.

296 Ergo sequitur quòd etiam si lata culpa interuenisset, vel contra ctus

ctus nullus, vel validus, sed etiam rescindendus, factus fuisset etiam per latam culpam, & iuris ignorantiam, quòd talis contractus etiã nullus, & factus etiam per latam culpam, & iuris ignorantiã, quòd excusaret a dolo malo, tex. in l. igitur §. potest ff. de lib. cau. & in l. sed & si lege §. scire ff. de pet. her. Soc. l. iuste. possidet col. 2. ver. sed tu ff. de acq pos. & tex. in l. etiam. si putauit §. si quis sciens ff. de pet. her. Et per consequens dicitur, quòd stante ipso decreto, quòd pro asserto delicto habente originem à contractu etiam nullo, vel vali do, sed rescindendo, alia tamen ratione, quàm ratione doli, quòd non possit procedi criminaliter, etiam ad solam pœnam pecuniari am, ne dum corporalem, pro qua etiam agi non posset, etiam si tã lis contractus nullus factus fuisset per latam culpam, & iuris errorem, ex quo talis contractus nullus excusaret a dolo d. §. potest & d. §. scire & d. §. si quis sciens, Et decretum pro asserto delicto habente originem a contractu facit regulam quòd non possit procedi crimi naliter, nec per accusationem, denuntiam, nec querelam, deinde fa cit expressam doli exceptionem dum inquit decretũ ipsum, & eius regulam non procedere vbi contractus dolosè initus reperiretur vel vis interuenisset, cum vis sit idem quòd dolus, Alex. con. 103. vi. detur vol. 1. l. 2. §. doli mali mentio ff. vi bo. rap. vt supra probaui num. 295. ver. vndecimo est ponderandum, quia tũc vbi res haberet originem a contractu dolosè inito, vel vis, quę est idem, quòd dolus malus interuenisset, decretũ vult posse ꝓcedi criminaliter, Er gonõ sufficeret, vt posset procedi criminaliter, quòd contractus eti ma nullus, & per latam culpam, & iuris errorẽ factus fuisset, & res vel delictum ab eo originem haberet, licet regulariter lata culpa dolo æquiparatur, quia in casu dicti decreti lata culpa non ęquipa raretur dolo, siue de pœna corporali tantùm, siue de pœna pecunia ria tantùm, siue simul de vtraque ageretur, ex quo decretum facit expressam doli exceptionem, vt supra dixi, Et vbicunque lex, vel sta tutum, facit expressam doli mentionem, tunc lata culpa, non comparatur dolo, siue de pœna pecuniaria tantùm, siue de corporali tantùm, siue de vtraque simul agatur, & tunc non sufficit lata culpa vt sit locus dictis pœnis, etiam solis pecuniarijs, nec vt procedatur criminaliter vbi res habet originem etiam a contractu nullo per latam culpam facto, quia contractus etiam nullus per latam culpam & etiam per iuris errorem factus excusaret a dolo d. §. potest & d. §. scire, Et consequenter pro re, vel causa, vel asserto delicto haben te originem a contractu etiam nullo, & per latam culpam, & per iu ris ignorantiam facto in casu dicti decreti non posset procedi criminaliter etiam ad solam pœnam pecuniariam, ne dum corporalẽ

pro qua etiam agi non posset, ex quo decretum excipit expressè dolum, ergo lata culpa non comparatur dolo, etiam in solis pœnis pecuniarijs, & multo minus in corporalibus in casu dicti decreti, ex quo vbicunque lex, vel statutum, facit expressam doli mentionem, tunc lata culpa non comparatur dolo, nec tunc sufficit lata culpa vt sit locus pœnæ etiam pecuniariæ. Bart. l. quod nerua col. 6. nu. 20. ver. ita quero vtrum lata in fi. ibi aut quo ad pœnam pecuniariam ff. de pos. D. And. Alciat. in l. magna negligentia, ver. addũt alii, ff. de ver. sig.

197 Istud maxime procedit, quia partes contrahentes, vel facientes actum nullum prę sumuntur regulariter ignorare actum esse nullũ & sic præsumuntur non esse in dolo, Alex. l. 1. §. si quis ita col. 3. ver. subdit etiam ff. de ver. oblig. Fel. c. de quarta col. 9. nu. 28. ver. Raphael. de præscrip. Raph. de Raimondis Comẽsis in l. an inutilis ff. de accep. & hoc maxime procedit, quando in faciendo contractum nullum, fiunt expensæ, vel soluuntur pecunię saltem notarijs, vel alteri parti, quia tũc tanto magis partes facientes actum nullum, prę sumuntur ignorare esse nullum, ex quo non est verisimile, nec prę sumendum, quòd vellent iactare suum, si scirent actum non valere. l. cum de indebito ff. de probat. Et communiter contingit, quòd partes facientes actum nullum, ignorant esse nullum, vt patet ad sensũ naturalem, quem pro lege sufficit allegare. l. illam. C. de collat. vbi Dec. & alii per illum tex. ergo est præsumendum, quòd partes ignorauerint actum esse nullum, cum valeat argumentum a communiter accidentibus, Hypol. sing. 1. c. 1. vbi Card. Panor. & alii de cler. non rę sid glo. Cyn. Bal. Sal. & alii in l. neque natales. C. de prob. Nic. Euerard. in lib. de cen. mo. arg. in loco 56. ibi locus a communiter accidentibus, & regulariter ignorantia præsumitur l. verius ff. de probat, nisi contrahentes essent scientes, ac prudentes puta Doctores, quia tunc præsumuntur sciuisse actum esse nullum, aliàs secus, per tex. in d. l. an inutilis, Et in hoc casu potest saluari D. Alciatus, qui voluit præsumendum esse partes sciuisse actum esse nullum vt per Alciat. in reg. 3. prin. præsump. in prę sump. 31. ver. ex hoc infertur, quod non videtur dicendum, nisi partes essent scientes, ac prudentes, puta Doctores per tex. in d. l. an inutilis, Ergo cum partes presumantur ignorare actum esse nullum, excusantur ex contractu etiã nullo a dolo. d. §. scire, & d. §. potest, Soc. d. l. iustè possidet, Et consequenter pro re, causa, vel delicto habente originem etiam a contractu nullo etiam per latam culpam, & per iuris errorem facto, non posset procedi criminaliter, etiam ad solam pœnam pecuniariam, ex quo decretum non excipit expressè nisi dolum malũ,

& sic contractum dolosè initum, vel casum quo vis, & sic dolus interuenisset, vt tunc possit procedi criminaliter quando res habet originem a contractu, ergo non sufficit lata culpa, vel quod contractus per latam culpam sit factus, vt possit procedi criminaliter, et ad solam pœnam pecuniariam quando res habet originem a contractu, ex quo decretum ipsum facit expressam contractus dolosè initi exceptionem, vnde sequitur quòd pro re, vel delicto habente originem etiam a contractu nullo, per latam culpam, & iuris errorem facto, stante ipso decreto, quòd non posset agi criminaliter ad pœnam corporalem, nec etiam ad pœnam pecuniariam, Bart d. l. quod nerua col. 6. num. 20. ver. item quero vtrum lata, in fi. ibi aut quo ad pœnam pecuniariam ff. de pos. Alciat. dicta. l. magna ver. addunt alij ff. de ver. sig. faciunt not. per Alex. l. in actionibus col. 2. ver. in glo. ver. ob culpam ff. de in lit. iurando vbi alij Doc.

Decretum enim ipsum, dum vult non posse procedi criminaliter, & sic de crimine, nec eius pœna per accusationem, denuntiam, querelam, nec alio modo, vbi res habet originem a contractu, cum sit beneficium Principis, debet latissimè, & quàm plenissimè interpretari, quòd procedat, vt non possit agi criminaliter, idest ad pœnam corporalem, nec pecuniariam Fisco aplicandã l. fi. ff. de cõst. prin. ex quo dicitur agi criminaliter, siue pœna sit corporalis, siue etiam quòd sit solũ pœna pecuniaria Fisco applicanda, glo. & Bar. l. 3. vbi glo. ver. aureorum ff. de sepul. viol. & est com. op. Ias. in Rub. C. de iud. col. 2. num. 2. ver. vera conclusio, Et cum decretum ipsum excipiat nisi cõtractus dolosè sit initus, & sic faciat expressam doli mentionem, constat liquido quòd quando res habet originem a contractu etiam per latam culpam absq; tamen dolo malo facto, quòd non poterit agi criminaliter ad pœnam corporalem, nec pecuniariam, etiam ex lata culpa, Bart. d. l. quod nerua col. 6. in dicto ver. item quero vtrum lata, & d. ver. aut quo ad pœnam pecuniariã, Alciat. d. l. magna culpa ver. addunt alij, Et decretum loquitur generaliter, vt non procedatur criminaliter, nec per accusationem, nec per denuntiam, nec per querelam, quando res habet originem a contractu non distinguendo inter pœnam corporalem, & pecuniariam, ergo debet generaliter intelligi, vt non possit procedi ad pœnam corporalem, nec pecuniariam l. non distinguemus ff. de Arbit. l. 1. ff. de leg. prest. arg. d. l. fi. & l. si quando. C. de bo. vac. lib. 10. cum ibi not. per Doc. 298

Et ista nota contra D. Io. Fran. Ponzinibium qui in trac. per eum 299 edito super ipso decreto in ver. tertio vt non habeat, ibi & presertim vbi pro causa criminali &c. voluit, quod vbi pro causa cri-

minali, esset pœna pecuniaria, iniusta causa etiam colorata & lata culpa, & sic contractus factus per latam culpam, & iuris errorem quòd non excusaret, a pœna pecuniaria criminali, in casu dicti decreti, & allegat not. per Bar. Alex. & Doc. in l. iustè possidet ff. de acq. pos. & per Alex. in con. 119. queritur col. fin. ver. Et quòd hoc sit, vol. 2. vbi volunt quòd vbi agitur solùm de pœna pecuniaria, quòd quęlibet causa quæ excusat a dolo, & eius pœna, non excusat a pœna pecuniaria quę datur ratione latę culpę, & quòd lata culpa dolo comparatur in pœnis pecuniarijs, & propterea quòd ingredientes possesionem alienam, etiam vigore inualidi decreti iudicis punientur in pœnam pecuniariam quę daretur ex forma legis, vel statuti ratione latę culpæ, vt per Bart. in d. l. iustè possidet in fi. & per Alex. d. ver. Et quòd hòc sit verum, per tex. in §. 1. inst. vi. bo. rap. & l. 1. ff. si mes. fal. mo. dix. & l. 1. §. non autem ff. si quis test. lib. esse ius. fuer. l. meminerint C. vnde vi. Quia ad ista respondetur quòd verum est quòd lata culpa æquiparatur dolo, vbi agitur, non de pœna corporali, sed de pœna pecuniaria, quando lex, vel statutũ simpliciter loquitur pœnam pecuniariam imponendo, & doli expressam mentionem non faciendo, nec vtendo verbis dolum denotantibus l. 1. §. non autem cùm ibi not. per Bart. ff. si quis test. lib. esse ius. fuer. Bart. Alex. & alij d. l. iustè possidet, Alex. d. con. 119. queritur col. fi. vol. 2. & ita declarat magistraliter Bart. in d. l. quòd nerua col. 6. num. 20. ver. item quero vtrum lata culpa, in fi. ibi Aut quo ad pœnam pecuniariam, ibi secundo casu æquiparatur, ff. de pos. & ita loquuntur de ducta in contrarium per D. Ponzinibium, Sed vbi lex, vel statutum, facit expressam doli mali mentionem, seu memoriam, etiam solam pœnam pecuniariam, vel aliud exprimendo, tunc lata culpa non comparatur dolo, & non sufficit adesse latam culpam absq; dolo, etiam si agatur solùm de pœna pecuniaria, Bart. in d. l. quod nerua col. 6. in d. ver. vtrum lata culpa in fi. ibi Aut quo ad pœnam pecuniariam ff. de pos. l. 1. §. si quis ff. ne vis fiat ei. l. 2. § hac actione ff. vi bo. rap. Alciat. d. l. magna culpa ver. Addunt alij ff. de ver. sign. Ergo cum decretum loquatur generaliter, non posse procedi criminaliter, nec per accusationem, nec querelam, nec denuntiam, nec alio modo, & sic nec etiam ex offitio, vbi res habet originem a contractu, Et hęc sit regula decreti, quę debet quàm plenissimè interpretari, vt procedat etiam si contractus esset per latam culpam, & iuris ignorantiam factus, & etiam si esset nullus, vt non possit procedi criminaliter ad pœnam corporalem, nec pecuniariam, Arg. l. fin. ff. de const. prin. & Arg. l. igitur §. potest ff. de lib. cau. & l. sed. & si lege §. scire ff. de pet. her. & l.

& l.non distinguemus ff.de Arbit.& sequatur deinde exceptio Decreti,qua dicitur præmissa non procedere, vbi contractus dolosè innitus reperiretur,vel vis interuenisset,quę est idem quòd dolus, vt supra probaui,num.295.ver.vndecimo est, quia tunc decretum vult posse procedi criminaliter etiam quòd res habeat originem a contractu dolosè innito,Et sic decretum facit expressam doli exceptionem,certè non sufficit lata culpa,Et lata culpa non ęquiparatur dolo,etiam in casibus quibus agitur de sola pœna pecuniaria, quando lex,vel decretum facit expressam doli exceptionē, vel memoriam,seu mentionem,Bart. d.l.quòd nerua num.20.in fi.Alciat. d.l.magna,Ergo contractus etiam per latam culpam factus,& etiā per iuris ignorantiam contractus,etiam si esset nullus,vbi res haberet orignem ab ipso contractu non doloso,& vis non interuenisset etiam quòd ille contractus esset nullus,& seu per latam culpam, & iuris ignorantiam factus excusabit a processu criminali,& etiam a pœna corporali,& pecuniaria simul,vbi esset vtraque pœna infligēda,& etiam excusabit a pœna corporali tantùm vbi tātùm esset pœna corporalis,& etiam a pœna pecuniaria tantùm, vbi esset solùm pœna pecuniaria,ex quo quantum ad pœnam corporalem lata culpa nunquam ęquiperatur dolo,Et quò ad pœnam pecuniariam lata culpa non æquiperatur dolo,quando lex, vel statutum requirit expressè dolum,prout requirit decretum Mediolani,ad hoc vt possit procedi criminaliter, vbi res habuerit originem a contractu, quòd contractus dolosè reperiatur innitus,vel vis interuenerit, cū vis sit idem quòd dolus l.2.§. doli mali mentio ff. vi bo. rap. Et ita inquit Bart.in d.l.quòd nerua col.6.nu.20.ver.item quero vtrum lata culpa,in fi.ibi aut loquimur,& ibi aut quo ad pœnam pecuniariam,& ibi pro primo casu ff.de pos.Alciat.d.l.magna culpa ver.Addunt alij ff.de ver.sig.l.1.§.si quis ff.ne vis fiat ei l.2.§. hac actione ff.vi bo.rap.Et ita aliàs consului pro Communi,& quibusdam particularibus Opidi Aghemij districtus Ciuitatis Nouarię, quod decretum ipsum procedit etiam si ageretur de pœna pecuniaria,& ēt quòd contractus esset per latam culpam factus,Arg.not.per glos.& Bart.in d.l.3.ff.de sepul.violat.& in Auct.sacramenta puberum,vbi glo.ver.contractibus C.si.ad.ven. & ibi Bar. Pau. de Cast. Ias. Phil. Cor.& Mod.vt pro asserto delicto ab eo originem habente non possit procedi criminaliter,& Iudex motus auctoritate D.Io. Frā. Ponzinibii,noluit sequi consilium meum,& iudicauit posse procedi criminaliter,sed ego contra tale eius iuditium,dedi praces in Excellētiss. Senatu Mediolani residenti,qui de hoc Iudicis iuditio admiratus,rescripsit debere procedi ciuil.remota omni criminalitate,

ex quo res habebat originē ab ipso contractu,& prout ego prius tā quā aduocatus cōsuluerā ex quo ille cōtractus non erat dolosè innitus,Et declaratio Senatus facit ius quo ad omnes l. fi. C. de leg.

300 Duodecimo quia decretū ipsum Mediolani,dicit non licere Capitaneo iustitiæ,& omnibus iudicibus, contra quempiā procedere, per querelam,denontiam,vel accusationem,nec alio quouismodo, pro aliqua re, vel causa,seu asserto delicto,quę vel quòd summi possit ex negotio, quod originem habuerit a contractu, & sapiat naturam contractus,vnde ponderanda sunt ipsa verba decreti quod originem habuerit a contractu,& sapiat naturam contractus, quia nō stant copulatiuè, vt requiratur omnium concursus, idest non requiritur quod habeat originem a contractu,& simul sapiat naturā contractus, sed sufficit vnum ex eis,ab hoc,vt non possit procedi criminaliter per querelam,denuntiam,vel accusationem,nec alio quouismodo,id est sufficit quòd negotium, vel assertum delictum, habeat originem a contractu vel sapiat naturam conrractus, puta quia contractus sit nullus, vel sit distractus, vel quasi contractus, vel cessio, renontiatio, liberatio, pactum,testamentum, legatū, iuditium, iuramentum, & similia, ex quo ista habent seu sapiunt naturam contractus, licet non sint contractus, vt habetur Insti. de obli.quę ex quasi cōt.Bal.l.fi. in princ. C. si tut. vel cur.int. Steph. Bertran.con.292.dubia nu.5.vol.3.l.seruum filij.§.eum qui chirographum,& l.quę de legato ff.de leg.1.l.3.§.idem scribit ff. de pec. l.ex malefitijs §.1.ff.de act.& oblig. Et sic sufficit vnum ex ipsis ad hoc vt non possit procedi criminaliter, videlicet quòd sit contractus,vel sapiat naturam contractus illud, a quo negotium,vel assertum delictum, habet originem, ad hoc, vt non possit procedi criminaliter quia illa verba decreti originem habuerit a contractu,& sapiat naturam contractus stant continuatiuè,& ampliatiuè,& augumentatiuè,& non restrictiuè,adeo quòd non requiritur omnium concursus,Et hoc probatur ex sequentibus fundamētis, & maximè quia proprietas copulę,&,est augere & ampliare,nō autē minuere nec restringere, vnde si lego empta parata causa vxoris nō veniūt omnia empta in tali legato,sed veniunt solū emptaquę, tamē sint etiā parata causa vxoris,sed si lego empta, & parata causa vxoris, vel empta, parataq; causa vxoris,tūc in tali legato veniūt empta, licet nō essent parata causa vxoris, ex quo natura copulatiuarū dictionū quæ sunt videlicet, dictio &,dictio q;,dictio atq;,& dictio ac,ut inquit Alci.l.sæpe ff.de ver.sig. & quarūlibet ipsarū ēt per se positarū,est augere,ampliare, & augumentare, & adiicere, & non restringere, nec minuere, tex.in l. ea tamen adiectio. & ibi glo. & Doc.

*Copula est dictio nec non Syluā. con. 35. nu. 43.*

*Dictio : ue est copula Ias. l. si ita scriptum ff. de lib. & posth.*

Doc.ff.de leg.3.Bart.l.cum ita §.fi.num.2.ver.dictio enim,& habet augere ff.de leg.3.si stipulatus in prin. vbi glo.ver.verba,& ibi doc. ff.de vsur.tex.& Doc.§.quibus C.de no. c. fac.& ista est com.op.etiã quòd copula poneretur absq; relatiuo ẽt inter duo substantiua vel inter duo adiectiua,vt copula &,& similes amplient,& augumẽtent,& nõ restringant,vt dicit Ripa in c. ex parte nũ. 47. ver. sexta proprietas de rescrip. Ergo illa verba copulatiuè decreti originẽ habuerit a contractu,& sapiat naturã contractus, non intelliguntur restrictiuè,vt requiratur concursus,sed augumẽtatiuè,vt quodlibet de per se veniat, & sufficiat ad hoc, vt non possit procedi criminaliter.d.l.ea tamen adiectio,Bar. d. § fi.

C cos Iur.cõ. 13. col. pen. Cum est lo co copu'e Albre. Dic. uer.cum.

Sic & legatum factum Doctoribus,& Medicis Pataulj, vel vrbis Nouariȩ,nõ requirit concursum,quòd sit idem Doctor, & medicus simul,ad hoc,vt possit consequi legatum,sed Doctor solùm qui nõ sit medicus,& Medicus solùm, qui etiam non sit Doctor admittẽtur ad ipsum legatum,Bal.l.1.col. pen.ver.est autem natura copulæ extensiua,& ver.Et ideo legatum in.i.lec. & ibi Ias.col.3. ver. octauo limita ff.de inst.& iur.Alciat.d.l.sæpe ver.sed si nomina, Sic & lex.dum dicit ius est ars boni,& æqui,non requirit cõcursum, cũ ius,cum arte boni esse possit absq; arte æqui,& econtra l.1.vbi Bal. col 2.in 3.op.ff.de iust.& iur.& dum lex inquit vim atq; iniuriã licitẽ,& impunè posse propulsari,non requirit concursum, sed sufficit vis absq; iniuria puta illata ab animali Bruto,vt liceat propulsari, vt inquit Bart.in l.vt vim col.3.ff.de iust.& iur. 301

Ergo verba ipsa decreti Mediolani originem habuerit a contractu,& sapiat naturam contractus,nõ requirunt concursum,sed sufficit vnum ex eis,vt patet ex predictis, & suadetur quia,ipsa copula,&, est posita inter duas orationes,quæ stãt de per se,cum habeat originẽ a cõtractu,sit vna oratio.& sapiat naturã contractus, sit alia oratio,quo casu sequitur,ꝙ quãdo copula,& vel alia copula,ponitur inter duas orationes quȩ copulãtur p se principaliter, & nõ p modũ accidẽtis,nec respectiuè ad vnã spetiẽ, & seu copulãtur de p se,& nõ respectiuè ad aliud,maximè,vbi orationes de per se sũt perfectȩ,quòd tũc copula nõ requirit cõcursũ copulatiuorũ,ex quo tũc non habet vim copulȩ,sed vim dictionis cõtinuatiuè,& sufficit tũc, adesse vnũ, seu vnã qualitatẽ,vel vnum tantùm ex copulatis, Et in quolibet ẽt de per se,ex copulatis,procedit dispositio & est cõ.op. Bart.l.si is qui ducẽta §.vtrũ col.pen.ver.tertio casu,vbi Soc. dicẽs quòd distinctio data per Bart.ibi cõmuniter tenetur ff.de reb. dub. & idẽ Bart.in l.1.col.2.ver.quãdo copula cadit inter orationes ff.de iust.& iur.& in l.1.col.2.in fi.ver.quero vtrum ff.de his,qui not. inf. 302

& in l.feie §. gaio ff. de fun.inst.& in l.si heredi plures in fi.ff. de cō. inst.Pet.de Anchar. clem. in plerisq; col. fi. ver. cui adde de Ellec. Fel. c.ex parte el.1. col.17.ver. Fallit sexto quando duo copulātur, & ibi Dec.col.5.ver.Et predicta,& Fran. Ripa num. 56.ver. quintū signum de rescrip.Romā.con.104. Pater.num.4.ver.attamen quando, Soc.con.22.videbatur,num.2. vol.3. & con. 53. consilijs num.9. vol.1. Corn.con.129.videtur in fi. vol. 2. per tex.in l.1.ff.de his qui not.inf.& in l.1. ff de sicar. Alciat.l. sepe de ver.sig.

303 Et istud procedit maximè in casu nostro, in quo agitur de interpretatione decreti fauorabilis concedentis absolutionem a processu criminali,quo casu in dubio quando sumus in fauorabilibus copula censetur posita inter duas orationes principales,& quæ copulentur per se principaliter,& non respectiuè ad aliud,& sic copula stat in vim dictionis continuatiuè,& non copulæ, & sic non requiritur concursus, Io.de Imo.d.clem.in plerisq; col.3.ver. conclude, & ver.item aduertendum de Ellec.arg.c. odia de reg. iur.in 6. d,l. ea. tamen adiectio ff.de leg.3.& l.fi.ff.de const.prin.

304 Et suadetur ista opinio,ex quo Rubrica eiusdem decreti Mediolani, inquit loquendo in numero plurali, in quibus casibus criminaliter procedi non potest. Ergo per illa verba eiusdem decreti quòd originem habuerit a cōtractu,cēsetur vnus casus de per se,& per alia verba, Et sapiat naturam contractus, censetur alius casus de per se, ad hoc, vt rubrica rectè loquatur in plurali, & saltem in duobus casibus verificetur.l.vbi numerus ff.de test. alioquin si vnus tantùm casus copulatiuus intelligeretur,& requireretur cōcursus, ipsa Rubrica debuisset cōcipi in quo casu criminaliter procedi nō potest,& non in quibus casibus, Ergo ad hoc, vt ipsa Rubrica cēseatur bene posita in plurali, & euitetur absurdum malę gramaticæ, verba illa decreti originem habuerit a contractu, & sapiat naturā contractus, intelliguntur posita continuatiuè, & non copulatiuè, adeo quòd non requiratur concursus, sed quòd quodlibet de per se sufficiat, & sic sint duo casus, vnus quando negotium habet originē a contractu,alius quando habet originem ab eo quod sapiat naturam contractus,Bart.l.gallus §.etiam si,ibi ex hoc apparet,dum dicit de substituto cum filijs,& hæredibus ff.de lib.& posth.Fel.d.c.ex parte col.15.ver. Fallit quarto,& ibi Ripa col.16.num.57.ver. sextum signum,& ibi alij Doc. de Rescrip. verba enim debent intelligi,vt euitetur mala gramatica.l.plautius ff.de aur.& arg.leg.

305 Comprobatur etiam ista opinio mea quia rubrica ipsa decreti loquitur in plurali, Et Nigrum eiusdem decreti, postea quàm dixit originem habuerit a contractu, & sapiat naturam contra-

ctus,

ctus, loquitur de vno casu, videlicet quòd teneantur iusdicētes probationes inquisiti volentis probare rem habere originem a contractu admittere absq; eo q se in carceribus cōstituat, ergo ex rubrica præcedenti loquēte in plurali, in quibus casibus &c. Et ex alijs verbis subsequentibus, vt admittantur probationes in quisiti volentis probare rē habere originē a cōtractu, cū nō dicatur volētis probare rē habere originē a cōtractu, & sapere naturā cōtractus, datur intelligi quòd illa verba posita in medio eiusdem decreti, q originē habuerit a cōtractu, & sapiat naturā cōtractus, nō stāt copulatiuè, vt requiratur cōcursus, sed q stāte cōtinuatiuè, vt vnū ex eis sufficiat, alioquin frustra decretū admitteret solū probationē inquisiti, volentis probare rem habere originem a contractu, si requireretur concursus, ergo sufficit vnum ex eis, & ita ex præcedentibus, & sequentibus dici debet. l. si seruus plurium in fi. ff. de leg. 1. Roman. con. 104. Pater ver. præterea & tertio, cum seq. Ripa. d. c. ex parte col. 16. num. 57. in fi. ibi aliud signum colligitur ex sequentibus de rescrip. Et decretum ipsum dum vult Iudicem debere admittere inquisitum volentem probare rem habere originem a contractu debet etiam intelligi quòd debeat admittere ad probandum quòd res sapiat naturam contractus de qua supra facta fuit mentio, vbi istud inquisitus velit probare, etiam quòd non probaret rem habere originem a contractu, Pau. de Ca. con. 427. inherendo puncto col. 2. ver. quod autem appareat vol. 2. l. qui filiabus in prin. ff. de leg. 1.

Et cum de iure communi licet non sit contractus, sed quòd res sapiat naturam contractus excusetur aliquis a dolo, & a pœna criminali, ex quo decretum Iudicis etiam nullum excusat ingredientem possessionem, vt non teneatur de possessione turbata. l. iustè possidet vbi Bar. in fi. & ibi Alex. Ias. & Socin. ff. de acq. pos. & testamentum etiam nullum, licet non sit contractus, sed vltima voluntas, excusat a dolo, & a pœna criminali. l. sed & si lege §. scire ff. de pet. her. l. igitur §. 1. ff. de lib. cau. Sequitur ergo, quòd illa verba, copulatiua decreti originem habuerit a contractu, & sapiat naturam contractus, quòd non intelliguntur copulatiuè, vt requiratur concursus, quia non requiritur concursus, sed intelliguntur augumentatiuè, siuè ampliatiuè, vel disiunctiuè, ita quòd vnum ex eis sufficiat, quòd habeat originem a contractu, vel sapiat naturam contractus, puta quia sit contractus nullus, vel distractus, ex quo ita est etiam de iure communi, saltem in multis casibus, vt non possit procedi criminaliter, Rom. d. con. 104. pater col. 2. ver. Et ad hoc probandum arg. l. 2. C. de Noxal. vbi tex. & 306

Bal.

Bal.& l.sæpe de ver.sig.Et cum decretum ipsum sit factum principaliter in absolutionem reorum,est ita verisimilis mens disponentium,quòd illa verba non stent restrictiuè,sed ampliatiuè, siue continuatiuè,& quòd non requiratur concursus, Ripa d.c. ex parte nu. 55.ver.quartum signum de rescrip.Alex.con.130.attentis,in fi. vol. 2.Io.de Imo.d.Clem.in plerisque de Ellec.

307 Maximè stante quòd natura dictionum copulatiuarum est stare, & copulare inter diuersa glo.& Doc.rub.ff.de iur.& fac.ignor.glo.l. si duo.C.per quas perso.no.acq.Panor.Ripa & Doc.d. ex parte, Ergo illa verba originem habuerit a contractu poterunt intelligi de contractu vero,& alia verba sequentia,Et sapiat naturam contractus,poterunt intelligi etiam de contractu nullo,& etiam de quasi contractu,ac distractu,& iuditio ac donatione, cum ista omnia sapiant naturam contractus, & veniant appellatione contractus in fauorabilibus prout est ipsum decretum,tex.iuncta glo. communiter approbata in Auct.sacramenta puberum,vbi tex.& glo.ver.cõtractibus,& ibi Bart.Pau.de Cast.Ias.Phil.Cor.& Fran. Cur. C.si ad uer.vend.& hoc modo copula stabit inter diuersa secundum & prout est eius proprietas secundum glo. in dicta Rub. ff. de iur. & fac. ignor.

308 Et dato quòd verba ipsa decreti Mediolani, ex negotio quòd originem habuerit a contractu,& sapiat naturam contractus, de quibus dixi superius nu.300.ver.duodecimo quia decretum,deberet intelligi propriè,vt starent copulatiuè,ita quòd requiratur cõcursus, & copula,quòd habeat originem a contractu,& simul sapiat naturã contractus,ita quòd non sufficiat quòd habeat originem a contractu,nisi simul sapiat naturam cõtractus, & etiam nõ sufficiat quòd sapiat naturam contractus,nisi simul habeat originem a contractu, alioquin possit procedi criminaliter,& dicto decreto nõ sit locus, cum regulariter de natura,& proprietate copulæ in omni dispositione,tam legis,ac statuti,quàm etiam hominis ad veritatem copulatiuè requiratur concursus omnium copulatorum l.si heredi plures ff.de cond.inst.§.pen.inst.de her.inst.Ripa d.c.ex parte num.39. ver.ad veritatem,& ibi Abb.& alii de rescrip.Ias.l.1.col.3. ver. circa istam materiam,vbi reprobat Bart.qui voluit contrarium ff. de iust.& iur.glo.in c.1.ver.contra iustitiam de re iud. in.6.& in l. qui mancipia,& ibi Mod.C.de ser.fug.Bart.Soc.& Doc.in l.si.is qui ducenta §.vtrum ff.de reb.dub.vbi volunt istud procedere, tam in copula affirmatiua,vt requiratur quòd omnia affirmatiua cõcurrant, quàm in copulua negatiua, vt requiratur quòd omnia copulata negatiuè concurrant, & sic ne vtrum fiat per text. in lege si quis

quis ita ff. de verborum ob. sequitur Ripa dicto versic. ad veritatem.

Et capiendo istũ sensum decreti, qui etiam mihi placet, quòd illa verba ex negotio quod originem habuerit a contractu, & sapiat naturam contractus, intelligantur copulatiuè, ita quòd requiratur cõcursus alioquin possit procedi criminaliter, & non possit allegari ipsum decretum, vt dixi supra num. 308. ver. Et dato, erit sensus ipsorum verborum decreti copulatiuorum, quòd ita demum aliquis gaudere possit banefitio dicti Decreti, vt non possit procedi criminaliter pro aliqua re, vel causa, seu asserto delicto, quæ, vel quod sumi possit ex negotio, quod originem habuerit a cõtractu, & sapiat naturam contractus, idest dummodo aliquis scienter non excedat limitationem contractus, vel non faciat contra naturã contractus quia tunc non posset allegando contractum gaudere eius & dicti decreti beneficio, ad effugiẽdum iuditium criminale, ex quo scienter excessit limitationem contractus, vel fecit contra naturam contractus, tex. in c. ex eo de reg. iur. in 6. l. alia C. de his quib. vt indig. l. papinianus §. meminisse ff. de inof. test. Exempla autem sunt infrascripta, alia verò cogita ex intellectu tuo. 309

*Limitatio excedi non debet, alioquin decretum locũ nõ haberet, vide infra. nu. 314.*

Cõtracto Matrimonio nullo inter personas prohibitas per ignorantiam facti, si sequatur coitus licet ille coitus sit illicitus in effectu, tamen si est coitus secundum naturam excusatur, & nõ punitur, ex quo res, idest ille coitus illicitus, habet originem a contractu matrimonii, licet nullo, & sapiat naturam contractus Matrimonii, cũ de natura contractus matrimonii sit coire secundum naturam, & in hoc casu verificatur copula, & exemplum dicti decreti, quòd res habet originem a contractu, & sapiat naturam contractus, & non potest procedi criminaliter l. si adulterium cum incestu, & per tot. ipsam legem, & ibi not. Bart. ff. de adult. 310

Sed contracto matrimonio nullo, vel valido, si sequatur ex eo copula carnalis contra naturam, & sic sodomia, licet tale delictum forte habeat originem a contractu matrimonii, quia forte si matrimonium ipsum sequutum non fuisset, talis soddomia inter ipsos cõiuges nũquam fuisset sequuta, ex quo forte nũquam fuissent insimul, tamen ex quo tale delictum sodomiæ, non sapit naturam contractus, imo est contra naturam, non solùm contractus matrimonii, verũ etiam contra ipsam naturam naturantem quæ est Deus, & cõtra naturã naturantẽ naturata, quę est Cœlũ, & cõtra naturã naturatã & eius generationẽ quę est homo, & propter delictũ sodomię & fames, & pestilẽtię, ac terremotus fiãt, & sit pœna vltimi suplitij 311

idest.

ideſt mortis, vt habetur in Auct. vt non luxur. cont. nat. & in l. cum vir nubit in fœminā C. de adult. §. itē lex iulia de adulterijs inſtit. de pub. iud. Et Deús optimus maximus licet ſit miſericors, & ipſa pietas ac miſericordia, pro tali tamen delicto atrociſsimo fecerit funditus ſubuerti Sodomam, & Gomorram, & alia de quibus habetur in Teſtamento veteri Sacræ Scripturæ, pro tali delicto ſodomiæ ſequuto inter coniuges, inter quos ſit matrimonium validum, vel inualidum, licet diceretur forte habere originem a contractu, quia tamen non ſapit naturam contractus, vt ſupra dixi, poſſet procedi criminaliter, non obſtante dicto decreto, Et quod plus eſt, tales ſodomitæ, tam agentes, quàm patientes, deberent comburi, & non excuſantur ex colore matrimonij, cum tale delictum non ſapiat naturam contractus matrimonij, licet forte originem ab eo inter eos habuerit vt ſupra dixi, Et decretum Mediolani ſub Rubrica de pœnis §. ſodomitę, quo cauetur, quòd ſodomitę, tam agentes, quàm patientes igne comburantur, haberet locum etiam contra coniuges inter ſe ſodomitas, & etiam locum haberet decretum ipſum ſiue inter maſculos ſodomia fieret, ſiue inter maſculum, & fœminam ſodomia fieret ſub colore etiā matrimonii, vel ſine colore matrimonii, ex quo propriè loquendo, tam sodomia, quàm peccatum contra naturam dicitur, ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fęmina, vt inquit Dec. in l. ſi qua mulier col. 3. nu. 9. ver. Et incidenter in fi. vbi reprobat Soc. qui voluit ſolùm propriè dici ſodomiam quando fit cū maſculo, & ſi fiat cum fœmina dici pollutionem extraordinariam C. de ſec. nup. Et verior eſt op. Decii quòd propriè loquendo ſodomia dicatur, & pari modo puniatur, ſiue cum maſculo, ſiue cum fęmina fiat, vt voluit Card. in Clem. i. q. 13. de cōſang. & affin. Cotta lib. Memor. ver. pedicones afflic. in conſt. regni lib. 3. rub. 42. & probatur 32. q. 7. c. vſus ibi maſculus, & in fęminis, & in c. adulterii malum ea. ca. & q. Et ſodomitarum bona confiſcantur, & ipſi fiunt infames, & teſtari non poſſunt aut latè conſuluit D. Anaſtaſius Platus Doctor Mediolani in cō. fi. vol. 1. inter con. And. Sic. Barbatię, & D. Nic. Bel. con. 69. circa teſtamentum col. 5. ver. non ob ſecundo. Dec. d. l. ſi qua mulier num. 7. ver. & exemplum, Bal. Auctẽn. inceſtas C. de inceſt. nup. D. Cat. Cotta lib. memor. ver. pedicones.

*Tamen Ex. cell. Senatus Mediol. declarauit bona non cōfiſcari ob ſodomiam, motus quia nulla lex expreſsè hoc dicit, nec. Bal. nec. Dec. nec. Cotta, nec Bellonus, ſed ſolus Platus in d. conſ. fi. fundans ſe quòd ſi ob inceſtas nuptias confiſcantur bona, ergo ob ſodomiam multo magis: tamen Senatus motus fuit quòd ob inceſtas nuptias bona confiſcentur, non tamē capite puniri, & lex ſimpliciter dicit quòd ſodomiti capite puniantur, & cum maiori grauētur pœna debent alleuiari ex bonorum confiſcatione l. eū qui ff. de iure iur. præterea cum uir nub in fœminam. C. de adult. §. & Auct. ut non lux. & §. item lex Iul. de adul. inſt. de pub. cū po-*

*ponant pœnã mortis, & nil dicunt de confisc. & auct. de incest. nup. non loquatur de uit. so- domitico, nec c. cũ scecũdũ. de her. in 6. allegatum per Platũ. d. con. fi. uol. 1. Propterea Senatus declarauit de anno 1563. ut in uol. ordinum, bona ob sodomiam non confiscari, licet sodomitæ testari non possint, nec ea alienari, Platus d. con. fi & Auct. bona damnatorum non confiscat & c. uide supra.*

Aliud quoque exemplum do, Si socius incidat siluam communẽ ceduam, etiam contra voluntatem alterius socij, non potest accusari de possessione turbata, nec pro alia pœna, ex quo cedare siluam cõmunem ceduam, habet originem a contractu, & sapit naturam contractus copulatiuè, Bal. con. 37. ad fi. vol. 5. arg. l. merito, & ibi Andreas de Pomate in apostil. ad Bart. in litera f. in apostil. incip. Merito ad istam, vbi allegat dictum con. Bal. ff. pro Soc. 312

Itẽ si socius habens castrũ, vel domũ in cõmuni pro diuiso vel indiuiso ingrediatur etiã per vim castrũ ipsum, vel domum cuius possessionem ciuilem habeat, vel habere prætendit, ex constituto, vel præcario, validis, vel inualidis, excusatur a pœnis turbatæ possessionis & violentiæ, cum habeat istud originem a contractu, & sapiat naturam contractus, vt habeat partem suam, & contra talem non potest iurari in litem, & idem stante ipso decreto mediolani si adesset quodlibet aliud instrumentum dummodo vis non interueniat, Cepol. conf. 4. visa querela, per tot. Bal. conf. 410. in causa colũ. 2. ver. & ad euidentiam vol. 2. 313

Sed si socius faceret contra naturam cõtractus, licet res haberet originem a contractu, tunc non obstante dicto decreto, ac dicto cõtractu posset procedi criminaliter contra ipsum socium, & contra eum iurari in litem & agi ad pœnas violentiæ, puta si socius noctis tempore velit ingredi castrum commune cum trecẽtum æquitibus, clamando sacco sacco, arma arma, frangendo hostia, Nam licet res ista habeat originem a contractu, non tamen est de natura contractus, Alex. con. 103. videtur vol. 1. Idem si socius velit occupare totam rem, seu totam rem furto subtrahere, teneretur pœna furti, & allijs pœnis criminalibus, ex quo istud est contra naturam cõtractus licet habeat originem a contractu l. si socius ff. de fur. & l. rei communis ff. pro socio, Alexan. d. con. 103. videtur vol. 1. in tali enim excessu scienter facto inest dolus, & ideo potest procedi criminaliter, Ponzinibius in d. trac. in 4. limit. arg. not. per Bald. in l. 1. C. ad. leg. iul. de vi pub. & per glo. in l. si quis in tantam C. vnde vi, Sic & excessus factus se defendendo punitur pœna, saltem extraordinaria respectu eius quòd excessit, Doc. l. vt vim ff. de iust. & iur. 314

Si tamen daretur aliqua iusta, vel colorata causa excessus, tunc excusaretur, puta si socius totũ etiã per vim occupauit, seu totum 315

tene

teneret, pro saluando partem suam paratus dare partem suam alteri sotio, qu otiescunq; pars eius qui totum tenet, vel occupauit esset salua, nam tunc totum tenens, vel occupans non tenetur pœna criminali, nec potest conueniri criminaliter, Bal. d. con. 410. in causa col. 2. ver. & ad euidentiam vol. 2. Cepol. d. con. 4. visa querela col. 6. num. 11. ver. & similiter, & ver. cum ergo.

316 Et sic dato quòd illa verba decreti habuerit originem a contractu, & sapiat naturam contractus stent copulatiuè ita quòd requiratur concursus, prout iste intellectus stare potest, & etiam alius intellectus quòd stet continuatiuè, ex quo lex, vel statutum habens plures intellectus potest allegari in quolibet intellectu quãdo quilibet intellectus probatur per bonas leges, vel rationes aliarum legũ, Bar. & Soc. l. in ambiguo vbi Bart. nũ. 2. ff. de reb. dub. Parisi. c. quoniã cõtra col. 11. ver. tu dicis de prob. Fel. in prin. prohem. decretal.

tur non copulatiuè,sed ordine succesfiuo,ita quòd sola licentia patris sufficiat dum viuit,& eo mortuo sola matris licētia ēt sufficiat, absq; licētia agnatorum, & cognatorum, & etiam absq; patris præmortui licentia,quia decretum ipsum inquit neminem operā dare debere vt puellę nubiles minoris ętatis annorū decē octo & c. sponsalia, vel matrimoniū tractent, vel de facto contrahant sine licentia patris,& matris, vbi tamen mater ad secunda vota non trāsiuerit,ergo verba ipsa sine licentia patris,& matris,non intelligūtur copulatiuè, sed ordine succesfiuo,vt viuente patre, sola patris licentia sufficiat absq,matris licentia,& mortuo patre sola matris licentia sufficiat in contrahendo matrimonia, vel sponsalia cum ipsis puellis,absq; licētia patris præmortui, & absq; licentia agnatorum, & cognatorum, ex quo per illam exceptionem decreti vbi tamen mater ad secunda vota non transiuerit,datur intelligi,quòd decretum loquitur de licentia etiam matris viduę post mortem patris,quia eo viuente non posset transire ad secunda vota,ergo mortuo patre sola matris viduę licentia sufficeret in contrahendo matrimoniū,vel sponsalia,cum ipsis puellis absq; licentia patris præmortui,& absq; licentia agnatorū,& cognatorū,arg.no.per Bart.in d.l.gallus §.quidam rectè col.pen.num.7.ver.quæro quid si testator dicat substituo talem, & ibidē per Ias.nū.29. ver.quinto & vltimo amplia,& num.38.ver.item quęrit ff.de lib.& posth.quem Bar.in dicto loco sequuntur communiter doctores vt sentit D. Ant.Rubeus præceptor meus in d.§.quidam recte col.41. ver. quarta sit conclusio, nam exceptio declarat regulam l.nam quod liquide §. fi. ff. de pen.leg.& cum mater vidua posfit sola dare ipsam licentiā, illā ēt dare poterit mater sola viuente marito suo inutili, patre puellę, puta simplici,aut absente,& vagabūdo,seu dānato ad carceres perpetuo,seu bannito,quia mulier talem maritum inutilem habēs habet priuilegia viduarum,glo.ver.orbitates vbi Bal.in l.fi.C.de plagiar.Fel.c.significantibus col.pen.de offic.del.Cotta.mem.ver. vidua. *Bal.cō.394. statuto communis Papie.uol.3.*

345 Imò quòd notandum,est,dico, quòd verba ipsa eiusdem decreti Medi.dicentis neminem operam dare debere vt puellę nubiles minoris etatis annorum 18.sponsalia, vel matrimonium tractent vel de facto contrahant sine licentia patris ,& matris sub pœna de qua in ipso decreto,quòd intelligi debent quò ad cōmissionem pœnarum decreti,requiratur quod matrimonium vel sponsalitium esset factum cum ipsis puellis copulatiuè,& negatiuè, hoc est sine licentia patris,& matris,ergo si fiat de licentia patris,etiam matre negante,vel de sola licentia matris etiam patei viuente negante, nō

erit locus pœnis eiuſdem decreti occaſione dicti matrimonij, vel ſponſalitij contracti cum ipſis puellis nubilibus, non viduis, minoribus annorum decemocto, de quibus loquitur decretum ipſum, vt cum ius non fiat matrimonium, vel ſponſalitium abſq; licentia patris, & matris, ſub pœna & ita in ſpetie dixit Pet. de Anchar. con. 21. pro ſolutione dubiorum col. 3. num. 8. ver. ſecundo pondera, ad veritatem enim copulę negatiuæ ſine licentia patris, & matris, requiritur quòd neutrum fiat, hoc eſt, quòd nō ſit licentia patris, nec matris, & ſi adſit ſola licentia patris, vel matris non verificatur copula negatiua, & pœna decreti locum non habet, Anchar. d. ver. ſecundo pondera, & dixi ſupra num. 308. ver. dato, in fi. tex. in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem in 2. reſpon. & ibi Doc. ff. de ver. ob. Ripa c. ex parte el 1. num. 39. ver. ad veritatem de reſcrip. Sic & Ciuitas non dicitur carere populo Chriſtiano, & clero, ſi habet vnū ex eis, & aliquis non dicitur carere pane & vino, nec dicitur carere auro & argento, nec dicitur carere ſcientia, moribus, & etate, vbi habet vnum ex eis, licet aliud non haberet, & diſpoſitio, vel ſtatutum loquens in carentibus prēmiſſis, locum non haberet in habenre vnū ex eis, licet alia non haberet, glo. clem. in pleriſq; vbi glo. ver. & populo, & ibi D. Fran. Zabarella Cardinalis col. 2. nū. 5. ver. quero quia dicit, & ibi Imol. de ellec. facit tex. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decē ff. de ver. ob. in 2. reſponſo, Bal. c. 1. co. 1. num. 4. ver. pone, de duobus frat. a capit. inueſt. ſic & ſtante ſtatuto quòd ſi quis tempore mortis caruerit filio, & filia ſuccedat frater, non poterit frater ſuccedere vbi adſit filia, licet nō ſit filius ex quo nō dicitur carere filio, & filia qui habet tantum vnum ex eis, Bal. d. ver. pone Soc. l. ſi is qui ducenta §. cum ita col. fi. in fi. ff. de reb. dub. & hoc maxime procedit in legibus, & ſtatutis, ac decretis pœnalibus, in quibus requiritur, ad hoc vt quis poſſit puniri, quòd omnia copulatè affirmatiui, concurrāt affirmatiuè, & omnia copulata negatiuè, concurrant negatiuè, alioquin pœna locum non habebit ſi vnum tantum erit, Ripa d. ver. ad veritatem tex. in d. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem ibi idem in contrarium dare ſpondes ff. de ver. ob. facit l. non eſt ſine liberis, & ibi tex. glo. & Alciat. ff. de ver. ſig. vbi dicitur quòd fideicommiſſum, vel conditio, factum, ſeu facta caſu quo aliquis decederet ſine liberi, vel ſine filijs, quòd non procedit, nec verificatur, & ſubſtitutus nō admittitur vbi deceſſerit relicto vno filio, vel filia, quia tunc non dicitur deceſſiſſe ſine liberis, ergo ſponſalia, & matrimonia dici non poterunt contracta ſine licentia patris, & matris, nec ſine conſēſu parentum, vbi licentia aut conſenſus vnius ex ipſis tantum interuenerit, etiam altero inuito, vel ignorante, & ſic tunc pœna decreti

ti locum non habebit, Anch.d.con.21.Cor.con.191.dato vol.2.glo. communiter probata d.clem. in plerisq; ver.& populo, teste Soc.in l.si is qui.c c.§.cum ita col.pen.ver.3. conclusio, ibi ex quibus ff. de re dub.dictio enim fine,& dictio absq; licentia talium, requirit carentiam omnium, alioquin licentia vnius soli facit cessare decreti pœnam, Bal.l.1.col.2.ver.hoc etiam facit C.de cond.inser.

Et parentibus ambobus mortuis, dici posset eisdem rationibus, 346 si ipsis matrimonijs, vel sponsalijs esset licentia vnius agnati tātū, altero agnato inuito, vel ignorante, vel vnius cognati tantum etiā altero cognato ignorante, vel inuito, quòd non possent dicti cōtracta sine voluntate duorum agnatornm, nec cognatorum prout loquitur decretum, ex quo vnus tantum dedit licentiam, ergo pœna decreti non procederet, Anch.d.cons.21.Corn.d.cons.191. glo. d. clem.in plerisq; & d.l.si quis ita, respectu tamen agnatorum,& cognatorum, teneo ex mente decreti requiri licentiam duorum, ita quòd vnius licentia tantum non sufficiat, vbi alter ex eis adsit, quia decretum dicit sine licentia duorum ex proximioribus agnatis &c. & non dicit vnius.l.vbi numerus ff.de testi.soc.d.§.cum ita col.2. ver.& potest esse ratio, maxime cum in prohemio dicat, matrimonia facienda cum interuentu affinim, & dum imponit pœnam vbi fiant sine licentia duorum ex agnatis, vel ex cognatis puellarum, qui sunt affines mariti, datur intelligi quòd duorum agnatorum, vel cognatorum, si adsint, licentia requiritur, aliàs pœna locum haberet, etiam quòd vnus agnatus, vel cognatus tantum licēciam daret, etiam quòd illa verba cum interuentu affinium non obligarēt, arg d.§ cum ita vbi tex.Bar.& Soc. maxime quia si ex agnatis, aut cognatis vnus tantum interueniret alio non requisito, non euitaretur clandestinitas cui decretū obuiare intendit tot.tit.de clā desp.

Verba prohemij decreti matrimonia cum interuentu parētum, 347 & affinium vtriusq; partis facienda, non obligant, quia dictio faciēda est participium, positum absq; verbo sunt,& participia vbi ponuntur sine verbo non inducunt necessitatem vt patet ex Rub. ff. de acq her.& ff.& C.de her.inst.& C de neces.ser.her.instit. Purpuratus in rub.C.de eden.co.2.ver.2.limitat prohemia enim restringuntur ex decisione, Soc.con.122. præstantissime vol. 1.Bal.c.1.de pac.ten.

Si essent legiptimæ cōiecture, vel inditia probabilia matrē velle filiam nubere indigno, vel quòd mater esset inhonesta, vel luxuriosa deberet a superiore, vel pretore puella reponi in monasterio monialium, aut in alio loco honesto ad finem, vt filia viro digno nuberet etiam quòd pater reliquisset curam matrimonio collocā- 348

de qua in ipso decreto intelligitur de vi dolosa, seu de violentia dolosa, non autem de vi, seu violentia, quæ probaretur per accusatum, denunciatū, vel inquisitum fuisse sine dolo, quia cū vna exceptio eiusdem decreti sit de cōtractu doloso, certe alia exceptio decreti, quę loquitur de vi, intelligitur de vi dolosa & nō de vi absque dolo, sicut vna pars alternatiuę secundum aliam intelligitur, & restringitur, & alternatiua cadit inter diuersa equalia, vel parū distantia, tex. Bar. & Soc. l. 1. ff. de reb. dub. Soc. con. 33. post. vol. 3. Ripa c. inter ceteras nu. 34. & 35. de rescrip. Dec. l. si fugitiui col. 3. nū. 35. C. de ser. fug. l. si seruus plurium ff. de leg. 1. Item intelligitur ipsa exceptio de vi dolosa cū armis, aut lapidibus, vel baculis, seu eorū terrore, nō autē vbi simplici verbo fiat contradictio arg. l. 1. §. fi. ibi nō verbotenus, ff. quod quisq; iur. & l. vani ff. de reg. iur. nā l. extat ff. quòd me. ca. intelligitur vbi actus in aliū fuit illatus, Bar. l. 1. nū. 3. ver. pro cuius ff. de tutel. Dec. l. quo tutela §. vi factū ff. de re. iur. nam de iure communi vis non dolosa, & colorata excusatur l. vt vim ff. de iust. & iur. Dec. d. con. 565. clarissima col. fi. in fi. Crau. d. con. 18. Andreas, & pro hoc facit glo. in l. 1. §. ne quid autē per vim vbi glo. ver. constitutionibus, ibi quando vis est facta cum armis, vel sine armis dolo malo, ff. de vi & vi arm. ergo ipsa exceptio decreti loquentis de vi, debet intelligi de vi dolosa arg. glo. in l. sciendum vbi glo. ver. non compelli ff. qui satisd. cog. tex. glo. & Doc. in l. 2. C. de Noxal. act.

351 Agnati autem, seu cognati propinquiores, seu alij quorum licentia, seu consensus, ex forma dicti decreti, seu statuti, in matrimonijs, seu contractibus puellarum, seu mulierum, aut minorum deberet interuenire, si essent suspecti, pro eo qnia eorum vtilitatē quererent, & vtilitatem puellarum, siue mulierum, aut minorum nō quererent, seu alia de causa essent suspecti, deberent remoueri, & alij eorum loco per iudicem, seu per superiorem adhiberi, quia statuta & decreta intelligi debent de non suspectis, Ias. l. 1. §. fuit quæsitum num. 6. ver. 2. adde ff. ad treb. tex. in l. viduæ in fi. vbi Bal. & Doc. C. de nup. facit l. vt gradatim ff. de mun. & hon.

*Idem si essēt absētes, vel fatui, q a alij agnati debēt uocari Ang. con. 333. statuto tuderti no.*

Et quod plus est, dico, quòd si pater, aut mater, agnati, vel cognati, aut alij, quorum licentia, aut consensus ex forma decreti, aut statuti, seu testamenti deberet in matrimonijs, vel sponsalijs, aut contractibus mulierum adhiberi, nollent consentire sine iusta causa matrimonio, seu contractibus vtilibus, seu cōditionē nubendi nō quererēt, aut essent discordes, quòd posset adiri superior, seu iudex qui eos cogere, causa cognita, debebit ad cōsētiendū prę missis, & quęrendū conditionē nubendi, vel suplebit pro

de qua in ipso decreto intelligitur de vi dolosa, seu de violentia dolosa, non autem de vi, seu violentia, quæ probaretur per accusatum, denunciatũ, vel inquisitum fuisse sine dolo, quia cũ vna exceptio eiusdem decreti sit de cõtractu doloso, certe alia exceptio decreti, quę loquitur de vi, intelligitur de vi dolosa & nõ de vi absque dolo, sicut vna pars alternatiuę secundum aliam intelligitur, & restringitur, & alternatiua cadit inter diuersa equalia, vel parũ distantia, tex. Bar. & Soc. l. 1. ff. de reb. dub. Soc. con. 33. post. vol. 3. Ripa c. inter ceteras nu. 34. & 35. de rescrip. Dec. l. si fugitiui col. 3. nũ. 35. C. de ser. fug. l. si seruus plurium ff. de leg. 1. Item intelligitur ipsa exceptio de vi dolosa cũ armis, aut lapidibus, vel baculis, seu eorũ terrore, nõ autẽ vbi simplici verbo fiat contradictio arg. l. 1. §. fi. ibi nõ verbotenus, ff. quod quisq; iur. & l. vani ff. de reg. iur. nã. l. extat ff. quòd me. ca. intelligitur vbi actus in aliũ fuit illatus, Bar. l. 1. nũ. 3. ver. pro cuius ff. de tutel. Dec. l. quo tutela §. vi factũ ff. de re. iur nam de iure communi vis non dolosa, & colorata excusatur l. vt vim ff. de iust. & iur. Dec. d. con. 565. clarissima col. fi. in fi. Crau. d. con. 18. Andreas, & pro hoc facit glo. in l. 1. §. ne quid autẽ per vim vbi glo. ver. constitutionibus, ibi quando vis est facta cum armis, vel sine armis dolo malo, ff. de vi & vi arm. ergo ipsa exceptio decreti loquentis de vi, debet intelligi de vi dolosa arg. glo. in l. sciendum vbi glo. ver. non compelli ff. qui satisd. cog. tex. glo. & Doc. in l. 2. C. de Noxal. act.

351 Agnati autem, seu cognati propinquiores, seu alij quorum licentia, seu consensus, ex forma dicti decreti, seu statuti, in matrimonijs, seu contractibus puellarum, seu mulierum, aut minorum deberet interuenire, si essent suspecti, pro eo quia eorum vtilitatẽ quererent, & vtilitatem puellarum, siue mulierum, aut minorum nõ quererent, seu alia de causa essent suspecti, deberent remoueri, & alij eorum loco per iudicem, seu per superiorem adhiberi, quia statuta & decreta intelligi debent de non suspectis, Ias. l. 1. §. fuit quæsitum num. 6. ver. 2. adde ff. ad treb. tex. in l. viduæ in fi. vbi Bal. & Doc. C. de nup. facit l. vt gradatim ff. de mun. & hon. *Idem si essent absẽtes, vel fatui, q a alij agnati debẽt uocari Ang. con. 333. statuto tudertino.*

Et quod plus est, dico, quòd si pater, aut mater, agnati, vel cognati, aut alij, quorum licentia, aut consensus ex forma decreti, aut statuti, seu testamenti deberet in matrimonijs, vel sponsalijs, aut contractibus mulierum adhiberi, nollent consentire sine iusta causa matrimonio, seu contractibus vtilibus, seu cõditionẽ nubendi nõ quererẽt, aut essent discordes, quòd posset adiri superior, seu iudex qui eos cogere, causa cognita, debebit ad cõsẽtiendũ prę missis, & quęrendũ conditionẽ nubendi, vel suplebit pro

eis cōsentiendo, & dando licentiam in premissis, Corsetus sing. ver. consensus statuto cauetur. c. nullus vbi tex. Abb. & Doc. de iur. pat. Abb. c. relatum de cler. non resid. & in c. 1. de rer. permut. & in c. auaritiæ ad fi. de preb. & in c. quod Dei timorem de stat. mon. & est de mente Bart. in l. si cum dotem §. eo autem tempore ff. sol. mat. & in l. fi. C. de bon. q; lib. & in l. transactione C. de transf. & in l. turpia §. pirma ff. de leg. prima facit. l. si infanti vbi Iason, & Doc. C. de iur. delib. & idem voluit Iason in l. prima col. 7. numero 20. versiculo confirmo C. qui admitti, vbi dicit quòd istud omnes tenent Alex. & Doc. d. §. eo autem tempore, Abb. c. nullus de præsump. Sal. & Doc. l. dudum C. de cont. emp. Fel. c. cum accessissent de const. imo posset impunè cum muliere aut minore contrahi matrimonium, seu contractus fieri vbi licētia aut consensus a premissis fuisset requisita, seu requisitus, & absq; iusta causa non prestita, nec præstitus, quia tunc ipsa sola mulier, seu puella premissa facere poterit, & hæc est com. op. & istud omnes sequuntur, Ias. d. ver. confirmo, & in l. cum spetialis num. 8. C. de iud.

*Dec. c. auaritiæ nu. 14. de preb.*

353 Decretum autem ipsum, & omne aliud statutum volens in matrimonijs, aut contractibus mulierum, seu puellarum, siue minorum requiri licentiā, seu consensum duorū agnatorum, & in eorū defectum duorum cognatorum, non haberet locum quotiescunq; casus accideret quòd puella, mulier, aut minor, nō haberet nisi vnū agnatum, quia ille deberet adhiberi, simul cum vno cognato ex parte matris, & sufficeret, sine dubio, Bar. l. stichum qui meus erit per illum tex. col. fi. num. 5. ver. secundo facit & hæc est com. op. vt ibidem inquit Ias. num. 38. ver. circa secundū ff. de leg. 1. Bal. l. in coniunctione C. de nup. Abb. c. quoties in quarta not. de te, sti. imo si puella, mulier, seu minor, non haberet nisi vnum solum ex agnatis, vel cognatis, & alios ex agnatis, & cognatis non haberet ille solus sufficeret in præstando dictam licentiam, seu consensum in dictis matrimonijs, aut sponsalijs, seu contractibus, etiā quòd decretum ipsum, seu statutum requireret consensum, seu licentiam duorum, Ias. d. l. stichum qui meus erit col. pen. num. 40. ver. tertio addo, Bal. l. 1. in prin. C. vnd. vir. & vx. Pau. de Ca. l. si cum dotem §. patri ff. sol. mat. facit l. non est sine liberis ff. de ver. sig. & tex. in §. quod autem in auct. de non alien. ibi coram duobus architectis aut etiam vno si ciuitas solum vnum habeat, & vlterius dico quòd si mulier, aut puella seu minor non haberet patrē, nec matrem, agnatum, nec cognatū ad consentiēdū quòd non esset locus pœnis, nec dispositioni dicti decreti, nec statuti requirentis.

consensum premissorum, Hypol. de Marsil. sing. 339. cui non conueniunt verba, Bart. l. dies §. prætor ait col. fi. in fi. ff. de dam. inf. sic & statutū loquens de pœna maiori imponenda non habenti pacem non habet locum vbi non est offensus nec hæres a quo possit haberi pax Hyp. d. sin. 339. cui non conueniunt, Bart. con. 167. quod ministrer fratrum de pœnitentia, Fel. in c. nonnulli col. 35. num. 34. in fi. ver. vbi verba de rescrip. & hoc maxime procedit, quia decretum ipsum, & omnia statuta disponentia sub pœna, vt sponsalia, vel matrimonia non fiant absq; licentia seu consensu patris, & matris, & in subsidiū duorum agnatorum, vel cognatorum, videntur facta ne sponsalia, vel matrimonia fiant inequalia, & cū indignis ex quibus patri, & matri, agnatis, seu cognatis fieret dedecus, & iniuria, ergo si non sint in rerum natura pater, nec mater, nec aliquis agnatus, nec cognatus, vel si matrimonium seu sponsalia fierent equalia, & inter pares, seu cum digno, etiam quòd fierent absq; consensu, & licentia premissorum, & cuiuslibet ipsorum, qui essent in rerum natura, decretum ipsum, ac statutum, & eorum pœna locum non haberet, & ita consuluit in specie Pet. de Anchar. con. 21. pro solutione dubiorum col. 2. in fi. num. 6. ver. vel si dicamus valere debet referri, & ver. & hoc casu debet intelligi statutum, scilicet cum filia sine patris, & matris voluntate contraxit cum indigno, secus si cum digno, nam & si fiat gratia à principe, vel statuto hābēti pacem ab offenso, & offensus, & heres nō adsit, gratia locum habebit, absq; pace habita, Bar. d. con. 167. quod ministret Fel. d. ver. vbi verba Hyp. d. sing. 339. cui nō conueniunt, cautius tamen agendo erit tunc & semper pax habenda a dėo per confessionē peccatorū, Bar. d. con. 167. & de honestate a communitate loci delicti, quæ censetur offensa cum interfit rei publicæ delicta non fieri arg. l. ita vulneratus ff. ad l. aquil. 354

Perpetuo notabis quòd stante ipso decreto Mediolani, & stante omni alio statuto, contractū, vel testamento, quibus cauetur quòd matrimonia vel sponsalia fieri debeant, cum præsentia seu cum licentia, aut consilio, vel consensu talium sub pœna &c. quòd si reperitur factum matrimonium, vel sponsalitium, & Fiscus, vel alius agat ad pœnam sub prætextu quod in eo non interuenerit presentia, consensus, consilium, seu licentia eorum a quibus debeat requiri ex forma decreti, statuti, contractus, vel testamenti, puta patris, matris, agnatorum, aut cognatorū, aut aliorū, quòd Fiscus, vel alius qui agit ad ipsam pœnā probare debet ipsam negatiuā quòd consensus, presentia, consiliū, seu licen- *Ias. l. nō solum §. sciēdū ff. de op. no. nunc.*

eis cōsentiendo, & dando licentiam in premissis, Corsetus sing. ver. consensus statuto cauetur. c. nullus vbi tex. Abb. & Doc. de iur. pat. Abb. c. relatum de cler. non resid. & in c. 1. de rer. permut. & in c. auaritiæ ad fi. de preb. & in c. quod Dei timorem de stat. mon. & est de mente Bart. in l. si cùm dotem §. eo autem tempore ff. sol. mat. & in l. fi. C. de bon. q; lib. & in l. transactione C. de trans. & in l. turpia §. pirma ff. de leg. prima facit. l. si infanti vbi Iason, & Doc. C. de iur. delib. & idem voluit Iason in l. prima col. 7. numero 20. versiculo confirmo C. qui admitti, vbi dicit quòd istud omnes tenent Alex. & Doc. d. §. eo autem tempore, Abb. c. nullus de præsump. Sal. & Doc. l. dudum C. de cont. emp. Fel. c. cum accessissent de const. imo posset impunè cum muliere aut minore contrahi matrimonium, seu contractus fieri vbi licētia aut consensus à premissis fuisset requisita, seu requisitus, & absq; iusta causa non prestita, nec præstitus, quia tunc ipsa sola mulier, seu puella premissa facere poterit, & hæc est com. op. & istud omnes sequuntur, Ias. d. ver. confirmo, & in l. cùm spetialis num. 8. C. de iud.

*Dec. c. auaritiæ nu. 14. de preb.*

353 Decretum autem ipsum, & omne aliud statutum volens in matrimonijs, aut contractibus mulierum, seu puellarum, siue minorum requiri licentiā, seu consensum duorū agnatorum, & in eorū defectum duorum cognatorum, non haberet locum quotiescunq; casus accideret quòd puella, mulier, aut minor, nō haberet nisi vnū agnatum, quia ille deberet adhiberi, simul cum vno cognato ex parte matris, & sufficeret, sine dubio, Bar. l. stichum qui meus erit per illum tex. col. fi. num. 5. ver. secundo facit & hæc est com. op. vt ibidem inquit Ias. num. 38. ver. circa secundū ff. de leg. 1. Bal. l. in coniunctione C. de nup. Abb. c. quoties in quarta not. de test. imo si puella, mulier, seu minor, non haberet nisi vnum solum ex agnatis, vel cognatis, & alios ex agnatis, & cognatis non haberet ille solus sufficeret in præstando dictam licentiam, seu consensum in dictis matrimonijs, aut sponsalijs, seu contractibus, etiā quòd decretum ipsum, seu statutum requireret consensum, seu licentiam duorum, Ias. d. l. stichum qui meus erit col. pen. num. 40. ver. tertio addo, Bal. l. 1. in prin. C. vnd. vir. & vx. Pau. de Ca. l. si cum dotem §. patri ff. sol. mat. facit l. non est sine liberis ff. de ver. sig. & tex. in §. quod autem in auct. de non alien. ibi coram duobus architectis aut etiam vno si ciuitas solum vnum habeat, & vlterius dico quòd si mulier, aut puella seu minor non haberet patrē, nec matrem, agnatum, nec cognatū ad consentiēdū quòd non esset locus pœnis, nec dispositioni dicti decreti, nec statuti requirentis.

con-

consensum prĕmissorum, Hypol.de Marsil.sing.339. cui non conueniunt verba, Barr.l.dies §.prætor ait col.fi.in fi.ff.de dam.inf.sic & statutū loquens de pœna maiori imponenda non habenti pacem non habet locum vbi non est offensus nec hæres a quo possit haberi pax Hyp.d.sin.339. cui non conueniunt, Barr.con.167. quod minister fratrum de pœnitentia, Fel.in c. nonnulli col.35.num.34. in fi.ver.vbi verba de rescrip.& hoc maxime procedit, quia decretum ipsum, & omnia statuta disponentia sub pœna, vt sponsalia, vel matrimonia non fiant absq; licentia seu consensu patris, & matris, & in subsidiū duorum agnatorum, vel cognatorum, videntur facta ne sponsalia, vel matrimonia fiant inequalia, & cū indignis ex quibus patri, & matri, agnatis, seu cognatis fieret dedecus, & iniuria, ergo si non sint in rerum natura pater, nec mater, nec aliquis agnatus, nec cognatus, vel si matrimonium seu sponsalia fierent equalia, & inter pares, seu cum digno, etiam quòd fierent absq; consensu, & licentia prĕmissorum, & cuiuslibet ipsorum, qui essent in rerum natura, decretum ipsum, ac statutum, & eorum pœna locum non haberet, & ita consuluit in specie Pet. de Anchar.con.21. pro solutione dubiorum col.2. in fi.num.6.ver.vel si dicamus valere debet referri, & ver. & hoc casu debet intelligi statutum, scilicet cum filia sine patris, & matris voluntate contraxit cum indigno, secus si cum digno, nam & si fiat gratia à principe, vel statuto habēti pacem ab offenso, & offensus, & hęres nō adsit, gratia locum habebit, absq; pace habita, Bar.d.con.167.quod minister Fel.d.ver.vbi verba Hyp.d.sing. 339.cui nō conueniunt, cautius tamen agendo erit tunc & semper pax habenda a dēo per confessionē peccatorū, Bar. d.con.167. & de honestate a communitate loci delicti, quæ censetur offensa cum interfit rei publicæ delicta non fieri arg. l.ita vulneratus ff.ad l.aquil.

Perpetuo notabis quòd stante ipso decreto Mediolani, & stante omni alio statuto, contractū, vel testamento, quibus cauetur quòd matrimonia vel sponsalia fieri debeant cum præsentia seu cum licentia, aut consilio, vel consensu talium sub pœna &c. quòd si reperitur factum matrimonium, vel sponsalium, & Fiscus, vel alius agat ad pœnam sub prætextu quòd in eo non interuenerit prĕsentia, consensus, consilium, seu licentia eorum a quibus debeat requiri ex forma decreti, statuti, contractus, vel testamenti, puta patris, matris, agnatorum, aut cognatorū, aut aliorū, quòd Fiscus, vel alius qui agit ad ipsam pœnā probare debet ipsam negatiuā quòd consensus, prĕsentia, consiliū, seu 354 *Ias.l. nō solum §.sciēdū ff.de op.no. nunc.*

licentia predictorum non interuenerit probando quòd illi quorũ presentia, seu licentia requiri debebat erant absentes in alio loco, alioquin si non probetur ipsa negatiua, matrimonium præsumeretur ritè, ac rectè factum, & celebratum cum presentia consensu, consilio, aut licentia eorum a quibus talia requiri debent, & ita in spetie consuluit Aimo Crauetta con.1. Gulielmeta nu.7. ver. venio ad tertiam, Corn. con.250. viso in fi. vol.1. & con.11. pro decisione col. pen. ver. item alias & con.42. in hac num.11. vol.2. & con.89. viso col.4. ad fi. ver. quod & tertio vol.3. & con. 145. in suprascripto col. fi. ver. item regula vol.4. & con.42. visis vol.1. D. Io. Oldendorpius trac. de probat. num.10. ver. neganti solemnitatem, Excellens, & acutissimus Doctor doctissimus D. Sebastianus Vantius Ariminensis patritius in tract. de nullitatibus processuum, ac sententiarum in rub. a quo, & quibus modis possit, & debeat nullitas probari num.1. ver. pro resolutione, & num. 2. ver. proponens, tex. in l. ab ea parte ff. de probat. Gratus con. 42. visis num. 15. & 16. vol. 1. & facit vulgata regula iuris, quòd ille qui se fundat super negatiua, tenetur illam probare cùm sit fundamentum eius intentionis, l. si quis C. de fabricen. lib. 10. l. hoc iure & l. in illa vbi Bart. col. 2. nũ. 5. ver. & do regulam & ibi Alex. Ias. Ripa & alij. ff. de ver. oblig. tex. Bar. & Doc. l. pen. §. docere ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. & in l. optimam C. de con. & com. stip. & in l. ita stipulatus ver. quòd si ab initio ff. de ver. ob. C. vt circa, & c. si forte vbi glo. ver. defectum de Ellec. in 6. c. 1. de confes. in 6. & est communis op. quòd fundans se in negatiua siue agendo, siue excipiendo, siue sit negatiua facti, siue iuris quòd tenetur illam probare ita dicit Ias. in d. l. in illa col.4 num.14. ver. extra glo. vbi etiam Alex per Bal. & Doc. l. actor quod asseuerat per illum tex. C. de prob. & debet negatiua cõcludenter & necessario, & coarctata loco, & tempore probari, alioquin non releuat probantem, tex. & Doc. d. l. optimam & d. l. actor.

355 Pro ista op. facit etiam alia regula iuris qua dicitur, quòd qui intentat legem, vel statutum, aut decretum, debet capitulare, & probare qualitates omnes legis, ac statuti, seu decreti, alioquin succumbit, & ideo si statutum, vel decretum prout est decretum Mediolani sub Rub. de raptu mulierum, puniat rapientem mulierem honestam, vel eidem vim inferentem, ista qualitas quod mulier esset honesta tempore raptus, aut vis, debet per Fiscum, vel accusatorem probari, alioquin pœna statuti, & decreti locum non haberet, Hyp. de Mar. sing.187. qualitas, Cepol. con.57. Franciscus col. fi. ver. postremo, tex. in l.4. §. docere

§.docere ff. vi bo. rap. Alex. conf. 82. in causa col. secunda versic. pro hoc vol. primo. Hyp. de Mar. cons. 38. in causa, & pro hoc facit quia decretum ipsum vult, vbi mulier sola habitauerit, & per duos testes esse honestę vitæ probetur, quòd non possit probari contrarium, & sic datur intelligi ex ipso decreto quòd ipsa muliere esset honestæ vitæ, quod debet probari per Fiscum, vel accusatorem, sic etiam qualitas d. decreti quòd mulier habitaret cum patre & c. debet probari per Fiscum, vel accusatorem, Hyp. d. sing. 187. non tamen euadet pœnam saltem arbitrariam rapiens mulierẽ inhonestam, vel ei vim inferens, etiam quòd esset meretrix vt constat ex d. decreto sub Rub. de raptu mulierum §. ceterum omnes, & idem de iure communi Mathesil. not. 102. nota vnum, & est verissimum quòd agens ex conditione legis, vel statuti, aut decreti, vel super eis se fundans etiam excipiendo quòd tenetur articulare, & probare omnes eius qualitates, alioquin succumbit, Io. And. in c. primo col. secunda versic. vnde pro hoc, de homicid. in 6. vbi dicit quòd ad hoc vt sit pœna, d. c. i. imposita contra occidentem, vel occidi facientem christianum, debet probari illa qualitas, quòd occisus esset Christianus, alioquin fiscus, seu actor, vel accusator, non probans qualitates omnes legis, statuti, aut decreti super quo se fundat succumbit, & idem voluit Soc. consilio 55. pręstantissimè col. prima vol. primo, nam quando statutum, seu decretum, seu lex loquitur, seu profert aliquid cum certa qualitate, debet vtrumq; probari, scilicet illud, & qualitas, & si illud, & qualitas non probetur per illum qui super eis se fundat, non habet locum eorum dispositio, Bart. l. 1. §. quod autem ait pretor ff. ne quid in flum. pub. per illum tex. Dec. con. 223. viso col. prima. numero 2. & con. 251 superioribus, col. 2. numero 2. ver. & hoc idẽ, Bar. l. denontiasse §. quid tamen nũ. 2. ver. Item ff. de adul. & in casu dicti decreti, & statuti similis quòd omnes eius qualitates debeant per Fiscum vel per alium qui super eis se fundat probari, alioquin quòd non habeat locum eorum pœna consuluit Grat. con. 42. visis col. 2. num. 15. & 16 vol. 1.

Sequitur D. Io. Hier. Albanus cons. 39. Deo opt. Max. inuocato, Magnifice in fi. num. 16. uer. Statmen

Io. de Arnono caut. 25. uos. Alciat. tract. præsump.

356 Ergo cùm decretum ipsum dicat neminem operam dare debere, vt puellę nubiles minoris etatis annorum 18. quę tamen viduę non sint, sponsalia vel matrimonium tractent, vel de facto contrahant sine licentia patris, & matris, vbi tamen mater ad secunda vota non transiuerit, & in subsidium duorum ex proximioribus agnatis, & in defectũ cognatis, sub pœna de qua in decreto vbi cõtrafiat: est clarum de iure, quòd decretum ipsum, & eius pœna locum nõ ha-

habebit, nisi fiscus, vel actor, seu accusator, & quilibet agens, vel excipiens vigore d. decreti vt pœnę d. decreti locum habeant, probauerit omnes præmissas qualitates dicti decreti simul, & semel, & copulatiuè interuenisse in eisdem sponsalijs, & in eodem matrimonio, adeo quòd requiritur ipsorum omnium concursus, & ipsorum omnium probatio copulatiua, ita quòd si vna ex ipsis qualitatibus deficeret, & non probaretur, pœna dicti decreti locum nō haberet, etiam quòd aliæ qualitates probarentur, maxime cum ex ipso decreto vbi non adsit ipsa licentia inducatur delictum, quòd non est delictum de iure communi, & sic per Fiscum, vel alium agentem ad pœnas dicti decreti debet probari qualitas quòd puella esset nubilis, & item qualitas quòd esset minor annorum decemocto, & quòd non esset vidua, & quòd matrimonium, vel sponsalia sine licentia præmissorum, contra formā decreti tractata, vel contracta fuerint, & nisi prædicta omnia per fiscum, vel alium agentem ad ipsas pœnas decreti, simul & semel copulatiuè probentur, ita quòd vna qualitas etiam sola non probaretur, etiam quòd aliæ omnes probarentur pœna dicti decreti locum non haberet ita inquit Pet. de Anchar. con. 271. de titulis criminum col. 2. ver. secundo probatur, & ver. iste autem qualitates vt quis, & ver. istæ autem qualitates contrariæ, facit l. si heredi plures ff. de cond. inst. & c. licet causam de prob. glo. c. 1. ver. contra iustitiam de re iud. in 6. Ias. l. 1. col. 1. ver. regula ergo, & ver. tertio adde, & col. secunda ver. quarto adde cum seq. ff. de iust. & iur. punctus enim habetur loco copulæ, Doc. Bart. & Bal. l. cum duobus §. si in coeunda ff. pro Soc.

357 Ergo agens ad pœnam dicti decreti debet probare ipsam negatiuam quòd non interuenit ipsa licentia, vt dixi supra num. 354. ver. perpetuo notabis, & item debet probare quòd puella esset nubilis, hoc est. apta ad nubendum idest saltem annorum duodecim, quia tunc, & non ante dicitur nubilis, & si esset minor annorum duodecim non valeret matrimonium, & licet pœna decreti tunc locum non haberet, ex quo verba decreti in ipso casu non conuenirent, cùm non posset dici puella nubilis, deberet tamen cōtrahens cum ipsa minore annorum duodecim alia pœna acrius puniri, glo. instit. de nuptijs vbi glo. in prin. ver. potentes, & ibi Ang. Aret. & alij.

358 Probare ēt tenetur Fiscus, vel alius agēs ad pœnā decreti puellam tēpore contractorū sponsalium, & matrimonij fuisse minoris ætatis annorū decemocto, quia decretū prohibēdo matrimonia, & sponsalia fieri cū minore annorū decemocto absq; licentia videtur con-

concesfisse premissa fieri posse absq; licentia ubi puella haberet decimum octauum annum completum tantum, & non vltra, vel haberet alios annos, vel menses, aut dies vltra decimum octauum annum, ex quo tunc non posset dici minor annorum decemocto. l. cum prætor ff. de iud. & hoc etiam per argumentum a contrario sensu. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. glo. in ver. si alicui in §. aliud quoq; capitulum in auct. vt cum de Appel. cog. facit l. 2. §. fœminas vbi tex. & glo. ver. octauum decimum C. de his qui ven. etat. imp. & in matrimonio, vel sponsalijs contracto absq; ipsa licētia cum puella habente decimum octauum annum completum ætatis suæ, & non vltra, vel habente tempus vltra decimum octauū annum, non conueniunt illa verba dicti decreti puellę nubiles minoris etatis annorū 18. ex quo non est minor annorum decemocto, ergo non conueniet dispositio decreti, & eius pœna locum nō habebit, in sponsalijs vel matrimonijs cōtractis absq; licētia eorū de quibus in ipso decreto cum ipsis puellis habentibus decimum octauum annum completum, & non ultra, vel illum excedentibus l. dies §. prætor. ait vbi Bar. col. fi. in fi. ff. de dam. inf. ergo Fiscus vel alius agens ad pœnam dicti decreti tenetur probare quòd puella esset minor annorum decemocto, cum sit fundamentum eius intentionis, Bar. l. de ętatę col. 5. in fi. num. 12. ver. sumus expediti in fi. ff. de min. glo. l. si minorē. C. de in integ. rest. min. alioquin matrimonium & sponsalia facta cum ipsis puellis absq; licētia præsumerentur facta tempore licito, hoc est tempore quo puellæ fuissent annorum decemocto completorum vel vltra, & sic puellæ prę sumerentur fuisse in ipsa ætatę annorum decemocto completorū, vel etiam vltra, Bar. Alex. Ias. & Doc. l. non solum §. sed vt probari ff. de op. no. nonc tex. in c. in præsentia ibi nec ex aduerso probetur quòd vtriusq; oblationis tempore fuerit minor, & ibi not. Abb. Fel. Parisius & alij de prob. Calder. consilio 5. quis ; sub Rub. de prob. posset tamen iudex ex aspectu causa cognita pronuntiare minorem esse puellam annorum decemocto, & tunc deberet appellari, vel probari maior ætas, Bar. d. ver. sumus expediti, & eisdē rationibus dico quòd agens ad pœnam dicti decreti sub prætextu matrimonij contracti cum filiofamilias minore annorum viginti, quòd tenetur probare ipsam minorem ætatem annorum viginti tempore contracti matrimonij. alioquin quòd filiusfamilias præsumeretur esse saltē annorū viginti cōpletorū, vel ēt vltra, quo casu pœna decreti locū nō haberet, imo filijfamilias in medio vltimi diei annorum viginti, & puellæ in medio vltimi diei annorum decemocto non poterūt dici minores annorū viginti, nec decemocto ergo

ergo tunc cum eis impunè contrahi poterunt sponsalia, & matrimonia absq; licentia, & consensu eorum de quibus in decreto l.1. ff. de manumission. l. quæ etate ff. de testa. Abb. c. attestationē nū. 7. de desp. imp. Sum. Rosel. ver. matrimonium. 2. ver. vtrum.

359 Item agens pœnas eiusdem decreti tenetur probare quòd ipsa puella minor annorum 18. esset non vidua prout loquitur decretum, & sic tenetur probare ipsam qualitatem decreti, Io. And. d. c. 1. de homicid. in 6. & dixi supra num. 355. ver. pro ista, alioquin si esset puella vidua etiam minor annorum decemocto, cum qua absque ipsa licencia matrimonium, & sponsalia facta fuissent, locū non haberet pœna decreti loquētis vt absq; licentia præmissa non fiant cum puella minore, quę tamen vidua non sit, quia a contrario sensu, si est vidua decretum non requirit ipsam licentiam l. 1. ff. de offic. eius cui man est iurisd. l. cum prætor ff. de iud. Bart. d. l. dies §. ptor ait col. fi. in fi. nū. 25. ver. vltimo nota ff. de dam. inf. glo. d. ver. si alicui, Gratus d. con. 42. visis num. 17. ver. quarto probatur vol. 1. arg. l. si idem C. de cod.

360 Et si ex forma dicti decreti Mediolani, vbi puella minor annorum decemocto esset vidua, possent impunè fieri sponsalia, & matrimonia cum ea absq; licentia patris, & matris, agnatorum, & cognatorum, multomagis præmissa sponsalia & matrimonia fieri possent impunè absq; licencia præmissorum cū puella minore annorum decemocto non vidua, vbi talis puella staret in postribulo, vel esset meretrix, vel inhonesta, quia leges, statuta, & decreta, punientia mulieres propter secundas nuptias, vel eis aliquid auferentia, seu lucrum, vel præmium, non dantia, aut auferentia aut eorum auxilium non dantia, habent locum multomagis contra mulieres seu puellas meretrices, vel inhonestas, tex. Bald. & Doc. in auct. eisdem pœnis C. de sec. nup. glo. ver. nuptijs in auct. Sacramēto & ibi Bar. Bal. & Doc. C. quan. mul. tut. offic. fun. pot. & est com. op. Fel. c. significantibus col. pen. de offic. del. meretrices enim trahere de lupanari, & accipere in vxorem proficit ad remissionem peccatorum c. inter opera de spon. nam & Oseas Propheta duxit meretricem in vxorem, & illam ex mala bonam fecit, & qui hoc fecerit non est culpandus, sed laudandus, nec tenebitur ad pœnas dicti decreti. c. non est culpandus Oseas Propheta 32. q. 1. faciūt not. per Alber. in diction. ver. meretrix, facit tex. & glo. in l. si ea quę C. de adulter. solemnitas enim iuris humani, & sic dicti decreti in dispositione ad pias causas cessat, puta quando aliquis ducit puellā meretricem in vxorē vt bonam reddat, & amplius nō peccet, Abb. con. 11. in causa num. 1. vol. 1. c. relatum de testam. quæ enim spiritu

tu Dei aguntur non sunt sub lege humana c. licet de regular. & c. duo sunt 19.q.11.Abb.d.con.11.col.1.videtur enim,tunc redemptū corpus, & anima puellæ a peccato, & a diaboli captiuitate, ergo cessat decreti solemnitas, & pœna l. sancimus C.de Sac. Ecc.

Mater etiam si ex forma eiusdem decreti amittit authoritatem dandi licentiam in sponsalijs,& matrimonijs puellam filiarum sua rum minorum annorum decemo&o,vbi mater ad secunda vota trā siuerit,tantomagis censetur authoritatem dandi ipsam licentiam amittere,vbi mater esset meretrix,vel inhoneste,& luxuriosè viueret,glo.d.auct.Sacramentum ver.nuptijs vbi Doc.C.quan.mul.tut. offic.fun.pot.tex.& Doc.d.auct.eisdem pœnis.C.de sec.nup.omnia enim priuilegia inducta a iure comuni, statutis, & decretis, & ex dispositionibus hominum in fauorem viduarum,non procedunt in viduis meretricibus, seu luxuriosè, & inhoneste viuentibus, & est com.op.quia illę non gaudent priuilegio viduarum,Fel.c.significā tibus col.pen. de offic. del. Mar.Soc. & Doc. in c. ex tenore in fi.de de for.comp.Alciat.l.malum §.viduam ff de ver.sig.tex.in § quę vero vbi Doc.in auct.de nup. glo. & Doc. d. auct. Sacramentum,& d. auct.eisd em pœnis,& matri luxuriosę,& alij mulieri inhonestę, & luxuriosè viuenti posset a Iudice non solum prohiberi ipsa licētia, verum etiam posset illi interdici bonis proprijs eiusdem mulieris luxuriosę ne super illis contraheret l. & mulieri ff. de cur. fur. vel alijs ex. min. dan. D. Thomas Ferracius de Aduocatis de Brixia caut.6. & prædicta nota ad intellectum statutorum, quæ in causis viduarum volunt procedi summariè, vel volunt credi eorum iuramento super interesse eorum dotis, vel eis taxant interesse super earum dotibus,quia non procedunt in viduis inhoneste viuentibus ipsa statuta,Fel.d.c.significātibus col.pē.Soc. d. c.ex tenore,d.auct. eisdem pœnis, sic & decretum Mediolani sub rub. de bonis ad cridas ponendis dans terminum sex mensium viduis præsentibus pro dotibus,vel rebus parafernalibus ad contradicendum cridis, non haberet locum in vidua meretrice,seu inhoneste,& luxuriosè viuē te,quia illa non gauderet priuilegio viduarum, & deberet contra dicere pro ipsis dotibus, & parafernalibus ipsis cridis in termino trium mensium vbi esset præsens sicuti alij pręsentes tenentur con tradicere,Fel.d.c.significantibus col.pen.ver.item no. quòd priuilegia de offic.del Alci.d.§.viduam,Soc.d.c.ex tenore l.his solis vbi tex.Bar.& Sal.C.de reuoc.don.& est com.op.& istud omnes tenent vt dicit Fel.d.c.significantibus.col.pen.de off.del.decretum etiam ipsum in d. §.matrimonia, & omne aliud statutum Christianorū, requirens in matrimonijs,& sponsalibus, aliquam licentiam, aut: 361

com-

vel sponsalijs, aut contractibus essent iudei, vel infideles, aut heretici, maxime vbi ipsę puellæ, vel filii familias essent Christiani, aut vellent effici Christiani, & Catholici, nam tunc consensus, & licentia ipsorum patris, & matris, ac agnatorum, & cognatorum non deberent requiri in ipsis sponsalijs, & matrimonijs, & contractibus maxime contrahendis cum catholico, & Christiano, tum quia ipsorum iudeorum, & infidelium, ac hereticorum conuersatio, & consilium debet euitari ne ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinent, c. ad hęc iu fi. de iude. Ias. Rub. ff. de iust. & iur. col. fi. ver. sed quia Christianis moribus non conueniret, tũ etiã quia si vbi agnati, vel cognati propinquiores quorum licentia, vel consensus requiritur ex forma statuti, seu decreti in contractibus, vel matrimoniis essent suspecti, ne ob commodum peccuniarium iustè non consulant, vel ne, vt ipsi succedant, non querant puellas matrimonio copulare, possent pro suspectis recusari, & alii agnati, vel cognati eorum loco deberent adhiberi, tex. Bal. & Doc. in l. viduæ in fi. C. de nupt. quanto magis iudei, heretici, & infideles, parẽtes agnati, & cognati, non debent requiri pro ipsa licentia, vel consensu, quia cum sint infideles Deo, erunt multomagis infideles hominibus c. non pốt. 7. q. 2. c. testimonium vbi tex glo. & Fel. de testi. maxime ne retraherent puellas mulieres, & minores a sancta Fide Christiana, & Catholica, arg. §. sed hoc præsenti in auc. ẽ. de sanctis. Epis. facit d. c. gaudemus, & ibi glo. ver. constitutionibus de diuor. & c. 1. de iude. & tit. C. ne christ. mancip. her. vel pag. vel iud. hab. Nam iudeus non potest esse tutor Christiani, Bar. & Ias. & Mod. d. Rub. ff. de iust. & iur. Io. de Ana. rub. ex. de iude. imo non posset iudeus etiã esse curator Christiani, io. de Anan. d. rub. de iude. facit auct. statuimus de epis. aud. & Auct. credentes, & auct. gazaros & per tot. tit. C. de heret. & §. generalem autem prouidentiam in auct. vt cum de appel. cog. Imo filij, & filiæ effecti Christiani alimenta, legiptimam, & dotes, & donationes propter nuptias petere poterunt, & ad eas dandas parentes iudei, vel infideles in eorũ vita debent astringi d. §. generalem tex. d. c. iudei el. 2. vbi Io. de Ana. & alii de iude. Imo omnia bona parentum iudeorum, vel hereticorum, & infidelium tam ex testamento quàm ab intestato debẽt peruenire ad solos filios, & filias effectos christianos adeo ꝙ parẽtes ipsi cõtrariũ disponere non possũt l. cognouimus & auct. idem est. C. de heret. & d. §. generalem. 364

Decretum autẽ ipsum dicẽs quòd mulier sub pœna nõ ducat in maritũ filiũ familias minorẽ annorũ viginti absq; cõsẽsu patris lo

cum

tione col.3.ver.& hic.& ver.item etiam;l.in ſponſalibus §.1.ff. de ſpó.l.2.§.volútate ff.ſol.ma.not.in l.ſi quis mihi bona §.iuſtum vbi Bar.& Iaſ.num.32.ver.tertia concluſio ff.de acq. her.

Reſpectu vero ſponſalium, & matrimonij puellarum decretũ ipſum requirit licentiam patris,& matris,& in ſubſidium duorum agnatorum,& in defectum cognatorum, ergo licentia debet precedere adeo quòd non ſufficit quòd ſubſequatur, vt dicit decretũ, & idem de iure communi vbi requiritur licentia quòd debet prçcedere,& non ſufficit quòd ſubſequatur Bar.Iaſ.& Doc.d.§. iuſsũ, Abb.c.licet num.11.de regular.& vbi requiritur licentia intelligitur de expreſſa,ita quòd non ſufficiat tacita,Io. And. Archid. Anchar.Fran.& alij in c.ſi abbatem de ellec in 6.Bal.& Doc.l.fi.§.licẽtia C.de bo.q;lib. Alb.de Roſ.in dic.ver.licẽtia,& eſt com.op. Corſet.ſing.ver.licentia,fauore tamen matrimonij crederem ſatis dici licentiam eſſe datam ſi parentes agnati & cognati ſunt præſentes matrimonijs,vel ſponſalijs, & non cõtradicentes, niſi forte nõ contradicerent ob timorem veriſimilem,quia tunc non cenſentur dare licentiam, arg.not. per Fel.in c. nonne col.2.num.8. ver. fallit ſecundo de prçſump.& not.in c.1.de deſpon.imp. 366

Præmiſſa omnia quç deduxi ad declarationem ,& limitationẽ dicti decreti,deduxi motus fauore matrimonij,& vt quilibet iudex melius habeat pro veris ipſas limitationes per me datas ad ipſum decretum in d.§.matrimonia,ad cautelã abundantem videre poterit ea quç de ipſo decreto, & ipſis ſtatutis valeant, an vero non valeant dicit Alex.con.97.principalis vol.1.& Fran.Cur.ſen.conſ. 27.magnificus,Abb.c.1.col.pen.ver. & hæc faciunt ibi & placet mihi,& Fel.col.5.num.9.ver.2.quid,ibi & quantum & col.6. num. 13. ver.quarta declaratio de ſpon.per illum tex.Dec.con.231.viſo col. 2 num.2.ver.& ad confirmationem Sũ.Angel.ver.matrimonium.2. ver.impedimentum.17.ver.vtrũ ſtatutum patriæ ibi eſt magis cõ. op.conſulo tamen ad cautelã quòd ſeruetur decretum adhibendo licentiam eorum de quibus in ipſo decreto , etiam in caſibus qui busdixi non eſſe neceſſariam,quia ubi eſt conſenſus eorum ceſſat omnis ſuſpitio metus, ac doli,Iaſ.l. polla C. de hisquib. ut indig. & ceſſat ſuſpitio ne puellæ ſeducantur ad renonciandum hæreditatibus,vel bonis ſuis dum contrahunt matrimonium clandeſtinum, ob quam ſuſpitionem etiam cenſetur factum ipſum decretum,glo. Hoſtiẽ.Anchar.Abb.& alij Rub.de cla.deſp. cenſetur etiam factũ decretum ne puellæ & filij.fam.contrahant matrimonia cum indignis,vel infamibus,ſeu turpibus perſonis,ergo ſi contrahant illud cum dignis,vel cum ſuis equalibus etiam ſine licentia ,& ſine cõ- 367

M ſen-

sensu patris, & aliorum de quibus in decreto, cessabit ipsum decretum, & eius pœna locum non habebit tam respectu damni, quàm lucri quod aufert, & est magis com.op. Alex cō.97. principalis col. 3. ver. vnde concludit, & ver. facit, & ver. vnde cum, & ver. cessat enim, vol.1. Ac etiam factum ne minis, ac blanditijs, & pollicitationibus indebitis puellę seducantur, Cotta memor. ver. statuta Italię quæ disponunt, ergo si absq; lesione puellarum, & sic absque earum renuntiationibus de eorum bonis factis, & absq; minis, & blanditijs, & seductionibus, & absq; indebitis, & non veris pollicitationibus sponsalia & matrimonia in casu aliàs licito contrahantur cum equali, & sic digno etiam absq; licentia eorum de quibus in ipso decreto, cessabit decretum, & eius pœna, Anchar.d con.21. pro solutione col. 2. in fi. ver. vel si dicamus, & col.3. in prin. ver. & hoc casu debet, Gratus d. con 42. visis vol.1. & dixi supra de prædictis omnibus, in quibus, & alijs, remitto me semper iuditio Excellentissimi Senatus Mediolani, & tu aduocate semper consulas ad cautelam abondantem debere adhiberi licentiam eorum de quibus in decreto, vbi agitur de matrimonio, aut sponsalijs contrahendis, etiam quòd casus sit licitus absq; licentia, ne possit dici tibi, quòd vbi agitur de licentia petenda, aut habenda a superiore quòd debeat peti etiam in casu aliàs licito, ex quo superior censetur sibi reseruasse cognitionem an casus esset licitus, vel non, Abb. c. vt super col. pen. num.17. ver. si vero fuerit, de reb. Ecc. alien. vel non, sed vbi matrimonia, vel spōsalia iam sint cōtracta absq; ipsa licentia deducere poteris pro defensione matrimonij, & sponsaliū contractorum absq; licentia, limitationes meas, & dicere quòd licentia patris, & matris, agnatorum, & cognatorum non requiritur tamquàm licentia superiorum prout est in casu, Abb. in d.c. vt super, sed requiritur ad finem ne sponsalia, vel matrimonia fiant cum indignis, qui parentibus agnatis, & cognatis iniuriam afferent ex tali matrimonio, vel sponsalitio inequali, ergo vbi matrimonium, & sponsalitium esset equale cessaret pœna dicti decreti, Pet. de Anch. d. cō.21. pro solutione col.2. ver. vel si dicamus. Grat. con 42. visis vol.1.

368 Sed vt opus per me ceptum in materia iuramenti in litem, deo dante perfitiam, reuertendo ad propositum de quo dixi supra nū. 253. ver. fallit in casu, & num.268. ver. sed redeundo, dico quod ēt si tutori, & curatori relicta fuisset liberatio a reddenda ratione, & a confectione inuentarij, & libri rationum, cum legato eius omnis in quod eos condemnari contingeret, quòd respectu veri doli in faciendo commissi, non valet talis liberatio, & legatum, & iura-

rari in litem poterit nihilominus contra eos pro dolo vero in faciendo commisso, seu pro dolo vero, cum sit com.op. quòd tutor, ac curator, non obstantibus dictis liberatione, & legato, teneantur de dolo in faciendo commisso, & ad reliquorum consignationem, & pro eis rationem reddere, & pro ipso dolo in faciendo commisso possit contra eos in litem iurari, & vbi tutor ac curator bona minorum dilapidant, vel in proprium vsum consumunt, dicitur dolus in faciendo commissus, L. Hyer. Gratus con. 23. in causa vol. 1. Car Ruin. con. 29. plura num. 13 in fi. vol. 5. glo. & Doc. in l. quidam decedens ff. de admin. tut. Dec. cons. 178. in causa, & con. 192. in casu, Alex. con 62. serenissimus vol. 4. Sal. l. cum necessitatem. C de fideicō. ubi tamen hęc tria concurrerent, videlicet quòd tutor, seu curator sit coniunctus, & quòd non sit factus locupletior, & quòd arguatur solum de dolo præsumpto, quia nō fecit illud ad quod tenebatur vigore eius officij, stantibus dictis liberatione, ac legato, videtur quod non possit conueniri, & quòd talis liberatio eidem prosit nec possit contra eum in litem iurari, Dec. d. cō. 178. in causa, & d. con. 192. in casu, Fulgo. con. 21. spectabilis, fallit ut dicam hic inferius, ver. quarto etiam, in fi.

Quarto etiam excusantur tutores, & curatores si non fecerunt inuentarium, ac librum rationum, vt hac sola de causa contra eos in litem iurari non possit, si nec alium dolum, nec latam culpam commiserint, vbi copulatiuè testator liberauerit eos, a rationibus reddendis, vel iusserit eos esse analogistos. glo & Doc. l. quidā decedens ver. analogistos, & l. tutor qui repertorium ver. nisi forte ff de ad. tut. faciunt not. per Fulg. d. con. 25. spectabilis col. 2. ver. de inde & si. & per Dec. d. con. 192. col. fi. ver. & ad hoc, & l. igitur §. postest ff. de lib. ca. vel inuentarium, ac librum rationum fieri prohibuerit, seu vt nō fiat remiserit. l. fi. C. arbit. tut. Bar. d. l. tutor qui repertorium num. 18. ver. quero quæ dicatur, fallit in casu de quo supra dixi num. 253. ver. fallit in casu, & supra num. 358. vers. sed vt opus, fallit quoq; vbi tutor, ac curator cui relicta fuit liberatio a reddendis rationibus, etiam cum legato eius omnis in quod eos condemnari contingeret non acceptarunt tutelam, nec curā, quia de iure nouissimo tutor, ac curator non administrantes tutelā, ac curam cadunt ab ipso legato liberationis & ab omni alio legato sibi facto a testatore, nulla facta distinctione an contemplatione compensat. dī onus tutelarum, an vel ò alias sibi fuisset relictus, & est com. op. Ron an. con. 235. quoad primum col. 1. vers. est ignari, Bar. & Alex. l. si legatarius, C. de lega. & hoc procedit etiam contra tutorem, ac curatorem, coniunctu testatori, Dec. d. cō. 192. 369

in casu col. secunda numero 4. & de hoc vide latius per Rom. d. con.235.& per Dec. d.con.191.

370 Fallit etiã in Dominio Mediolani in quo est decretũ sub Rub. de tutelis §. tutores, quo cauetur quòd tutores, & curatores inuentarium facere teneantur non obstante quacunq; liberatione, nec prohibitione per testatorem facta, ergo si illud non faciunt, ad quod conficiendum, ratione eorum offitij, sciunt, seu scire debẽt se teneri, non obstantibus dictis liberatione, ac prohibitione, & legato eis facto, iurari in litem contra eos poterit, ex quo tutores, & curatores sciunt, seu scire debent, stante ipso decreto, testatorem non potuisse remittere confectionem.d. inuentarij, & ad hoc faciunt ea quæ dixi superius num.153.ver. Fallit in casu, Grat. con.23. in causa col.2.num.18. ver. nam tenentes vol.1.arg. l. nemo põt ff. de leg. prima Bar.l.tut. qui reper.con.4.num.20. ver. venio ibi scit vel scire debet ff.de adm.tut. facit l. non dubium.C.de leg.& l.quẽadmodum in fin. C. de agric. & cen. lib.11.& l. 1.C.de vsu & hab. verbum enim decreti non obstante quacunq; liberatione, nec prohibitione per testatorem facta, vt tutores, ac curatores, teneantur conficere inuentarium, comprehendit, vt illud teneantur conficere ẽt quòd eis esset factũ legatũ eius omnis in quod eos cõdẽnari cõtingeret, cũ liberatione ac prohibitione non cõficiẽdi inuentariũ, propter illa verba prægnantia nõ obstãte quacũq; liberatione, maximè cũ legatũ eius omnis in quod cõdẽnari cõtinget factũ tutori, sit liberatio in effectu & cõdẽnationis, & restitutionis, & rationis reddẽdę, & decretũ vult quãcunq; liberationẽ non obstare, & ea nõ attenta debere confici inuentarium, ergo non obstantibus dictis liberatione, prohibitione, ac legato confici debebit inuentariũ, alioquin in litem iurari poterit propter ipsum verbum decreti, nõ obstante quacunq; liberatione, D. Benuenutus Straccha Egregius Doctor Anchonitanus in trac.de mercatura num.83.ver.rursus occurrit, Cepol.con.14.pro declaratione nũ.11.tex.& glo.in clem.1.ver. quauis causa, & ibi not.Doc.de re iud. Dictio enim quacunq; nihil excipit.c.solite in fi.de maior. & ob. Alber. de Ros.in diction ver. quodcunq; nihil excipit, tex.in l.1.§.fi. ff. quæ in fraud. cred.facit. l. si mater §.eandem causam in fi.ff.de excep.rei iud.glo.l.si pupilli §. idem ait uer. ipso gesto ibi fin autem aliquomodo ff. de neg.gest.

371 Sed stante ipso decreto Mediolani, quo cauetur quòd tutores, & curatores teneantur conficere inuentarium, seu repertorium, non obstante quacunq; liberatione, nec prohibitione per testatorem facta, Quæro an censeatur etiam velle decretum quòd tutores,

tores, & curatores teneantur conficere inuentarium, seu reperto rium, non obstante quacunq; liberatione, nec prohibitione per te statorem facta, Quero an censeatur etiam velle decretũ quòd tutores, & curatores teneantur conficere librum rationum non obstante quacunq; liberatione, & prohibitione facta per testatorem, & dic quòd non, quia decretum ipsum solum loquitur de inuentario, seu repertorio conficiendo non obstante dicta liberatione, & prohibitione, ergo non extendetur decretum ipsum ad librum rationum, cum inuentarium seu repertorium, & liber rationum sint diuersa, & de vno non infertur ad aliud, vt dixi supra nũ. 244. ver. memoria, & num. 245. ver. & quamuis, l. Papinianus exuli ff. de min. maxime cum decretum ipsum sit correctorium iuris communis secundum quod testator potest prohibere, ne tutores, ac curatores conficiant inuentarium, ac librum rationum. l. fi. C. arb. tut. Dec. d. con. 178. in causa, & d con. 192. in casu, ergo cum decretum ipsum corrigat ius commune respectu inuentarij, seu repertorij, vt non possit tutoribus, & curatoribus remitti, non extẽdetur decretum ipsum ad librum rationum, & sic liber rationum a testatore remitti, & prohiberi poterit, non obstante ipso decreto, quia decretum ipsum est correctorium iuris communis, & in materia correctoria non est licita extensio etiam ex maioritate rationis, & est com op. Ias. Auct. quas actiones col. 5. num. 21. ver. ex quibus, & num. 22. ver. & quòd in statutis C. de Sac. Ecc. glo. in Auct. de admin. in Sac. pal. & liber rationum tamquam casus omissus ab ipso decreto, remanet in dispositione iuris communis vt a testatore remitti possit. l. comodissimè ff. de lib. & post. Quo casu facta remissione, seu prohibitione per testatorem, ne fiat liber rationum, vel vbi testator iusserit tutores, & curatores esse analogistos, vel eos liberauerit a reddendis rationibus, maximè cum legato de quo supra dixi, nõ tenebuntur tutores, & curatores conficere librum rationum, & si non conficerent, non poterit contra eos in litem iurari occasione libri rationum non confecti, etiam stante decreto de quo supra, Bar. l. tutor qui repert. num. 18. ver. quero quę ff. de adm. tut. fallit in casibus quibus dixi etiã quòd testator remiserit, seu prohibuerit inuentarium fieri posse ob illius omissionem in litem iurari de iure communi, quia in illis etiam poterit in litem iurari ob librũ rationum non confectum, etiam quòd testator illum fieri prohibuerit, de quibus dixi num. 253. ver. fallit.

Decretum Mediolani sub Rub. de tutelis §. tutores, dicit tutores, & curatores inuentarium teneri facere non obstante testatoris prohibitione, & in confectione inuentarij teneri iurare in hác 372

 formam

formam videlicet,se omnia de quibus notitiā habent in eo descri-
bi fecisse,nec eorū scire vel credere aliud fore in bonis,vel iuribus ipsius minoris vltra in ipso repertorio descripta, vnde quero si tutor,& curator nō iurauerit ad formā dicti decreti, an possit iurari in litem contra eum etiā quòd inuentarium, ac librum rationum confecerit,& dic quòd sic,quia decretum requirit dictum iuramentum pro forma,ex quo dicit decretum in hanc formam iurabunt, Fel.c.cum dilecta col. 8. ver. decimum, & vltimum signum de rescrip. Mar.Soc.c.11.col. 16. ibi & aduerte quia sic petitur, de lib. oblat. ergo si de verbo ad verbum formaliter non sit iuratum prout dicit decretum tutela, ac cura, & inuentarium non valebit, & gesta per talem tutorem, ac curatorem etiam non valebunt tanquam gesta forma non seruata,tex.& ibi not. Fel. in d.c. cum dilecta col.8.ver.gesta contra formam sunt nulla.& col. 9. ver. amplia primo,de rescrip.vbi enim nō seruatur forma data a lege,rescripto,vel statuto,actus non valet,tex.vbi Fel.d.c.cum delicta,& tex.in c.Pisanis de rest.spol.& in c.venerabili de offic.del.& in l.cum prætor § cum hi,& l de his vbi Doc.ff.de transf.l.si §. omnem vbi Bart. per illum tex.C.de admin.tut. Alex. con.163. aliàs,vol 5.& cum iuramentum ipsum requiratur pro forma, & iuramentum requirat verba,debent ipsa omnia verba decreti de verbo ad verbum formaliter exprimi,& iurari expressè,alioquin inuentarium,& sic tutela, ac cura non valerent,etiam quòd per verba equipollentia esset iuratum.vel etiam quòd esset iuratum per aliqua verba dicti decreti,& deinde dictum quòd iuratur in omnibus & per omnia prout requiritur ex forma dicti decreti,quia si aliquod verbum etiā minimum ex verbis iuramenti dicti decreti deficeret, non valeret actus,& sic inuētarium,& tutela,ac cura essent nullius valoris,etiā quòd esset dictū quòd iuratur in omnibus & per omnia, & de verbo ad verbum formaliter prout requirit decretum,& est cō.op.ita inquit D.Mar.Socinus senior con.24.visis col.6.num.20.ver.verū, & col.7.num.21.ver.nec ob.quòd imo,& ver.cum ergo, & num. 22. ver.ad quod accedat,vol.1.Bal.con.110.decreto col.2.ver.2. ratio iūcto ver.nec ob.illa verba vol.1.Hyp.sing.415.iuramētū,tex.vbi Doc.c.pē.de iureiur.Hostiē.Io.And.& Innoc.ver.& audiētiū in c.2. de consuet. Nellus trac. bānitorū in 3.par.1.tēp.q.9.ver.9. statuto Aret.inst.de leg.agn.tut. col. 3.ver.3.principaliter.c.1.& ibi Abb. col.fi. & c.pē.de Baptis.sāctus Petrus lōbardus,sententiarū magister,& Theologorum Princeps, Nouariensis, lib.4. senten.c. 2. rub.de forma baptismi,& c. 3.in fi.vbi docet quòd ēt in baptizādo formā verborum a D.N.Iesu Christo data debet seruari dicendo in

*-otta mem uer.iuramen. tum interpo-situm, Ias.-Auct.quirem col. antepen. uer.decimo adde C. d. Sac, Ecc.*

in nomine patris,& filij.& spiritus sancti, & non in nominibus, alioquin quòd non censetur quis baptizatus,& est cõ.op.Abb.d.c.1. col.fi.ver.5.quero & ver.vltimo quero.ergo si tutor, ac curator nõ iurauerint ad formam decreti, inuẽtariũ habetur pro nõ facto, & cõtra eos poterit in litẽ iurari,cũ paria sint non cõficere inuentarium,& minus legiptimè facere,& cum non iurauerint ad formã d. decreti,ad cuius iuramentũ sciunt, vel scire debẽt,se teneri ratione offitij.censeantur in dolo,ergo poterit contra eos in litem iurari etiã quòd inuentarium,ac librum rationum cõfecerint,vbi iuramentum eiusdem decreti non prestarunt,Bar.d.l.tutor qui repertorium col. 3. nũ.15.ver.quero quid si tutor in inuentario non posuit omnes res & col.4 num.20.ver.venio ad secundam,& num.21. ver. venio ad tertiam,ibi item quod dicitur ff.de admin.tut. & pro hac op. mea accedant ea quæ dixi supra num. 194.ver. item iurari, & num 206.ver. contra tutorem,Dec. con.178. in causa, num. 2. ver. & casu.

Non procedet tamen decretum ipsum Mediolani in d. §. tutores, & curatores inuentarium &c. sub rub. de tutelis, in matre & auia tutricibus, & curatricibus minorum, quia ipse non tenentur cõficere inuentarium vbi eis fuerit a testatore prohibitum.d.l.fi.C. arb.tut.nec tenentur iurare ad formam eiusdem decreti,se omnia de quibus notitiã habent in eo describi fecisse & c.ex quo d.§.tutores, loquitur solũ de tutoribus & curatoribus vt faciãt inuentariũ, etiam quòd essent prohibiti a testatore illud conficere,& vt debeãt iurare se omnia de quibus &c.& non dicit aliquid de tutricibus, & curatricibus,quo casu decretum in d.§.tutores,dum loquitur de tutoribus,& curatoribus, non debet extendi ad tutrices, & curatrices,ex quo decretum ipsum sub rub. de tutelis ver. aliaq; faciat, & obseruet & c.expressè prouidit respectu matris, & auię tutricum, vt teneantur facere ea quæ ius cõe requirit, vnde non intelligitur de solemnitate decreti,sed iuris communis tantum,propter illud verbum ius commune.Alex.l.post dotem col.pẽ.ver. plus dicit, ibi tamen contra,dictam ff. sol.mat. ergo decretum ipsum in d. §. tutores,dum loquitur quòd tutores,& curatores teneantur conficere inuentarium non obstante testatoris prohibitione,& vt teneantur iurare prout in ipso decreto,non procedet in tutricibus,& curatricibus, quia masculinum non concipit fœmininum, vbi est facta mentio distinctè de vtroq; sexu. Dec. l. fœmine num. 99. ver. quinto limitatur ff. de reg. iur. Bal. l. in multis in fi. ff. de stat. hom. & cõ.186.quia allegationes vol.1.Iaf.l.si quis id quod nũ. 13 ver. tertio limita ff. de iurisd.om. iud.& est ratio quia decretũ ma- 373

gis confidit de matre,& auia tutricibus,& curatricibus,quas nō in tendit astringere ad confectionē inuentarij, vbi a testatore fuerit prohibitum,vel remissum,nec intendit astringere ad iuramentum d.decreti, quàm confidat de alijs tutoribus, & curatoribus,ex quo mater, & auia cēsentur magis amare eorū filios,ac nepotes,quàm alij,l.isti quidem in fi.ff.quod met.ca.l.videamus ff de in lit.iur.mater enim,& auia debitrices,& creditrices minorum, possunt esse tutrices,& curatrices eorum, agnati autem & cognati debitores, & creditores minorum,non possunt esse tutores, & curatores eorum, tex.in auct.vbi qui obligatas se hab.perhib.res min.vbi glo.ver. ad curatorem,& tex.in auct.vt fine prohibit.mat.abit.& credit.& c.& eisdem rationibus,dico quòd aliud decretum sub rub. de tutelis.§. tutores & curatores generales & c.non procedet contra matrem, & auiam tutrices,ac curatrices,Ias.d.vers.3.limita,tutela enim, & cura est offitium differens,quod non ita conuenit regulariter feminis,sicuti masculis,l.fi.ff.de tute.ergo masculinum non concipiet femininum,& sic decretum ipsum loquens de tutore, & curatore,nō censetur comprehendere tutricem, nec curatricem, Bar.l. 1. ver. aut de mente ff. de ver. sig.

374 Decretū autem ipsum sub rub.de tutelis obligans legiptimos admonendum matrem,& auiam,& etiam eos obligans ipso iure ad interesse & damna minorum, vbi ipsis legiptimis tutela, seu cura a iure defertur,etiam quòd eam non acceptauerint, nec ipsis de facto fuerit decreta,intelligitur nō solū de agnatis, de quibus supra dixi.nū.236.ver.sed mater,sed etiam intelligitur de cognatis,quia hodie lex facit ipso iure legiptimos tutores, non solum agnatos, verum etiam cognatos, Ang.Aret.Instit.de legip.agna.tut.col.2. in fi.ver.ex quo sequitur & ver.in ea.glo.ibi l.legiptimos,& de hoc est tex.in §.ex his autem in auct.de hered ab intest. venien. Ias. conf. 149. in ista vol. 2.& est decretum ipsum conforme cum iure cōmuni, quia etiam de iure cōmuni, agnati, & cognati, qui ad tutelam vocantur subiacent periculo tutelæ, & eorum bona sunt tacitè obligata minoribus, eo ipso quòd a iure vocantur ad ipsam tutelam, respectiuè tamen prout sunt propinquiores in succedendo,& idonei,& de hoc videtur tex. in d. §.ex his autem circa fi. ibi tutelę periculo omnibus imminente qui ad tutelam vocantur & c. ponderando quod dicit vocantur,& non dicit ordinantur,& sic intelligitur eos obligare ad præmissa eo ipso quòd a iure vocantur, prout vtitur eodem verbo Imperator in d. §.ex his autem in prin. ibi quo ad hæreditatē vocatur quod intelligitur a iure,ergo similiter illa verba qui ad tutelā vocātur intelligūtur a iure prout inrelligitur

ligitur aliud verbum præcedens.l.si seruus plurium in fi.ff.de leg.1. & quòd legiptimi hoc est agnati,& cognati quibus tutela minorum de iure defertur vbi sint idonei,eo ordine prout succederent minoribus,teneantur ad damnum,& interesse minorũ etiã quòd non gerant negotia minorum,& sibi non faciant decerni de facto a Iudice tutelam,seu administrationem,est glo,instit.de legip.agnat.tut.in prin.ver.duodecim tabularum & ibi Doc.not.ergo contra eosdem agnatos, & cognatos tutores legiptimos, iurari in litẽ poterit per adultos, pro eorum damnis, ac interesse etiam quòd non administrauerint nec tutelam expresse acceptauerint ex quo sunt tutores ipso iure creati a iure ,ergo si nõ fecerunt sibi a iudice decerni administrationem, nec satis dederunt,nec administrarunt,nec inuẽtarium,ac librum rationum confecerunt,dicuntur esse in dolo, ex quo non fecerunt ea ad quæ ratione eorum officij scire debebant se teneri,ergo poterit contra eos in litem iurari per minores, seu adultos de omnibus eorum bonis,fructibus,dãnis,ac interesse,Bar. l.tutor qui repertorium,col.3.num.15.ver.quero & col.4.num.20. ver.venio ad secundã,& nũ.21.ver.venio ad tertiã ff.de ad min.tut.

Dispositio eiusdem decreti de tutelis prouidẽtis in fauorem liberorũ quos testator decedẽs reliquit in eius potestate cõstitutos, cẽsetur multomagis procedere ẽt in fauorẽ posthumorum,seu posthumarũ, seu posthumę,& sic natorũ post mortẽ patris,l.fi.§.1.ff. de lib.agnos.§.si quis filiabus inst.qui tut.da.pos.& l.si quis filiabus ff. de test.tut.l.qui in vtero ff.de sta.ho.l.gallus ꝑ to.ff.de lib.& post.& ita in specie cõsuluit Ias.cõ.149 in ista col.fi.ver.prima dubit.vo.2. 375

376 Itẽ decretũ ipsum loquens in fauorẽ minorũ in casu quo pater decessisset nõ dato,vel nõ nominato tutore,procedit ẽt in casu quo fuissent dati tutores a patre, sed eorũ tutela nõ durasset, puta quia tutores dati, vel nominati a patre essent mortui,vel se excusassent a tutela; vel quia mater data a patre tutrix transisset ad secunda vota,nam tũc in ipsis omnibus casibus procedit nihilhominus semper decretũ ipsum M l'i sub rub.de tutelis in omnibus prout iacet,cũ paria sint quòd nõ fuerit datus,vel nominatus tutor a patre, vel quòd ipsa datio,& nominatio nõ habuerit effectum,cum decretũ in ratione finali consideret effectũ prouidẽdi de tutore ob vtilitatem minorum, sicuti in simili dicimus in l.1. inprin.ff.de suis & leg.& inst.de her.quæ abint.in prin. facit d.l.gallus §.& quid si tantum,paria enim sunt non esse factum,vel esse sine effectu & seu esse & uni non durare. l. legatarius §. si legatum ff. de leg. 1. & ita consuluit Ias. d. consilio 149. in ista col. fi. in fi. ver.alia vol. 2. vnde cum decretũ ipsum velit nõ posse deueniri ad datiuum tutorem

*Paria sũt nõ esse datum heredẽ vniuersalẽ uel esse & in capacem uel repudiari & mori Gratus con.124.cũ hec causa num.27.uol. 1.Corn.con. 31.circa primum uol. 4. per l.quoties §.si duo ff. de her. inst,*

rem nisi deficiẽtibus omnibus legiptimis, matre, & auia nõ existen tibus, vel ad secũda vota transeũtibus, & in alijs omnibus casibus, decretum istud velit, ac ẽt obliget legiptimos, & sic agnatos, & cognatos, & alia disponat ut cõstat ex ipso decreto, procedet decretũ ipsum generaliter ẽt in minoribus posthumis, & ẽt in casu quo a patre de tutore fuisset prouisum, sed tutela non durasset, Ias. d. cõ. 149. in ista vol. 2. vult enim decretũ ipsum in §. si vero nullus, quòd ad datiuum perueniri nõ possit, nisi in defectum vbi nullus legiptimus reperiatur, Ias. d con. 149. in ista, Cur. sen. con. 46. super.

377 Est omnino notãdũ quòd cũ decretũ ipsum sub. rub de tutelis dicat, quòd ille, vel illi cui, vel quibus tutela tãquam legiptimo, seu legiptimis deferetur de iure, quòd teneatur, seu teneantur monere matrẽ, & alia facere de quibus in ipso decreto, & item dũ idẽ decretũ in §. his legiptimus. dicat quòd legiptimus teneatur promittere, & facere secũdũ iuris dispositionẽ, ac ẽt cũ in §. & vbi ille, disponat quòd vbi ille cui tutela primo loco deferretur, nõ esset idoneus, & c, quòd tũc tutela decernatur alteri propinquiori secũdum iuris dispositionẽ, ac ẽt in §. tenebuntur, dicat quòd illi ad quos tutela, vel cura de iure spectat, teneãtur ad pœnas iuris, & c. ac si tutelã acceptassent, & c. etiam quòd duo agnati, vel cognati citati fuerint ad lites ad formam eiusdem decreti sub prętextu quòd datio tutoris, vel curatoris generalis commodè fieri non posset, & pro ut latius constat ex eodem decreto, quòd verba illa eiusdem decreti facientia mẽtionẽ iuris, vel de iure, quòd intelliguntur de iure communi, vel de iure simpliciter, & sic etiam de iure eorundem decretorum, vel de iure statutario ciuitatũ, & locorum dominij Mediolani, prout in facto iura ipsa vigere, & militare reperientur, attẽto quòd ius statutariũ etiam dicitur ius in eo loco in quo viget. l. omnes populi vbi tex. & Ias. ff. de iust. & iur. & ita in spetie in casu dicti decreti consuluit Ias. d con. 149. in ista col. 3. ver. ad istud fundamentum & col. pen. ver. tertio respondeo vol. 2. Curtius sen. con. 46 super. col. fi. Bal. l. vnica col. 12. ver. sed dubitatur quare, in fi. C. de confes. & in tit. de pac. Const. ver. nos romanorum, & in l. illa institutio ff. de hær. inst. & in l. constitutionis in fi. C. de bon. q; lib. ergo stante ipso decreto, vbicunque patruus, vel alius agnatus ex forma statutorum ciuitatum, & locorum in hereditate excluderet auum maternum, vel alios cognatos minorum in eorum hereditate, censentur etiam ex forma eiusdem decreti idem patruus, & alij agnati excludere auum maternũ & alios cognatos a tutela dictorum minorum ex forma eiusdem decreti prout respectiue excludũtur à statutis ab hereditate, quia ius commune

cõe disponit quòd ille dicatur legiptimus tutor, qui de iure vocatur ad hereditatem, siue sit agnatus siue cognatus, l. 3. in prin. ubi no. ff. de leg tut. & l. 1. vbi Bar. & Sal. C. de leg. tut. Aret. instit. de leg. agnat. tut. col. 2. ver. ex quo sequitur & ver. in ea. glo. ibi l. legiptimos, & ita voluit etiam Ias. d. con. 149. in ista, col. 1. ver. nam ex quo & col. pen. ver. tertio respõdeo vol. 1. & Cur. sen. con. 46. super, ergo iungendo simul ius cõe cũ iure statutario & decreti, vbicunque statutũ loci excludet ab hęreditate auũ maternũ, vel alios cognatos stantibus patruis, vel alijs agnatis, tutor legiptimus in casu dicti decreti qui omnibus erit præferendus, & qui tenebitur ad ea de quibus in ipso decreto, & contra quem in litẽ iurari poterit etiã quòd tutelam nõ acceptet, erit patruus, vel alius agnatus qui ex forma statutorũ loci erit preferendus in hæreditate auo materno, vel alijs cognatis, & auus maternus, & alij cognati erũt tutores legiptimi in casu d. decreti, casu quo ipsi ex forma iuris cõmunis nullis stantibus statutis in contrarium, vel stantibus statutis, sed nõ existentibus agnatis de quibus loquitur statutum ad exclusionem cognatorum, ipsi auus maternus, & alij cognati admitterentur ab intestato ad hereditatem minorum, & ita voluit Ias. d. con. 149. in ista, per totum, maxime in col. pen. ver. tertio respondeo vol. 2. Cur. sen. con. 45. super num. 14. & est tex. vbi doc. in d. §. ex his autem in auct. de her. ab intest. ven. & ibi Doc. not. per illum tex.

Legiptimi tamẽ tutores, idest illi quibus defertur tutela, si haberent aliquam excusationem ex illis de quibus fit mentio instit. de excus. tut. & ff. de excus. tut. non tenerentur ad ea de quibus loquitur decretum ipsum, vbi eã proponerent infra quinquaginta dies §. qui enim excusare vbi glo. ver. dati instit. de excus. tut. & ita voluit Ias. d cõ. 149. in ista col. pen. ver. posse etiam & ver. nam si haberent vol. 2. & ita etiam videtur declarare ipsum decretum in §. si autẽ mater in fi. ibi vbi absq; aliqua legiptima causa &c. D. Frã. Cur. sen. d. con. 46. super col. fi. ver & plus. arg. l. 2. C. de noxal. act. 378

Cum autem ex ipso decreto in §. si vero nullus, caueatur quòd vbi nullus tutor legiptimus reperiatur idoneus, quòd tũc procedatus ad datiuum qui dandus est cum legiptima inquisitione & per iudicem qui Iurisconsultus sit, & non per alium, intellige quòd dari debet per inquisitionem, hoc est causa cognita, & citatis agnatis & cognatis, amicis, & vicinis minori habendo informationes de moribus & facultatibus, & alijs cõtingentibus, & quòd dari non debet ad solam petitionem matris, nec alterius, & si hoc non seruetur, tutela datiua est nulla, etiã quòd in ea diceretur quòd iudex cognouit tutorẽ datũ idoneũ, nisi cõstet per alia acta præcedẽtia de ipsa 379

ipsa inquisitione facta, Cur. sen. d. con 46. super col. fi. num. 12. ver. tamen. & ver. quia quilibet. Ial. d. con 149. in ista col. 3. ver. item decretum requirit, vol. 2. faciunt not. per Bar. in l. scire. §. fi. ff de tut. & cur. dat. ab his, & per Bal. in l. omnem. ver. quero an datiuus C. ad tertul.

380 Tutela ét datiua, hoc est in defectum omniũ agnatorũ, & cognatorũ data, alij, quàm legiptimo tutori, cui de iure defertur ob spẽ succedẽdi minoribus, in dominio M l'i est nulla, vbi data fuerit per Iudicẽ, qui tẽpore decretę tutelę nõ esset iurecõsultus idest doctor ex quo decretum requirit tutelã datiuã dari per Iudicẽ qui iuriscõsultus sit, & nõ per aliũ ẽt quòd decretũ vlterius nõ procedat annullando, ita cõsuluit in spetie Cur. sen d. con. 46. super col. pen. num. 14. ver. cõfirmo, & Ias. d. cõ. 149 in ista col 2. ver. secundo quia, vol. 2. & punitur iudex acriter exercẽs actus doctoris vbi nõ est doctor, Bart. l. si quis C. de agric & cen. Bar. & Doct. l. eos. §. qui se ff. de fal. Fel. c quoniam col. fi. de magist. forma enim data a statuto, & decreto debet seruari, alioquin non valet actus, Ias cons. 191. placet colum. 1 ver. item omissio vol. 2. vbi vult ex omissione minimę partis formę decreti actũ annullari, & cum non solum pars, sed ẽt iudex teneatur seruare ipsam formã, Bal. & Docto. Auct. iubemus C. de iud. Cur. sen. d. ver confirmo, poterit iurari in litem contra iudicem non iureconsultum qui deputauerit tutorem datiuum, pro damnis, expensis, & interesse minornm saltem in subsidium, arg. l. fi. C. de mag. cõuen. iunctis not. per Ias. Lafran. conclusione 284. in cip. contra iudicẽ, & per mag. D. Aegidium Bossium in eius opere i 1 tit. de rapinis, & violentijs, & per Innoc. Abb. Anch. Hostiẽ. Io. de Imol. & alios in c. fi. per illum tex. de his que vi vel met cau. fiunt, vbi etiã volunt cõtra iudices posse in litem iurari, per Ias. hic in l. si quando col. 8. num. 45. ver. subitiunt etiam, C. vnde vi, videtur enim iudex non iureconsultus fuisse in dolo qui cõtra formã decreti deputauit tutorem datiuum cum non esset iureconsultus prout requirit decretum, ergo contra eum, & contra curatorem datiuum per eum deputatum cum saltem fuerit in lata, seu leui culpa, poterit in litem iurari l. quemadmodum in fi. C. de agric. c. qui contra reg. iur. in 6. l. non dubium. C. de legi. Bar. l. iuste possidet in fi. ff. de acq. po. iuncta l. alio iure & ibi glo. & Bal. C. de in lit. iur.

381 Quinto etiam excusantur tutores, ac curatores si non fecerunt inuentarium, ac librum rationum, vt contra eos in litem iurari non possit vbi morbo sontico, vel continua graui infirmitate impediti fuissent. l. quęsitum ff. de re iud. Bart. d. l. tutor qui repertorium col. 3. nũ. 17. ver. quero quę sit ff. de adm. tut. Ias. con. cxi. circa pri-

primum col. 3. ver. quinto moueor vol. primo.

Sexto excusantur vbi res erant occultæ, adeo quod inueniri non 382 poterant, non tunc occasione ipsarum rerum in inuentario, ac libro rationum non positarum non poterit iurari in litem contra tutores, ac curatores, & administratores, Bart. d. l. tutor qui repertorium col. secunda num. 15. ver. quero quid, & num. 17. ver. que to quæ, facit, l. si putator ff. ad leg. aquil.

Septimo excusantur tutores, ac curatores, & administratores 383 si non fecerunt inuentarium, nec librum rationum, vt contra eos in litem iurari non possit, vbi erat consuetudo non conficiendi inuentarium, ac librum rationum, Bar. d. l. tutor qui repertoriũ col. 3. ver. item si consuetudo, Craueta in 1. par. de antiq. temp in 4. limit. incip. quarto limitatur num. 29. ver. nam dico, & faciunt not. per glo. & Doc. in c. cum venerabilis de consuetud. per Cremen. not. 149. Mos. puerorum, per Roman. sing. 19. an consuetudo & faciunt etiam ea quæ dixi supra num. 324. ver. quarto quotiescunque.

Octauo tutores, ac curatores, & administratores excusantur, 384 vt contra eos in litem iurari non possit ob non confectionem inuentarij, ac libri rationum, vbi in bonis administrandis nihil, vel parum fuisset, adeo quòd tantum, vel plus fuisset expensum in cõfectione inuentarij ac libri rationum quàm valerent bona, tex. in l. mediterraneæ, & ibi Bart. & Ang. C. de annon. & trib. lib. 10. Soc. trac. fallen. reg. 214. hæres inuentarium ibi. vigesimo primo fallit.

Nono excusantur vt contra eosdem iurari in litem non possit 385 ob inuentarij, & libri rationũ confectionem non factam, vbi expediebat minoribus non habere tutorem, vel eorum bona non manifestari, & ex hac, vel alia iusta de causa, Iudex remiserit confectionem inuentarij ac libri rationum, Bar. d. l. tutor qui repertorium col. 3. num. 19. ver. item puto, arg. l. 2. §. tractari ff. ad tertul. & l. fi. C. de alim. pup. prest. & l. secunda C. quando & quibus quar. pars deb. lib. 10.

Decimo in litẽ iurari non poterit contra prędictos inuentarii, 386 ac libri rationũ non confectionem, vbi testator ea fieri prohibuerit, vel remiserit, nam tunc in litem contra eos iurari non poterit ex quo non tenentur, tunc ea facere nisi Iudici, ex causa aliter visum fuisset, Bar. d. l. tutor qui repertorium col. 3. in fi. num. 18. ver. quero quę dicatur ff. de ad. tut. l. fi. vbi noc. C. arb. tut. & est communis op. quòd valet remissio facta per testatorem de inuentario conficiendo per tutorem, ac curatorem absq; prohibitione, Doc. in

in apostil. ad Bart. in d. l. tutor qui repertorium in apostilla in litera. F in ver. remisit, Doc. l. nemo potest ff. de leg. 1. quod intellige semper nisi aliud ex causa Iudici visum fuerit, vt supra dixi, l. in confirmando & l. vtilitatem ff. de confir. tut. & tutor, ac curator quibus prohibita esset confectio inuentarii a testatore, seu quibus testator vetuit ne inuentarium facerent, si illud facerent absq; iussu Iudicis facto ex causa, censerētur esse in dolo, Raph. Fulg. Placen. con. 25. spectabilis col. 2. ver. quinimo potius, ergo tunc cōtra eos, vbi ita Iudici videretur, inspecta qualitate personarum tēporis, ac causę posset deferri iuramentum in litem per tex. hic in l. si quando C. vnde vi, ver. pro personarum atq; negotij qualitate, iuncta. l. alio iure cum ibi not. per glo. & Sal. C. de in lit. iur. fallit in dominio Mediolani, in quo non obstante prohibitione testatoris, fieri debet inuentarium per tutores, ac curatores ex forma sacri decreti in eo vigentis vt dixi supra num. 370. ver. fallit etiā in dominio Mediolani, & Iudices, & quod plus est phaudatarij dominij Mediolani non possent remittere confectionem dicti Inuentarij etiam stante prohibitione testatoris ne illud fiat, ex quo Iudices, & phaudatarij omnes Mediolani dominij, etiam si essent Marchiones, & Comites, cum recognoscant ducem Mediolani in superiorem, non possunt derogare aliquibus decretis, & nouis cōstitutionibus dominij Mediolani, nec eorum formę, ac solemnitati, & ita in spetie consuluit Ias. con. 191. placet, col. fi. ver. nec huic, & ver. praterea volu. 2. Arg glo. in c. fi. vbi Doct. de Heret. in 6. & no. per. Io. de Imo. Ias. & Mod. in l. nemo potest ff. de leg. 1. per illum tex. & si Iudices, ac pheudatarij ordinarent, non attento ipso decreto, inuentarium fieri non debere, & seu aliquid facerent contra formam decretorum Mediolani, ex quibus dolus malus censeri posset, tunc contra ipsos Iudices, ac pheudatarios iurari posset in litem, Nic. Boer. Decis. 55. quia supra col. 1. Ias. hic in l. si quando col. 8. ver. subitiunt, Alex. con. 103. videtur vol. 1. Innoc. Host. Abb. & alij c. fi. quod met cau. & ita est tenendum, licet Bal. videatur sentire quod Iudex possit, non attento ipso decreto, remittere confectionem inuentarij, vt per Bal. in l. fi. col. secunda ver. quero nunquid C. arb. tut. nam hoc non est verum cum recognoscēs superiorem non possit tollere legem, nec decretum, nec statutum superioris sui, Doc. d. l. nemo potest, Ias. d. con. 191. placet in fi. Sed deberet tunc recurri ad Principem, vel Senatum qui est loco principis pro ipsa remissione cum aliqua iusta causa, l. non ambigitur ff. de legi. glo. & Doc. l. fi. C. de legi.

387 Vndecimo in litem iurari non posset, nec allegari suspitio contra

tra tutores, ac curatores, & administratores prò his quæ fecerunt absq; inuentarij, & libri rationum confectione, vbi ea de necessitate precedere debeant inuentarium, seu erant talia quæ minoribus nocere non poterant, imo tenerentur si ea non fecerunt, facto, vel non facto inuentario, Ruin.con.89 quàmuis num.7.vol. 5. Bart. d. l. tutor qui repertorium col. 5. numero 27. in fin. ff.de adm. tut.

Duodecimo in litem iurari non posset, contra eosdem, vbi confecerunt inuentarium, ac librum rationum, & in eijs modicus defectus interuenerit, quia modicus defectus in reddendis rationibus non consideratur, Bal.l.1.C.si aduer.fol.Reuerendiss. D. Fernādus Loatius Episcopus Ilerdēsis,& electus Dertusensis Hyspaniarum decus immortale, in eius diuino consilio edito in materia feudali super controuersia Opidi a mula, quod mihi eius manibus pro prijs dono dedit Mediolani anno Christi 1552. dum esset in itinere proeundo ad sacrum concilium Tridentinum, in 1. dubitatione num.65.ver.sic modicus, in re enim modica cessat presumptio doli, ac falsitatis, Crau.con.75. accusator col.4. ver. fortius facit. Alex.cō.74.col.2. vol.1. Old.con.162.thema tale est.p. cōdidit testamentum in fi. facit.l.scio ff. de in integ.rest.& l.si oleum in fi. cū l.seq.ff. de dol nam & in modicis, seu minimis statur priuatę scripturę,& simplici iuramento tutorum,& curatorum & quorumcunq; administratorum & est com. op. D.Fer.Loazius d. ver. sic modicus, glo.& cōmuniter Doc.in l.fi.§.in computatione.C.de iur.del. Bar. l.comperimus C.de nauicul.lib.10.fi.d.de sen.con. 119. nulli Dec. l.1.col.1. in 2.not.C.de eden.Bal.l.nulli & l.id quod pauperibus C. de Epis.& Cler.Fran. de Pauinis trac. de offitio & potestate capituli sede vacante in 2.par.pr in.in 8.q. ver. debent ergo, Abb. Panor.c. bone el.2.col.fi de post.prel. 388

*Sequit. Albanus cō.5. si quis nū.32. uer. quarto ex eo. Tiraq. trac. de exiguis uer. fol. 30. Pet. Fol. in cō.138. nu. 13. fol. 175. int. tomo diu. Bar. con.*

389 Terriodecimo in litem iurari nō posset contra tutores, ac curatores,& quoslibet administratores, si antequàm administrent longo interuallo nōinterueniente, velint moram purgare conficiēdo inuentariū, Barbac. con.60.illud vol.3.Bal.l.1.§. item solent. ff.de offic. præf. vrb. Doc. l. si insulam ff. de ver. ob. sed si ingesserint sese administrationi, tunc propter timorem subtractionis rerum, non posset mora purgari.& contra eos in litem posset iurari,& suspitio allegari, etiam ad remouendum eos a tutela & cura,& ab administratione, cum antequam administrent, debeant mox cum fuerint ordinati cōficere inuentariū, l.tutor qui repertoriū ff. de adm.tut.& l.tutores,& curatores C.de adm.tu.& ita cōsuluit Car.Ruin.cō.29.plura col.5.nū.11.ibi, nec sufficit, vol.5. Aflic.de

cis..

cis.360.inter Marcum saxi,ex tarditate enim conficiendi inuentarium, ac librum rationum, sicuti & ex tarditate registrandi, vel producendi instrumenta,tam respectu partium, quàm notariorũ arguitur,& probatur dolus,ac falsitas præsumitur,Craueta. consf. 28. assertum col.secunda num.6.ver.quinto oritur,Anch.con.234. casus col.primo num.3.ver. & cum tempore,Bal.con. 37.quidam vol.primo Oldra.con. 183.factum,Pau.de Cast.con. 281. in causa ista quinq;col.1.ver. primo quia.& consf.182.super isto,col.3.ver. vnde si vera,vol.1.arg.c.3.loco de prob.& l.consensu §. super plagijs.C.de diuor.& l.si quis forte.§.1.ibi nec enim debebãt ff.de pœnis,ergo contra ipsos tardantes tamquàm dolosos iurari posset in litem,Crau.d.ver.quinto oritur, iunctis not.per.Ruin. d.con. 29. plura num.11.quòd intelligo semper præuia iudicis taxatione, & habito respectu causę,& qualitatis personarum per tex. hic in l. si quando,& per Calcan. d.con 93.in Christi nomine Amen. in primis, & per Ias.con.111.circa vol 1.

390 Ex eo autem solum quòd tutor, ac curator, & quilibet administrator rei alięne, vel communis non fecerit librum rationum iurari poterit contra eos in litem,etiam quòd inuentarium fecerint.l.1.§.offitio vbi tex.glo.Bar. Bal.& alij.ff.de tut. & rat. dist. & est com.op.& hoc dicunt Doct.omnes per me relati supra nũ.194. ver. item iurari poterit, item si inuentarium non fecerint, poterit contra eosdem tutores, & curatores, & quoslibet administratores in litem iurari, etiam quòd librum rationum confecerint, d.l.tutor qui repertorium vbi tex.& Doct.ff. de admin.tut. & Doctor in dicto §.offitio,ac Doctores per me relati dicto nũ.194. vers.item iurari, & si inuentarium, ac librum rationum confecerint,& ea,vel reliqua, vel alia bona. & iura minorum,seu eorum principalium non exhibeant, ac eis non restituant, poterit contra eos etiam ex hoc solum in litem iurari, Bart.& Doct.d.§.offitio, videntur enim tutores, ac curatores, & administratores omnes, esse in dolo non restituendo reliqua, ac bona minorum, & eorum dominorum principalium, ergo contra eos in litem iurari poterit, & ex ipso iuramento rerum quantitates,qualitates, pretium, ac damna contra eosdem probabuntur, Doct. d.§ offitio. Corn.consilio 318.pro vectur ali vol. 4. tex. in l. si tutor ff. de in lit. iur, & l. pen. C.de in lit.iur.& ibi Doc.

*In depositi actione quando in litē iuretur uel ad torturā deueniet & de maior c. 1. ex. Depos per Crau.cō 287. uol.2.*

391 In depositi etiam actione iurari potest in litem per deponentem contra depositarium, aut custodem qui fuit delinquens, aut in dolo,vel per fidia,tex.in l.1.§.in depositi quoq; actione, & in l. et apud quem ff.depos.Ias.l.in actionibus col,pen.ver. secũdus casus

sus ff. de in lit. iur. maxime cum depositum sit contractus bonæ fidei §. actionum instit de act.

Vnde si depositarius, vel custos negauerit depositũ apud se fuisse factum, siue negauerit in iuditio per simplicem negationem etiam absque iuramento, siue negauerit respondendo positionibus, Et de mendatio in hoc conuincatur quia probetur per deponenté, depositum fuisse factum, certe deponens, ac custos qui negauerit ipsum depositum, dicitur fuisse in dolo malo, ac perfidia, l. si quis infitiatus, vbi tex. & doc. ff. depos. Ergo contra eum poterit in litem iurari per deponentem, & ex ipso iuramento, quantitas, ac qualitas & prętium rerum depositarum & omnia damna, ac interesse deponentis probabuntur, tex. in d. §. in depositi quoque actione, & in d. l. ei apud qué, & pro ista op. videantur ea quę dixi supra num. 212. ver. leges. 391

Fallit vbi depositarius, vel custos, negauerit depositum fuisse factum, non contra ipsum deponentem, sed contra alium tamquam eius procuratorem, vel heredem agentem, nec probantem se esse heredem. nec procuratorem, tunc enim depositarius vel custos negando depositum in dolo, nisi facta postea probatione quòd talis agens sit heres, vel procurator deponentis idem depositarius perseuerauerit in negatione, tunc enim dicitur fuisse in dolo etiam a principio, ergo contra eum in litem iurari poterit, tex. vbi Bar. & Doc. in d. l. si quis infitiatus, faciunt not. per Dec. con. 241. scripsi col. si ver. Sed videndum, & per Alex. & Doc. in l. de pupillo §. qui procuraro rio ff. de op. no. nonc. 393

Vbi depositarius, & custos absque iusta causa non vult reddere depositum, vel absque causa iusta litigat, quominus illud restituat, dicitur esse in dolo, & fidem non seruare, & esse in perfidia, & si patiatur se condemnari ad restitutionem depositi efficitur infamis tex. in l. 1. ff. de his qui not. inf. d. l. si quis infitiatus, & d. l. ei apud qué depositum enim habet exequtionem paratam, l. pen. vbi Bar. C. depos. Ergo poterit contra eum in lité iurari d. §. in depositi quoque actione, & d. l. ei apud quem ff. depos. iuncta d. l. in actionibus ff. de in lit. iur. fallit in casu de quo supra dixi nu. 393. ver. fallit vbi. 39

Dicitur esse in dolo malo depositarius, vel custos, reddens rem depositam deterioratam, quia vbi res redditur facta deterior videtur dolo malo non reddita, nisi depositarius, vel custos, probauerit absque eius dolo malo rem ipsam effectam fuisse deteriorem. l. 1. §. si res deposita deterior ff. depos. Ergo contra eum iurari poterit in litem per deponentem, ex cuius iuramento probabitur prętium, & extimatio deteriorationis rei depositæ, ac damnum & interesse de- 395

ponentis, tex. in d. §. in depositi quoque actione, & in d. l. ei apud quē ff. depos. iuncta d. l. in actionibus, Et hoc quando deponens ignorans deteriorationem rei, illam recepit, quia deterioratio erat latens, glo. ver. liberari, & ibi Doc. in l. in hac ff. de cōd. triticar. Pau. de Ca. d. §. si res deposita, & in l. 3. §. si reddita col. 1. ff. commod. Alias si deponens sciebat rei deteriorationem, & illam sic deterioratam sciē ter reciperet absque protestatione, vel querela saltem verbali deteriorationis, seu eius interesse, videretur remisisse eius interesse, ac damnum sequutum ob ipsam deteriorationem, & pro eo non posset agere, & minus posset in litem iurare, glo. d. l. in hac ver. liberari, Pau. de Ca. d. §. si res deposita, & d. §. si res reddita.

396 Si depositarius, vel custos vendiderit, vel alienauerit rem depositam dicitur esse in dolo malo, & tenetur pœna furti, tex in l. 1. §. si rem depositam vendidisti, & ibi glo. Bar. & Doc. ff. depos. & in l. qui furtum ff. de cond. fur. §. furtum autem Inst. de oblig. quę ex quasi delic. nasco. & etiam quòd rem depositam venditam per depositariū, redimat depositarius dicitur tamen esse in dolo, & tenetur de interitu, ac periculo ac casu fortuito, ex quo per alienationem semel dolum commisit tex. d. §. si rem depositam vendidisti, & in hoc vide Ias. in l. filius fam. § diui. col. 9. ver. 2. contra differentiam, Bar. ff. de leg. 1. Ergo contra ipsum depositarium, vel custodem iurari poterit in litem per deponentem, ex cuius iuramento rerum quantitas, qualitas, prætium, interesse, ac damnum probabitur l. 1. §. in depositi quoque actione ff. depos. & d. l. in actionibus ff de in lit. iur.

397 Si per testes, vel per confessionem partis contrariæ cōstat quòd aliquis puta Gaudentius, vel Titius, deposuerit capsam, crumenā, malam, seu valisiam, cistā, saccum, sarcinulas, vel quidpiam aliud clausum, seu sigillatum, aut funibus colligatum, apud hospitē, vel nautam, aut stabularium, seu mulionem, vel alium quemuis custodem, aut depositarium, qui ipsis deponentibus permissa non restituit, vel si restituit ea restituit non clausa, nec signata, nec sigillata, aut funibus colligata, prout erant primo loco, sed restituit ea aperta, seu dissigillata, seu resignata, seu vt vulgo dicitur, disligata, seu apparet ex inspectione rei, quòd talia fuerunt aperta, & deponens in eis dicat fuisse pecunias, gemmas, & alia prætiosa, hospes verò, seu nauta, vel stabularius, siue mulio, seu alius custos, siue depositarius dicit in eis nihil fuisse, vel fuisse lapides tantùm, vel non fuisse tantùm pecuniæ, & aliarum rerum prout deponens dicit, certè tuc stari debet contra ipsum hospitem, nautā, cauponem, stabularium, mulionem, & alium custodem, seu depositarium iuramento in litē ipsius deponentis super quantitate, qualitate, prętio, valore, & extimatione

timatione rerum quę in ipsis capsa, crumena, valisia, sarcinulis, cista, sacco, vel alio vase dicerentur per deponentem fuisse, etiam si ipse deponens res ipsas particulares non consignauerit hospiti, nec aliis ex præmissis, nec aliquid dixerit quòd in eis essent aliquæ res & quæ, & etiam quòd res ipsæ per aliquem visæ non fuerint, & etiã si hospes, nauta, caupo, & stabularius, mulio, & custos, siue depositarius ipse fuisset, & esset bonę vocis, conditionis, & famę, quia debet nihilominus condemnari ad soluendum res ipsas, ac rerum quantitates, & extimationem, de quibus in ipso iuramento deponentis fit mentio, ex quo hospes, & quilibet depositarius dicitur in dolo, eo ipso quòd appareat quòd pręmissa fuerint aperta, etiam si non repetiatur, nec probetur, quòd ipse Hospes, seu alius depositarius, præmissa aperuerit, & ignoretur quis aperuerit, sed sit dubium, Et dicitur ipse hospes, nauta, mulio, custos, & quilibet depositarius conueniri ex proprio eius dolo, qui probatur eo ipso quòd res præmissæ appareant fuisse apertæ, etiam quòd ignoretur quis fuerit ille qui præmissa aperuerit, an hospes, & depositarius, seu custos, vel alius. Et hæc est communis opinio vt dicit Parisius con. 74. inficiari, per totum vol. 1. vbi dicit præmissa omnia per me dicta esse in iure vera & ita communiter teneri, & istam esse communé op. dicit D. Hier. Cagnolus in l. 1. num. 130. ver. ex prædictis, & num. 131. ver. sed communis C. de sen. quæ pro eo quod interest prof. & ibi alij mod. & Iaſ. §. sequens num. 28. ver. qualiter autem inst. de act. Corn. con. 318. pro vecturali col. fi. vol. 4. c. fi. vbi Innoc. col. 1. ver, quero quid Ant. de But. col. 1. & 2. Anchar. col. 2. num. 4. ver. de quo format, Abb. col. 2. nu. 7. ver. ex hoc infertur, & ibi Io. de Imo. Henric. Buoich. & alij ex. de his quæ vi. met. ve cau. fiunt l. in actionibus vbi Bart col. fi. nu. 23. ver. & ex hoc. & ibi Bal. & Ang. col. pen. num. 2. ver. in ea. glo. ibi propter, & Roman. col. 6. num. 25. in. fi. ibi tertio casu dico, & hæc est com. op. vt dicit ibidem Alex. col. fi. ibi dic quòd etiam, & istam esse communem op. attestatur ibidem Iaſ. col. pen. num. 39. & num. 41. ver. ex suprascripta, & ver. quartus casus, & Curt. ac Fran. de Accoltis de Aret. col. pen. ver. sed hic stat. & Dec. col. fi. num. 31. ibi vnde infert, ff. de in lit. iur. & istam esse cõmunem op. attestatur Mag. & Excellens Iureconsultus Eloquentissimus D. Franciscus Duarenus in d. l. in actionibus in ver. quia iudex extimare ver. vnde si pecunia, ibi itaq; cõmuné, licet conetur ibidem satis superq; subtiliter impugnare, seu restringere istam cõ. op. sed nõ est a cõ. op. recedendum l. 1. ff. de offic. quest. & hanc eandem op. esse com. dicit Iaſ. hic in l. si quando nú. 48. cum seq. Nic. de Neapol. in §. item seruiana in 3. op. glo. & ibi D. Lud. Gomesius col. xi, numero 31. versic. in

eo tamē dicit quòd hęc est cō.op.inst.de a&.D.Pet.Pau.Par.trac.re sponsorum lib.1.num.74.infitiari,& in con.seq.Abb.con.109. circa factum col.fi.vol.2.Raph.Fulg.l.cum furti ff.de in lit.iur. Spec. tit. de fur §.1.ver.sed.quid si res assignauit,Bart.Bal.Sal.& Pau.de Ca. in l.1.§ si cista per illum tex.ff.depos.Cin.& Bal. in l. certi iuris nu. 2.C.locat.Io.Per.de Ferrariis in for.lib.in actione reali §. Et in florentis decem col.fi.ver.ecce deposui,& ibi D.Fran.Cur.in apost. Anchar con.286.ex prædicta.num 3.ver.& habemus,Io.Bertac.in rep. ver.deponens fardellum,& ver.valisia, D. Benuenutus Straccha in trac.de nautis,nauibus,& nauigatione in 5.par.in q.incip. vulgaris est Aret.& Mod.in l.qui accusare C.de eden.in fi.

398 Et licet Bart.in l.1.§.fi.in fi.ver.secundo quero ff.fur. aduer. nau. caup.stab.videatur velle,quòd contra hospitem,& similes non possit iurari in litem,sub pretextu quòd valisia,& similia,deposita sigillata,vel clausa apud hospitem,& similes, restituantur disigillata, seu aperta , nisi constet quòd hospes,& similes fuerint illi qui dissigillauerint,seu aperuerint præmissa,ex quo aliter non constat,an conueniantur ex facto, & dolo suo, vel alterius, vt dicit Bar. in d. ver.secundo: Tamen tu dicas quòd imo contra ipsum hospitem, nautam,cauponem,& stabularium,& omnem custodem,ac depositarium,& similes potest iurari in litem etiam quòd non constaret quòd ipsi aperuerint,vel disigilauerint præmissas valisias, sarcinulas,capsas,& alia similia,ex quo est presumptio quòd ipsa pręmissa aperuerint,& dicuntur propterea conueniri ex proprio eorum dolo,ergo contra eos poterit in litem iurari per deponentem,seu viatorem,siue mercatorem,& omnem alium præmissa clausa deponētem,& hæc est com.op.contra Bar.in d.l.1.§.fi. in fi. ver. 2. quero ff. fur.aduer.nau.caup.stabu. Et ita esse communem op. contra ipsum Bart.in d.ver.2 quero,attestatur Parisius d.con.74. infitiari vol. 1. Cagnolus d.l.1.num.130.C.de sen.quæ pro eo quod interest, Cur. & Doc.omnes,& idem Bar.in d.l. in actionibus,& ad rationes, Bar. in d.l.1.§.fi.ver.secundo quero responde, vt per Cur.in d. l. in actionibus,& per Cagnolum in d.l.1.

399 Et quamuis glo in l.1.§.fi.ff.nau.caup.stab.dicat ad hoc vt in litē possit iurari non sufficere viatorem , seu deponentem consignare hospiti,vel alii valisiam,siue malam clausam,& alia similia clausa, puta saccos,sarcinulas,capsas,& alia,nisi præmissa consignando ea aperuerit,consignando res omnes particulares,Tamen communis op.est contra ipsam glo. Et vera,ac communis op.est quòd sufficiat consignare hospiti,nautæ, mulioni,vel alii præmissa clausa, etiam quòd non aperiantur ostendendo,& consignando res particulares in

in eis existentes, & etiam quòd de eis nullum verbum fieret, quia vbi præmissa restituuntur aperta, seu apparent fuisse aperta, poterit per deponentem, seu viatorem super quantitate, ac qualitate, pretio, & extimatione rerum quas dixerit fuisse in eis, iurare in litem, & erit standum tali iuramento contra ipsum hospitem, nautam, mulionem, depositarium, custodem, & omnem aliû similem, Ias. d. l. in actionibus col. pen. num. 43. ver. in tantum quòd Parisius d. con. 74. in fitiari vol. 1. Cyn. d. l. certi iuris vbi Bal. in 2. op. C. loc. Nic. de Neap. & Lud. Gomesius in d. §. item seruiana, & ibi Ias. num. 52. ver. & per hanc, ibi quia imo secundum Iac. inst. de action. D. Frã. Duarenus d. l. in actionibus ver. quia iudex extimare, ibi merito igitur, & ita ibi tenent Doc. omnes communiter, durum enim, & inhumanum, ac periculosum est res suas, & secreta patrimonij sui pandere, arg. l. 2. C. de alim. pup. prest. & l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. x.

Fallit quando vnus ex sotiis, vel fratribus, aut coheredibus, seu cōdominis, vult iurare in litē cōtra alterum pro rebus mobilibus, quas dicit eū viuente patre subtraxisse, & iurare volens super quan titate erat tunc absens, & sic nō informatus, nā tunc nō pōt iurare in litē maximè nō cōstito prius de furto. Grat. cō. x. & si causa vol. 2. qui enim nō est informatus nō pōt iurare, Ias. l. admonēdi car. 30. col. 1. ibi. & ibi Mod. ff. de iureiur. Bal. c. 1. col. 1. si de inuest. inter dom. & vasal. Alex. cons. 373. vol. 4.

Item vbi vnus ex sotijs, vel fratribus, aut condominis, vel coheredibus, vel ex consortibus absq; inuentario, seu bonorum descriptione, & absq; libro rationum dietim conficiendo, in eo ponendo introitum & exitum, ac lucra, bona communia, seu negotia, aut mercimonia communia administrauit, seu in eis sese intromisit poterit contra eū per alterū sotiū vel fratrē, condominū, aut coheredē, seu consortē iurari in litē tā super quātitate, quàm etiā qualitate, & prætio rerū, & eorū fructibus, & extimatione, & iuramentū ipsū erit loco probationis, præmissa tamen Iudicis taxatione secundū qualitatē personarū, Parisius. d. con. 15. vidi col. 9. num. 46. & 47. vol. 1. & cons. 75. ad victoriā vol. 1. & con. cix. dominus vol. 3. Afflic. decis. 360. inter Marcū, Dec. cō. 178. in causa col. 1. ver. vbi loquitur in fratre, Abb. cō. 12. vt clare materia thematis col. 4. ver. capio nunc sextū dubiū vol. 1. Soc. cons. 46. cū in præsenti col. 2. ver. & in terminis, & ver. circa secūdā, & in cō. 73. consiliis nostris, per totum maxime in col. 2. ver. & in terminis & ver. ad prædicta vol. 1. & in cō. 2 1 3. cōsilijs col. 2. vol. 2. & hoc procedit etiā contra fratrem, siue viuente patre cōmuni, bona paterna administrauerit, siue eo mortuo, siue tāquàm tutor, seu curator alterius fratris, siue nomine proprio, vel vtcūq; absq; tutela, & cura ea administrauerit, quia semper tenetur reddere rationem, & exhibere inuentarium, ac librum rationum, alioquin posset iurari in litem per alium fratrem, seu sororem contra alium fratrem, vel sororem administrantem, Abb d. cons. 12. in d. ver. capio nunc, Soc. d. cons. 46. cum in presenti col. 2. ver. & in terminis, & d. cons. 73. consilijs col. 2. ver. ad prædicta vol. 2. Afflic. decis. 360. inter, & procedunt præmissa etiam quòd frater qui administrauerit bona cōmunia cum alijs fratribus, diceret, se non confecisse inuentarium, nec librum rationum, pro eo quia, ipsi fratres habebant tutores deputatos a patre cōmuni qui litigabāt nolendo acceptare ipsam tutelam & ꝙ eius nomine proprio administrauit, quia hoc non attento posset contra eum in litem iurari super quantitate, & qualitate, & prætio bonorū, & fructuū, vbi inuentariū, ac librū rationū nō exhibet, præ

496

vide Pet. de ubal. tract. de duobus fratr. & maritā. in 2. par. prin. nu. 19.

missa, tamen iudicis taxatione, Afflic. d. decis. 360. inter Marchum Saxi. in reddenda tamen ratione in modicis stari debet iuramento fratris, & sotij, administratoris & et in nō modicis, si psona qualitas, verisimilitudo, & Iudicis mens ita cōcurrat, quia ab eis nō est exigenda ita stricta ratio sicuti ab extraneis, Soc. d. con. 46. cum in presenti col. 2. ver. & in terminis vol. 1. Abb. d. con, 12. vt clare col. 4. ver capio nunc sextum in fi. vol. 1.

497 Silentio etiam non est inuoluendum, quòd si numeraui alicui pecuniam ad mercandum, vel nogotiandum, in hoc contrahendo sotietatem licitam, quòd ille cui dedi pecunias tenetur mercari, ac negotiare, & emere, ac vendere iuxta conuenta, alioquin si hoc nō facit, vel pecunias in alium vsum expendat, dicitur in dolo, & tenetur olim ad vsuras, hodie verò ad interesse meū l. si quis sotietatē, & in l. si fratres. §. si quis sotietatem. ff. pro soc. dicitur enim in dolo qui pacta vel fidem seu promissa non seruauit l. dolus, & ibi Bar. ff. mand. l. 1. §. est autem apud ff. depos. l. vendicantem ff. de euic. Crauet. q. de indemnitate mulierum num. 30. vers. nam in dolo, & iuramento meo in litem præstando contra illum qui habuit dictas pecunias, probabitur interesse meū, & illud quod verisimiliter lucratus fuissem si cum illis pecunijs negotiatus, ac mercatus fuisset, ex quo dicitur fuisse in dolo, non mercando nec negotiādo, prout promisit. l. in actionibus ff. de in lit iur. iuncta d. l. dolus cū ibi not. per Bar. item tenetur ille cui datæ fuerunt pecuniç ad mercandum, vel negotiandum in eundo in hoc licitam sotietatem, conficere librū rationum sotietatis, cum inuentario rerum, & eorū pretio, & emptionibus, ac venditionibus, & lucris dietim sequutis, alioquin super præmissis omnibus posset per alium sotium qui numerauit pecunias iurari in litem contra illum, & interesse illius qui numerauit, ac lucrū, & res, ac rerū quātitas pbabitur iuramēto suo, q̄a in omni negotiatione cōmuni, vel aliena debet confici inuentariū, ac liber rationum, alioquin posset iurari in litem cōtra administrā tem negotiationē alienā. vel cōmunē, Soc. d. con. 46. cū in præsenti, & con. 73. consiliis vol. 1. & c. 213. consiliis vol. 2. Afflic. decis. 360. inter, iuncta. d. l. in actionibus ff. de in lit. iur. Ias. con. 174. spectabilis vol. 2.

498 Limitātur primo, & quidem rectè, ac Christiane præmissa nō procedere, quotiescūq; cōtractus sotietatis, seu mercaturæ faciēdæ, esset illicitus, seu feneratitius, ac vsurarius, puta si dictū fuisset q̄ capitale esset saluū, & sic periculū capitalis spectaret ad recipientē, & non ad dantē, etiam q̄ esset dictū quòd lucrū diuideretur, nā iste cōtractus diceretur feneratitius, & vsurarius, & nō valeret, & recipiēs teneretur solum ad capitale, & non posset ab eo peti interesse, nec lucrum,

lucrũ,nec pro eo iurari in litẽ,sub prætextu dicti interesse,nec sub prętextu lucri,nec etiam sub prætextu quòd ipse pecuniæ non fuerint trafigatę,nec merces emptæ,nec factum inuentarium, nec liber rationum confectus,vbi enim contractus esset feneratitius sub prætextu præmissorum non posset iurari in litem,& est com.op.ita dicit Ias.d.con.174.spectabilis col.4.nũ.2.ver.agredior,& nu.3.ver. condescendo vol.2.iunctis not.per.Doc.in c.nauiganti de vsur. vbi Abb.& cõiter Doc.& per Bal.l.1.q.ix.C.de solut.& per Ias.in d.cõs. 174.vbi dicũt Doc.ipsi quòd est com.op. quòd vbi sit pactum quòd sit saluum capitale quòd contractus est vsurarius.

Limitãtur & secũdo præmissa,nõ procedere,quotiescũq; cõtractus societatis mercaturę celebrãdæ,saperet cõtractũ mutui,seu esset cõtractus mutui,puta si cõuẽtũ fuisset quòd recipiens capitale teneretur omni ãno illud assignare,seu teneretur tãtũdẽ restituere,quia tũc dicitur cõtractus mutui,ẽt si dictum fuisset ꝙ pecuniæ traficarẽtur in mercatura,& quòd periculũ & omne bonũ, & malũ lucri,esset numerãtis,& sic tunc per recipiẽtẽ nõ debetur interesse, nec lucrũ ipsi numerãti,nec pro eo,nec ẽt pro libro rõum nõ cõfecto,nec pro capitali nõ traficato in mercatura nõ põt per numerãtẽ in litẽ iurari cõtra recipiẽtẽ ita dicit Ias.d.cõ.174.in d.ver.agredior,cũ seq.& d.ver .cõdescẽdo,& itẽ diceretur contractus mutui, quando pecunia data fuit ad numerum,eo acto vt tantundem reddatur ,etiam quòd fuisset dictũ ꝙ ipsæ pecuniæ sint datæ ad exercendum in mercatura,nam per illud verbum dare denotatur quòd in recipientem fuit translatum dominium,& sic est contractus mutui,quo casu numerans non potest petere interesse,nec pro eo in litem iurare,etiam quòd liber rationum & mercaturæ non fuisset cõfectus,& idem procedit quotiescunq; datur magna quantitas pecunię mercatori,siue detur ad negotiandũ,siue non,& nõ adiicitur causa quare detur,quia dicitur contractus mutui , & dans non põt iurare in litẽ pro lucro,nec mercatura non facta,nec pro libro rationum non confecto,& eidem nõ debetur lucrum , nec interesse , Ias.d.con.174.spectabilis col.1.in fi.& 2.& per totum vol.2. 499

Tertio etiam limitantur præmissa non procedere , quando numerans pecuniam recepisset postea partem , & restans esset modicum,adeo quòd recipiens verisimiliter credidit se non teneri,pro illo modico traficare,siue actus mercantiles exercere,& facere cõputũ,& tenere libros rationis,vel vbi recipiens verisimiliter nõ recepisset illud modicum ad trafigandum,nam tunc contra recipientem pro trafico non facto,& pro libro rationũ nõ cõfecto nõ posset iurari in litẽ, Ias.d.con.174.spectabilis col.5.ver.moueor,& ver.itẽ 500

ex alio causata,& ver. itē ex alio potuit,& ver. per ista cū seq. vol. 2.
vbi etiam Ias. vult pacta exercendi sotietatem mercaturæ, intelligi debere rebus stātibus in eo gradu,& sic se habētibus, prout prius se habebant. l. quod seruius ff. de cond. ob cau. c. sugestū de decimis, ergo vbi ille qui dedit peccuniā titio ad mercādū,& traficandū, in hoc in eundo licitam sotietatē, recepit postea partem pecuniæ datæ, non potest iurare in litem contra titiū recipientē, sub prætextu quòd nōn traficauerit, seu mercatus nō fuerit pro restanti, & libros rationum nō exhibeat, Ias. d. ver. item ex alio potuit, sic & locatio, seu venditio, pluriū rerum, facta vnico prætio, in totum potest rescindi per emptorem, seu conductorem, vbi ex ipsis rebus erant aliquæ res quæ non erant locantis, nec vendentis, casu quo si cōducēs, vel emptor istud sciuisset, verisimiliter non conduxisset, nec emisset, nec conduxisset partem, quia quilibet diligens paterfamilias etiam istud non fecisset,& hoc procedit etiam si locator, vel venditor vellet liberare bona ab illo cuius sunt, vbi verisimiliter ille cuius sunt in aliquo tempore vexaret emptorē, vel cōductorem, puta si essent Ecclesiæ, quæ est valde priuilegiata, ita inquit Io. de Imol. in con. 39. visis sub rub. locati,& conducti, per tex. in l. si duos cū ibi not. per glo.& Doct. ff. de con. emp. facit. l. si non sortem §. si centum ff. de cond. ind.& ibi Bar.& Alex.

*Dec. Auct. qui rem in fi. C. de sac. eccl. & ibi Iason. col. antepen.*

501 Sotius, aut coheres rem comunem, per fallatiam, dolumuè malum, amouendo, vel rem comunem calandi animo contractando, comittit furtum,& est in dolo. l. rei comunis ff. pro Soc.& l. si sotius ff. de fur. ergo potest cōtra eum in litē iurari per alterum sotiū, aut coheredē de quantitate,& qualitate, ac prætio,& fructibus rerum, & eius interesse, quæ omnia probabuntur ex ipso iuramento l. cum furti & l. in actionibus ff. de in lit. iur. Alex. consil. 103. videtur vol. 1. Anchar. con. 286. ex prædicta facti narratione.

502 Sotius faciendo moram in restituendo capitale, ac interesse,& lucrum, alteri sotio, tenetur ad eius interesse. l. sotiū qui in eo ff. pro soc. Ergo alter sotius probabit eius interesse intrinsecū ac extrinsecum per eius iuramentum contra alterum qui est in mora l. nominis vbi tex. Doc.& glo. ver. sua die,& l. in actionibus ver. plane ff. de in lit. iur.& ibi Mod.

503 Renontiando sotius sotietati, vel ab ea recedendo, ante finitum tempus sotietatis contractæ absq; aliqua causa dicitur dolo malo facere,& si aliquid lucri est acquisitum post talem renontiationem, est alterius sotij,& si aliquid damni accidit est comune cum renontiante. l. actione. §. labeo in fi. ff. pro soc. facit. l. dolus vbi Bar. ff. mād. iunctis his quæ dixi supra num. 497. ver. silentio, ergo contra ipsum

sotium renonciantem sotietati, vel ab ea recedentem absq; causa iusta ante finitum tẽpus conuentũ, posset iurari in litem per alterũ sotium, ex cuius iuramento probabuntur eius damna, expensæ, ac interesse. d. l. in actionibus ff. de in lit. iur.

Colonus colens ad partẽ dicitur sotius, Bar. l. si merces §. vis ma ior, ff. locati & tã ipse quàm ẽ colonus colens nũmis, si nõ restituit possessionẽ domino suo pòstquã desiit esse colonus, seu cõductor, dicitur vim facere, & spoliare dominũ suũ, siue iudicialiter, siue extra iudicialiter, istud faceret, Alex. cõ. 3 ; viso col. 1. n. 1. ver. cõstat vol 6. p tex. in l. colonus ff. de vi & vi arm. & in l. cõductores. C. locati, & in l. non ab re & ibi Bal. C. vnde vi, nec auditur litigando de proprieta te, aut possessione nisi prius restituta possessione locatori suo. l. si qs conductionis. C. locati, ergo contra ipsum colonum, siue conductorem posset iurari in litem per dominũ, seu per illum qui concessit bona colono, vel conductori, & ex ipso iuramento probabuntur damna, expensæ, ac interesse, rerum fructus, & quantitas, prętiũ, & extimatio per tex. hic in l. si quando C. vnde vi, & in d. l. in actionibus ff. de in lit. iur. & in l. si cui §. 1. ff. loca. 504

Vnde talis Colonus, vel conductor, finito tempore locationis, faciendo præmissa, non excusaretur a pœnis violentię, & turbatæ possessionis de iure comuni, nec in Dominio Mediolani, ex forma decreti, prohibentis procedi criminaliter, vbi res habet originem a contractu, quia quando superuenit defectus tituli, & scientia ipsius defectus, vel resolutio contractus, nisi quis desistat a gestis vigore ipsius contractus, nõ iustificatur, nec excusatur ratione ipsius contractus, nec decreti, ergo colonus, vel conductor, finito tempore locationis, si non restituit rem conductori, cum dicatur comittere vim, non excusatur a dolo, nec a pœna criminali, per tex. in d. l. colonus ff. de vi & vi arm. ita inquit D. Fran. Põz inib. in trac. per eũ edito super ipso Decreto, in 6. limit. ver. sexto quando facit l. si quis possessor §. sicut & l. sed & si lege, ver. quod si ab initio, ibi parui, ff. de pet. her. Bal. l. quicunq; col. pœn. ver. item facit ad statutum C. de ser. fug. Fallit quando colonus, vel conductor, vellet retinere ipsa bona ex aliqua causa, vel pacto dependente, ab ipso contractu, vel eius occasione, vel ex alia causa colorata, & non calumniosa, puta ratione melioramentorum, quia occasione dictæ retentionis non posset iurari in litem contra eum, nec procedit criminaliter, Ponzinibus dicto versic. sexto quando, per glo. in d. l. si colonus. 505

Sotius, vel Frater, vel coheres, seu cõdominus per vim, occupãdo respectu partis alterius Castrũ, vel domũ, aut prædiũ comune, vel 506

comunem, cum alio sotio, vel fratre, aut coherede, vel condomino dicitur committere vim, & contra eum de omni damno, ac violentia, & de rebus ablatis, & earum quantitate, pretio, ac extimatione, & de omni interesse, præsertim si noctis tempore, & cum hominibus armatis præmissa fuerunt facta, iurari poterit in litē per alterū sotiū, fratrē, vel coheredē, quia probata violētia dicitur probatus dolus, & in hoc vide pulchrū cōsiliū Alex. in con. 103. videtur volu. 1. hæc tamē limita secūdū ea quæ dixi supra nū. 312. ver. aliud, & nū. 313. ver. itē si sotius, & nū. 314. vers. sed si, & nū. 315. vers. si tamē.

Petitio hereditatis, est actio bonæ fidei §. actionū inst. de action.
507 ergo in ea iuratur in litem cōtra dolosum ratione solius doli, etiā si non interueniret contumatia in non restituendo ad mandatū Iudicis, nec interueniret difficultas probationis, sicuti iurari potest in alijs bonæ fidei actionibus, l. sed & si lege §. si ante litem vbi Pau. de Ca. num. 5. ver. ex quo nota, & l. si possessor §. restituere vbi tex. & Doc. ff. de pet. her. gl. & Doc. l. fi. §. si quis autem temerario proposito vbi glo. ver. sacramento. C. de iur. de lib. & in hoc vide etiam exēpla quibus heres non solum contra extraneum, verum etiam contra coheredem potest in litem iurare supra nu. 491. ver. ex hoc amplia, & nū. 493. ver. vnde si vnus & nū. 494. ver. amplia & nū. 495. ver. fallit, & nū. 496. vers. itē vbi vnus, & nū. 501. vers. sotius, aut coheres.

508 Si ergo aliquis puta Titius nullam causam habebat, nec de facto, nec de iure credendi hereditatē ad se pertinere, in ea se intromisserit, vel eius bōa aprehenderit, & ex post facto apparet q̄ ad eū hereditas non pertinebat, puta quia nō allegabat testamētū in quo esset institutus, & si allegabat testamentum, in quo esset institutus, & si allegabat nullam de eo fidem faciebat, nec probabat propinquitatem, per quā posset venire ab intestato, & ego probauero hereditatē ad me pertinere, certe est fundata intētio mea cōtra ipsū titiū eo ipso q̄ probo hereditatē ad me pertinere, vt ipse Titius dicatur; ac præsumatur a iure sciuisse hereditatē ad se nō pertinere l3. fingeret se se credere q̄ ad eū pertineret, & ipse titius dicetur fur male fidei possessor, predo, ac inuasor, ēt ante litē cōtestata & āte cōtrouersiā, Pau. de Ca. l. sed si lege §. q̄ autē ait col. 1. nū. 4. ver. quid ergo ff. de pet. her. tex. in l. fi. C. vnde vi, & ibi not. Doc. tex. cū glo. in d. §. q̄ autē ait, ergo ipse titius, & oēs alij similes, tenētur nō solū ad res quas possidēt, verū ēt ad res quas dolo desierūt possidere, seu quas alienarunt, cum pretio, puta vendendo, vel sine pretio puta donando, & vlterius tenentur non solùm de fructibus perceptis, verum etiam de fructibus quos percipere potuerunt, licet eos non perceperint, & itē tenentur si res effectæ fuerunt deteriores, vel in aliquo

Alcia. cons. 306. in fi.

eorum

eorum dolo fit hereditas dānificata,tex.glo.Pau. de Ca.& Doc. in d.§.quod autē ait,& sic contra ipsū titiū,& oēs alios similes ex iuramēto in litē per me,vel per alios veros heredes,prēstādo cōtra eū, vel eos,pbari poterit fructuū p eūdē titiū,& similes,ex bonis hereditatis perceptorū,& pcipiēdorū quātitas,qualitas,ac prętiū,& rerū hereditariū quātitas,qualitas,ac prętiū & dānificatio, & subtractio,& omne dānū ac interesse,veri heredis,in quibus omnibus fieri debebit cōdēnatio,in fauorē veri heredis iurātis in litē cōtra ipsum titiū,ac præmissos,tex.in l.sed & si lege §.hæc verba,& ibi glo. & Doct.& tex.in l.si possessor §.restituere,& ibi Doc.ff.de pet. her. Parisius.d.cō.75.ad victoriā vol.1.& d.cō.15.vidi vol.2.& con.109. Dominus Bernardinus vol.3.tex.in d.l.in actionibus.

Etiā verus heres habēs ius in hereditate,vbi scit hereditatē posse ab ipso auferri,quia testamētū erat inofficiosū,vel ipse erat indignus,vel incapax, vel prestauit tacitā fidē de restituēdo incapaci si adeat hereditatē dicitur in dolo,& mala fide,& reputatur predo ēt ante litē motā,glo.in d.§.quod autē ait,vbi Bar.& Pau.de Ca.nū.3. ver.nota īn,& ibi d.Frā.Cur.in apost.ad Pau.de Ca.tex.vbi Bal.Paul. de.Ca.Ias.& alij nōt.in l.1.C.de his quib.vt indig.tex.in l.predonis ff.de pet.her.ergo cōtra eū tāquā cōtra inuasorē,seu predonē, seu male fidei possessorē pōt pro fructibus perceptis aut percipiēdis,& pquātitate,& pretio rerū hereditatis,& pro omnibus dan nis ac interesse iurari in litē per illum cui hereditas debet aplicari,& prout supra nuni. 508.vers.si ergo, tex.in d.§.hæc verba,& d.§. restituere, 509

Possessor malæ fidei,hæreditatis,vel alterius rei,quā aliquis petere possit,ex aliqua actione bonæ fidei,puta petitione hereditatis vel actione exempto,vel alia simili,si alienat rem hereditariam,vel aliam rem quam mala fide possideat,puta vendendo,conueniri potest ipse malæ fidei possessor,ad prætium rei per eum preceptū,cū interesse,etiam si res deperdita esset, vel in rerum natura amplius non adesset,& tunc pro re non extante,non potest iurari in litem, quia in re quæ non extat non potest cadere probabilis affectio, & si res ipse non essent deperditæ,sed extarent apud emptorem, vel aliū cui male fidei possessor illā alienauerit,etiā quod malæ fidei possessor rem ipsam nō possideat,tenetur malæ fidei possessor alienās ad electionē veri heredis,vel domini,seu illius ad quem res pertinet, eidem præstare prætium,vel rē quam alienauit,& si nō vult, vel nō potest illi præstare,ac restituere rē vel quia possessor malæ fidei nō vult illam redimere ab emptore,vel quia nō potest eam redimere, quia emptor non vult rem retrodare,nec retrouendere, potest verus heres,seu dominus,vel ille ad quē res pertinet,iurare in litē,cō- 510 *Ias. in §. actionū. num. 97.*

tra

tra ipsum malæ fidei possessorem,qui alienauit,vel tradidit rem alteri,super prætio ipsius rei,& super rei affectione,& fructibus rei,& eorum quantitate,qualitate,ac prætio,& super alijs damnis,expensis,ac interesse,in quibus omnibus ipse malæ fidei possessor alienans ex ipso solo iuramento, condemnari debebit, præuia tamen Iudicis taxatione,tex.in d.l.si possessor §.restituere,& ibi glo. vers. possit,& ibidem not.Pau.de Ca.per totum in d.§.restituere,& tex. in l.sed & si lege §.hæc verba ff.de pet.her.

511 Et ex tex.in d.§.restituere,& ex his quæ dixi supra num.510. ver. possessor,nota quòd non potest deferri iuramentum in litem super re non extante, licet reus fuerit in dolo, quia non sufficit dolus de preterito vt deferatur iuramentum in litem, sed requiritur dolus præsens,& hoc vt dixi vbi res nõ extat,sed si res extat sufficit dolus de præterito,licet non sit de presenti,ad hoc vt possit ipsum iuramentum in litẽ prestari, puta quia possessor malæ fidei facit quod potest vt recuperet rem extantem,quam alienauit,sed non potest, nam tunc potest iurari in litem etiam affectionis contra eum , tex. in d.§.restituere,& ibi not.Pau.de Ca.& hoc intelligo respectu iuramenti affectionis quæ in re non extanti non põt cadere,& sic pro ea,nõ põt iuramentum affectionis in litẽ præstari,&ita videtur declarare Pau.de Ca.in d.§.restituere nũ.2.ver.queritur,sed iuramentũ in litem veritatis etiam pro re non extante.credo posse præstari contra dolosum etiam respectu doli de præterito licet non sit de presenti per tex.hic in l.si quando.C.vnde vi,& in d.l.in actionibus ver,plane ff.de in lit.iur.

512 Malæ fidei possessor dicitur dolo desinere possidere si rẽ hereditatis,alienauerit,siue ante litẽ cõtestatã,siue post,& ideo tenetur, ac cõdenari potest,& cõtra eũ in litẽ iurari de prætio rei,& fructibus,ac interesse perinde, ac si possideret.l. si possessor §.restituere vbi tex.glo.& Doc.& Alex.ff.de pet.her.d.l.sed & si lege §.si ante litẽ vbi tex.glo.& Pau.de Ca.nũ.2.ver.1.& nũ.4.ver.5.& nũ.5.ver.sex quo no.ff.de pet.her.sed si alienauit post litẽ cõtestatã,vel post litẽ motã,tunc etiam multo magis dicitur malæ fidei possessor,seu prædo,ac inuasor et si a principio fuisset bonæ fidei possessor,dolo desiisse possidere,& tenetur,& cõtra eũ in litẽ iurari põt perinde, ac si a principio fuisset malæ fidei possessor,tex.in d.§.si ante litem,& ibi not.Pau.de Ca.nũ.1.ver.1. Et si possessor malæ fidei hereditatis potuit possidere rẽ aliquã,& nõ possedit,& talis res fit perdita, tenetur per inde,ac si possidisset,& posset pro ea in litẽ iurari contra eũn,Pau.de Ca.d.§.si ante litem nu.3. vers.secundum dubium & l. sed si lege.§.perinde & ibi Bar.ff.de pet.her.

Ille

Ille qui est bonæ fidei possessor hereditatis a principio, puta quia a principio habuit iustá causam adipiscendę possessionis si efficiatur expost malæ fidei possessor, quia postea sit conscius hereditatē ad se nō ptinere, seu superuenit de hoc sibi sciētia si pseueret nihilominus in possessione hereditatis, dicitur p̄do, ac inuasor, & habetur, ac si a principio fuisset malæ fidei possessor, parui enim refert ab initio quis dolosè in hereditate sit versatus, an postea hoc facere ceperit, & sic tenetur de fructibus pceptis, & pcipiendis, & rei interitu, & pro eis, & pro omni interesse potest iurari in litem per verum heredē cōtra eū, tex. in d. l. sed & si leg. §. quod autē ait ibi quod si ab initio, & ibi no. Pau. de Ca. num. 5. vers. quartum dubium, ff. de pet. her. iuncta d. l. in actionibus ff. de in lit. iur.

Error tamen facti, vel etiā iuris, excusaret possidentē hereditatē a mala fide, & a fructibus percipiēdis, adeo quòd possidens nō possetdici prædo, nec posset contra eum in litem iurari per verum heredem, puta si putauit rectè factum testamentum cum esset inutile, vel cum alius sibi præcederet Agnatus putauit hereditatem sibi potius deferri, & sic in iure errauit, & hoc ante litem motam, sed post litem, vel cōtrouersiam motam, ipse & omnes alii possessores pares sunt, & quasi prędones tenentur, ceperunt enim scire rem ad se non pertinere, & tenentur etiam pro fructibus percipiendis, & pro eis, & pro omni alio interesse potest per verum heredem contra eum, seu eos in litem iurari d. l. sed & si leg. §. scire autem, & §. si ante litem contestatam, & §. hæc verba ff. de pet. her. iuncta d. l. in actionibus ff. de in lit. iur. 514

Heres petens terminū ad deliberandū, an velit acceptare hereditatē, vel ne, qui inuentariū bonorū hereditatis minime conscripserit, & tamen bona hereditatis attigerit, & in eis ēt citra ius, & nomē heredis sese intromiserit, si postea recusauerit in termino deliberādi hereditatē, tenetur creditoribus, & legatariis, & his qui ad hereditatē vocantur, restituere omnia bona hereditatis in qua se intromisit, absq; inuētario, seu absq; descriptiōe bonorū hereditatis, secundum iuramentum in litē prędandum per creditores, & legatarios, & eos qui ad hereditatem vocantur, contra ipsum heredem, qui non debebat se intromittere in bonis hereditatis, nisi prius facto inuentario, seu saltem prius facta bonorum descriptione, & ex ipso iuramētō in litē prestādo, probabūtur cōtra ipsū heredē, bona, ac rerū quantitates, & priū, quę, & quas dicēt p̄misfi peruenisse ad manus heredis, qui recusauit hereditatē in termino eidē statuto ad deliberādū, q iuramētū p̄stari debet, cū taxatione a Iudice statuēda, tex. i l. fi. §. si qs autē temerario, & ibi gl. & tex. ver. sacramento 515

mento.C.de iur.delib.

516 Si vnus ex coheredibus,vel ex sotiis,vel ex fratribus,vel alius extraneus hereditatem expilauerit,aut occupauerit,vel dissipauerit, seu dilaniatus fuerit,seu per vim in vniuersa hereditate sese intromiserit,vel dolo malo,seu absq; causa eam fuerit aprehensus, potest contra ipsũ per verũ heredem,vel per alterum coheredem,sotium,aut cõtr attem iurare in litem super bonis hereditatis, & eorum prætio,quantitate,& qualitate,ac fructibus,damnis,& interesse,Patisius cons.109.dñs Bernardinus,per totum maxime in col.4. num.30.vol.3.& cõ.75.ad victoriam vol.1.& con.25.vidi vol.2. cui Ego addo Anchar.con.286.ex prædicta facti narratione,Alex.con. 103.videtur vol.1.Aflic.decis.360.inter,tex.in l.si possessor §. restituere,& in l.sed & si lege §.hęc verba ff.de pet.her.& vide ea quæ dixi supra nu.496.ver.itẽ vbi vnus,& dicitur expilare quis hereditatẽ vbi cõstat ꝙ ãte aditã hereditatẽ occupauit bona per tex. in l.2. ff.de cri.expil.her.& per Bar.in l.1.ff.de effrac.Paris.d.cons.109 dominus,& expilãs hereditatẽ tenetur pœna arbitraria, ex quo nõ potest agi pœna furti per heredẽ,vbi tẽpore expilatiõis nõdũ hereditatẽ adiuerat,& si adiuerat nõdũ erat aprehẽsus possess.tex.ĩ d.l.2.

517 Cohere s,seu sotius,vel frater vendendo,vel alienando non solũ partem suam,verum etiam partem alterius coheredis, vel sotii, aut fratris,dicitur in dolo,ex quo sciẽter vendidit,seu alienauit rẽ nõ suam saltem in totum,vt not.in l.Iulianus & in l.idemq; & Iulianum agitasse,& ibi glo.ver.omnimodo ff.de act.empt.Alex.cõ.103. vř.col 4.nũ.14.ver.nũc restat.vol.1.tex.& Doc.in l.rei cõis ff.ꝓ soc. & in l.si sotius ff.de fur.l.1.in fi.ver.illicitã.C.de cõ.re.al.& vide quę dixi supra nũ.476.in fi.& si coheres,vel sotius,vel. frater, administrãdo bõa cõia,absq; inuentario,& libro rõm,ꝙ ẽ minus,dř in dolo,& põt cõtra eũ iurari in litẽ, ut supra nũ.496. ver.itẽ vbi vnus, ergo multo magis cõtr a ipsũ alienãtẽ,vltra partẽ suã,põt iurari in litẽ,per alterũ coheredẽ,vel sotiũ,aut fratrẽ super rerũ quãtitate, qualitate,ꝓtio,& fructibus,& alijs dãnis,ac expẽsis, & interesse, cũ plus sit alienare,quã administrare absq; inuẽtario,arg.auct.multo magis.C.de sac.Ecc.dolo enim videtur desisse possidere,alienãdo vltra partẽ suã,ergo videtur posse cõtra eũ iurari in litẽ, l.sed & si lege.§.hæc verba vbi tex.& Doct.& in l.si possessor §. restituere vbi etiam tex.& Doc.ff.de pet.her.facit.l.in eos in fi.ff.de tutelis & l.in actionibus & l.nũmis vbi glo.fi.in fi.ff.de in lit.iur.

518 Actio familię herciscũdę, seu hereditatis diuidẽdę.& actio cõi diuidũdo sũt actiões bõę fidei,tex.vbi ẽt gl.Ang.Are.Ias.& alii in §.actionũ Inst.de actiõ.ergo ĩ ipsis actiõibus,& in ipsarũ qualibet,pote

excoheredibus,aut sotiis,vel ex aliis habētibus rē comunē, contra alterū coheredē,aut sotium vel aliū condominū,ēt extraneū,ratio ne solius doli,tex.in d.l.in actionibus ff.de in lit.iur.

Diuisione ergo si fiat,inter duos,vel tres fratres,aut alios coheredes,seu sotios,vel habētes hereditatē, aut alias res in cōi,ēt si de tali diuisione fierent publica instrumēta,& in eis diceretur omnia fuisse diuisa,& nihil cōe remāsisse.& fieret inuicē generalis quietatio,& cōfessio,ac liberatio,& promissio sub pœna de nō veniēdo cōtra diuisionē,nec petēdo aliquid de hereditate,aut rebus cōibus,& reperiatur postea, ꝙ vnus ex ipsis diuidētibus aliquid de cōi hereditate,vel de rebus cōibus,subtraxerit,puta pecuniā aureā,cuius nulla mētio ī instrumēto diuisionis cōtinebatur,certe nō obstāte dicta diuisione,& nō obstātibus generalibus pactis,refutatiōibus,& renōtiationibus , cōfessiōibus,& liberatiōibus de nō petēdo,nec agēdo decetero,vnus cōtra alterū,nec ecōtra,quauis occasione ēt inexcogitata interpositis in d.diuisione,tāquā dolo malo subtrahentis interpositis,poterūt alii fratres,coheredes,& sotij,cōtra alterū sotiū coheredē,vel fratrē,subtrahētē,agere ad eorū portionē eius, ꝙ surreptū diceretur ab alio,vbi tempore diuisionis ignorabatur ipsa fraus cōmissa,agēdo ex actione familiæ herciscundē,vel cōi diuidūdo,vel rei vendicatione,& hoc procedit ēt si diuisio fuisset facta tit. transactionis,quia generalis confessio,remissio,ac liberatio debet restringi,ne dolus alicui patrocinetur,tex.est.&ibi no.Bar.Bal.Pau. de Ca.Ias.& alij in l.tres fratres ff.de pactis. 519

Et contra ipsum subtrahentem poterit iurari in litem per alios coheredes,vel sotios,seu fratres,ex quorum iuramēto probabitur quantitas,qualitas,valor,& extimatio rei subtractę, ac damnum & interesse,nō obstāte dicta diuisione,Anch.cons.286.ex prædicta facti narratione,tex.in l.cū furti & l.in actionibus ff.de in lit.iur.iūcta l.rei comunis ff.pro soc.& l.si sotius ff.de fur. & hoc procedit siue viuēte defuncto,de cuius hereditate agitur puta patre cōuni , siue eo mortuo,ꝑmissa fuerint subtracta.Bal.d.l.tres fratr.in fi.ver.qro vtrū. 520

Vbi diuisio facta sit dolo,vel per fraudem,seu ex malitia aduersarii,debet rescindi in totū,ēt si dolo deceptus fuisset maior,qui in litē iurare poterit sup eius interesse cōtra alterū diuidētē dolosū, tex.in l.maiorib.& ibi gl.& Doc.C.cō.vtr.iud.iūcta d.l.in actionib. 521

Retractari debet diuisio,facta ne dum per partes, verū etiā per Iudicem,vbi apparet ꝙ fuisset facta vigore testamenti falsi, aut codicilli falsi,vel alterius instrumēti falsi,vel prætextu falsorū testiū, & dari deberet restitutio in integrū ēt maioribus contra ipsam diuisionem factam etiam per Iudicis sentētiam , quæ in rem iudica- 522

tam

tam transiuisset, Ias. l. post diuisionē col. 1. num. 4. ver. adde quod, C. de iur. & fac. ignor. per. l. Diuus ff. de re iud. & tot. tit. C. si ex fal. instru. & contra illum qui scienter vsus fuit ipsis falsis instrumentis, vel testibus tāquàm contra dolosū, iurari poterit in litem, per illum qui ex ipsa falsitate fuit læsus, ex cuius iuramēto probabuntur eius damna, expensæ, ac interesse, & quantitas, qualitas, pretium, & fructus rerum perceptarum vigore dictæ diuisionis, per illum qui vsus fuit ipsa falsitate. d. l. in actionibus ff. de in lit. iur. iunctis not. per Ias. hic in l. si quando col. fi. num. 57. ver. numquid autem, ibi puto, C. vnde vi, & per Raph. com. con. 41. viso.

523 Rescindi debet diuisio, sicuti & vēditio, vbi in ea quis esset læsus, vltra dimidiam etiam si esset maior, & etiam si ipsa diuisio fuisset forte facta, tex. & ibi not. glo. & Bal. in d. l. maioribus, C. com. vtr. iud. & hoc procedit etiam si esset iurata, & cum Iudicis authoritate facta, vt dicam hic inferius num. 524. vel s. diuisio per ignorantiam, forma autem libelli petendi rescisiōnē dictæ diuisionis est, vt læsus ex ipsa diuisione, dicat se ex ea fuisse deceptum, ac læsum vltra dimidiam, & ideo quòd petit diuisionem reformari, vt vel recedatur a diuisione, vel portio iustificetur, & supleatur, & id quod est inmoderatè factum reducatur ad modum, Bal in d. l. maioribus per illum tex. & cōtra diuidentem qui esset, vel fuisset, in dolo posset iurari in litem d. l. in actionibus.

524 Diuisio per ignorātiam facta, cum herede putatiuo qui nō erat heres, & seu cum eo qui nullum ius habebat, non preiudicat ueritati, & potest in totū rescindi, refringi, ac annullari, tex. in d. l. post diuisionem & ibi no. Bar. Ias. & alij C. de iur. & fac. ignor. & tex in l. cumputarē ff. fam. her. & in l. si sorori in §. C. de collat. Soc. con. 34. viso col. pen. num. 5. ver. succederet, vol. 4. & hoc procedit ēt si ipsa diuisio esset iurata, quia obtenta habilitatione iuramenti, debet rescindi in totum, Corn. con. 133. in hac, col. pen. num. 7. vers. in hac vol. 3. & procedit etiā si esset facta cū Iudicis authoritate interposita ad solēnizādū actū, ex quo authoritas Iudicis interposita ad solēnizādū actū, in cōtractibus vel actibus volūtarię iuris dictionis nūquā trāsit in rē iudicatā, ēt quod ab ea nō appelletur, Soc. d. cō. 34. viso col. pen. nū. 6. ver. dubia vol. 4. Et item procedit ēt si fuisset forte facta, Bal. d. l. maioribus, & cōtra ipsum hæredem putatiuū, seu contra illum qui diuisit, cum nullū ius haberet, vbi istud sciebat, aut scire debebat, quia nec in iure, nec in facto, nullam causam coloratam credulitatis suæ super valore dictæ diuisionis deducebat, & sic fuit in dolo malo, seū in mala fide a principio, vel ex post, & tamen noluit recedere a diuisione relaxando bona verò heredi,

*Dec. cons. 408. num. 1. cum seq. & nu. 9. & 10.*

heredi,aut domino,poterit iurari in litem per verum heredé, aut dominum super eius interesse,ac damno,& rerum quantitate,qualitate,prętio, ac fructibus, perceptis,& percipiendis.l.sed & si lege.§.quod ait Senatus,& §.quod autẽ ait Senatus,& §.sed & fructus & §.quod si ab initio & §. perinde & §. hęc verba vbi tex. & Doc. ff. de pet.her.& d.l.in actionibus ff.de in lit.iur.& vide ea quæ dixi supra num.508.ver.si ergo.

Fallit vbi diuisio,facta fuisset per Iudicem,causa cognita, in iuditio contradictorio,quia tunc transiret in rem iudicatam,nisi ab ea appellaretur,etiam si esset facta cum hærede putatiuo,seu cum illo qui nullum ius habebat,& ipsa diuisio non posset rescindi, nec reformari,nisi fuisset obtenta vigore testium vel instrumentorum falsorum,& ita procedit tex.in d. l. cum putarem in fin.vt declarat Bal.in d.l.post diuisionem,& Soc.in d.conf.34.num.6.& tunc propter authoritatem rei iudicatę non posset iurari in litem occasione dictæ diuisionis contra heredem putatiuum vel contra alium diuidentem nullum ius habentem,ex quo contra rem iudicatam nemo auditur tot.tit.ff.de re iud.l.res ff.de reg.iur. 525

Sic & insolutum datio iuditialis,& subhastatio Iudicis, & deliberatio iudicialis,ac extimatio Iudicis, facta a Iudice ad instantiam creditoris petentis contradebit orem sibi satisfieri ad formam decreti Mediolani.sub rub.de bonis insolutũdandis,aut ad hastam ponẽdis,& seu ad formã iuris cõmunis,vel alterius statuti,siue iustæ siue iniustæ fuerint, trãseunt in rẽiudicatam, sicuti sentẽtiæ, vbi ab eis non appelletur in tempore a iure,vel statutis,præfixo ad appellandum,Dec.con.449.uisis col.3.num.15.ver.dicit etiam,Roman. con.597.diligenter,& pendente ipso tempore ipsius appellationis prosequendæ, tempus anni concessum ab ipso decreto, ad redimẽdum bona data insolutum,& seu subhastata a Iudice,& omne aliud simile tempus concessum a statutis, ad luendum bona ipsa,stat in suspenso, & non currit tunc a die insolutumdationis,nec subhastationis,nec a die scientiæ ipsius subhastationis,& insolutumdationis,sed a die sententiæ latæ in causa appellationis confirmãtis insolutumdationem,seu subhastationem, vbi contingat eam confirmari,& hoc vbi appellatio fuit colorata, & non euidenter calumniosa, Prac. Papien.in for.sent.in ca.appel.in glo.causis ver.amplius quæro,Craueta conf.66.nobilis Georgius.sed si ipsa appellatio fuisset frustratoria, & sine causa, aut euidenter calumniosa, tunc ipsum tempus concessum ab ipso decreto,aut statuto ad redimendum ipsa bona,curret non adie sententię latæ in causa appellationis,sed a die scientiæ ipsius insolutumdationis, & subhastationis, 526

Parisius cõ. 132.uol.4.

Craueta

*Tiraq. de retractu fol. 141 cũ seq. Bal. l. eos qui C. de usu rei iud.*

Craueta.d.con 66.nobilis Georgius,Ideo autem dixi a die sciẽtiæ, quia omne tempus concessum a iure,aut a statuto ad appellandũ, vel dicendum de nullitate,siue sit decem dierum,siue quatuor, vel aliud simile tempus currit non a die sententiæ,nec a die subhastationis,nec insolutumdationis factæ a iudice,sed a die eius scientiæ, & intimationis,etiam quod statutum,aut decretum,vel lex diceret tempus ipsum currere a die sententiæ,seu insolutumdationis, vel subhastationis,quia intelligitur copulatiuè a die sententiæ,& insolutumdationis,& subhastationis simul,& copulatiuè,& sciẽtiæ,ipsius sententiæ,aut insolutumdationis etiam si lex, statutum, aut decretum,istud non diceret,quia ita debet intelligi de iure,adeo quod si centum anni essent elapsi,quibus sententia,& insolutũdatio, ac subhastatio latæ,& factæ fuissent,& non intimatæ, numquàm curreret dictum tempus ad appellandum Auct.hodie vbi Bal.col.1. ver. idẽ tamen de decem,& Salic.col.1.ver.quero an a tempore scientiæ.C. de appell.& per Bal.in l.2.col.fi.ver.& aduerte. & vers. idem dico si statutum.C.de edil.edic.Sic.& tempus quadriennii,concessum a iure ad petendum restitutionem in integrum,non currit læso ignoranti factum,& lesionem,etiam si ignoraret per centum annos,sed solum incipit currere a die scientiæ prædictorum,Alex.cons. 89.viso num.11.& 12.& con.169.viso col.fi.in fi.vol.2.Bal.l.fasi.C.si ex falsis instrum.& quòd ipsum quadriẽnium non currat nisi a die sciẽtiæ læsionis docet,Fel.in c.1.col.pen.num. 9. versi. ad illud, de præscriptionibus.

*Scientia uidetur haberi ex publicis incãtibus Dec. cons. 222. col.3.ver.& ideo cũ uenditio*

*Iaf.l. fideicõmissum in fi. num.3. ff. de leg.1.*

527 Mandati actio est bonæ fidei.§.actionum vbi tex.& Doct. inst. de act.ergo in ea contra dolosum iuratur in litem probando interesse ratione solius doli.l.nummis vbi gl.fi. in fi.& tex.in l. in actionibus ff.de in lit.iur.l.dolus vbi glo.ver.exegerit,in fi.ff.mand.

528 Ergo contra procuratorem,siue mandatarium, aut Sindicum. vel tutorem,& curatorem, & similes, qui nolunt persequi actione reali,quod persequi possunt, aut non exigerunt actione personali quod exigere potuerunt,aut si nolunt soluere,vel sunt in mora soluendi,quod exegerunt,vel qui nolunt facere id ad quod sciunt se teneri,& possunt facere & non faciunt poterit in litem iurari per dominum,vel adultum,super eius damnis,expensis,ac interesse, liquidandis ex ipso iuramento,ex quo præmissi facientes, vel non faciẽtes aliquid ex prædictis,dicuntur fuisse in dolo,tex.vbi glo.Bart.& Doc.in l.dolus ff.mand.iuncta.d.l.in actionibus.

529 Contra procuratorem reuelantem aduersario secreta clientuli sui,potest agi de falso,& ipse procurator dicitur esse in dolo, Bart. l.1.§.his qui ff.de fal.Abb.& Doc.c.cũ olim de offic.del. Ergo cõtra

eum

cũ iurari poterit in litem per ipsum clientulum super eius damnis, ac interesse d.l. in actionibus.

In dolo dicitur esse procurator, qui id q̃ pôt restituere, non resti tuit, vt si illi mandaui vt aliquid emeret, & emit, & non vult mihi re stituere, vel noluit, seu neglexit emere, forte quia pecunia accepta alij cessit, vt emeret. l. si procuratorẽ §. dolo autem facere ff. mand. ergo contra eum iurari potest in litem per dominum super eius dã nis, expensis, ac interesse, tex. d. l. in actionibus. 530

Procurator dicitur esse in dolo, & tenetur ad interesse Domini si colluserit cum aduersario Domini sui, vel ab eo passus fuerit se corrumpi ad finem vt ipse aduersarius obtineat. l. si procuratorem in prin. ibi sed & si per collusionem ff. mand. l. eleganter §. pen. ff. de dolo, Ergo contra ipsum procuratorem iurari poterit in litem per Dominum super eius interesse, ac damnis, & expensis, d. l. in actioni bus ff. de in lit. iur. 531

Falsus procurator exigens tenetur ad duplum, & de falso, & est in dolo. l. falsus. C. de fur. glo. & Doc. l. si pupilli §. pen. ff de neg. gest. & tenetur ad interesse, Bal. l. 1. C. cred. euic. pignor. non deb. l. si vni §. vbicunq; vbi Alex. ff. locati, ergo contra eum poterit iurari in litem non solum per Dominum, verum etiam per illos a quibus exegit, super eorum damnis, expensis, ac interesse, glo fi. in fi. d. l. nummis, tex. d. l. in actionibus. fallit vbi Dominus ratificauit quia com. est op. quòd gesta a falso procuratore, tam respectu processus, quàm sententiæ, & aliorum gestorum quòd possunt per Dominum ratificari in fauorem falsi procuratoris, Ias. l. licet col. pen. ver. breuiter. C. de procur. 532

Procurator, & Sindicus, tutor, ac curator, conuertens in eius proprium vsum bona, vel pecuniam domini sui, dicitur in dolo, & tenetur ad interesse. l. idemq; §. si procurator ff. mand. Alex. l. qui negocia ff. de ne. gest. Pau. de Ca. l. si pupilli §. sed & si quis negotia ff. de neg. gest. ergo cõtra eos poterit ĩ litẽ iurari p̃ dños d. l. in actionib. 533

Aduocati, & procuratores, ac causidici, & omnes qui versantur circa lites exercendas, non possunt facere pactum de quota litis, quia tale pactum est de iure reprobatum, & tales de iure repelluntur ab agendo, & a limine iuditii, ne detur eis materia delinquẽdi, quia tales vellent obtinere per phas, & nephas, & semper vti calumnia, tex. Cyn. Ias. & alii in l. litem. C. de procur. Bar. l. sumptus ff. de pac. tex. l si cõtra. C. mãd. l. si remunerandi §. si. ff. de mãd. & priuantur ipso iure ab eorũ offitio perpetuo. l. si qui aduocatorũ. C. de postul. & tales facientes pactum de quota litis dicuntur facere pactum contra bonos mores, & rem illicitam quæ meretur reprehen 534

R sionem,

sioné, tex. in d.l. litē.& d.l. si cōtra, & dicūtur esse depredatores, tex. vbi Bal. not in d.l. si qui aduocatorum, & facientes talia pacta dicā tur carere anima, & anhelare ad alienas facultates, & omnia mala excogitare, & sunt in dolo Sal.l. per diuersas vbi Pau. de Cast. num. 2. C. mand. ergo cōtra ipsos facientes pactum de quota litis, potest iurari in litem per partem aduersam, quæ per ipsum iuramētum probabit eius damnum, & expensas, ac interesse, l. nummis vbi glo. fi. in fi. & l. in actionibus ff. de in lit. iu. & ibi Mod. omnes.

535 Et dicitur pactum de quota litis quod a iure cōmuni, & ex forma decreti Mediolani sub rub. de pœnis §. si aduocati, reprobatur, & punitur respectu aduocatorum, causidicorū, notariorum, & sollicitatorum, siue paciscantur de parte litis, puta dimidia, vel tertia, aut quarta, vel alia minima parte litis, seu rerū in litem deductarum, siue paciscantur, vt habeant rem particularem in litē deductam, glo. & Doc. d.l. litē, Bal. Sal. & Aret d.l. si qui aduocatorum, glo. l. sumptus ff. de pac. & ibi Bart. & Doc. siue etiam paciscantur, quod ex decem nummis qui sunt in lite, habeant aliquam partem, glo. d.l. sumptus, siue paciscantur de certa quantitate, vel re in casu victoriæ, siue sub conditione si vincant, vltra salariū debitū, glo. in d.l. sumptus, & ibi Bar. per Doc. d.l. si qui aduocatorū, vbi reprobant glo. ibi, spec. tit. de salario §. si quis ver. certum, & ibi Io. And. in addit. quæ incipit & nota. Ias. d.l. litem, Pau. de Ca. d.l. si contra, Sum. Ang. ver. aduocatus num. 15. ver. vtrum aduocatus possit.

536 Fallit primo quando fit pactum non respectu eius quod in litem deducitur, sed in eo promittitur aliquid certum, puta quantitas simpliciter, vel res, non tamen respectu eius, quod in litem deducitur, tūc valet pactū, & promissio ipsa, nec potest dici de quota litis, nec pro eo in litē iurari, Bar. d.l. sūptus in fi. l. 1. & 2. C. de sufrag. & hoc intelligo quādo ipsa ꝓmissio fit ꝓ mercede, siue vincatur, siue amittatur causa Sum. Ang. ver. aduoc. nu. 15. ver. vtrū aduoc. possit.

537 Fallit secundo quando non essemus in aduocato, procuratore, notariis, & sollicitatoribus simplicibus, sed in cessionarijs, & sic in procuratoribus in rem suam, quia tunc pactū de quota litis, & eius pœna, inducta de iure comuni, & ex forma eiusdem decreti, locum nō haberet, vbi tamquā cessionarii eorum nomine proprio palam litigarent, ex quo pacta de quota litis, reprobantur respectu præmissorum, vbi sunt aduocati, procuratores, causidici, notarii, & sollicitatores simplices, non autem si ipsi aduocati, procuratores, causidici, notarii, & sollicitatores, sint cessionarii, & sic procuratores in rem suam, quia tunc talia pacta, & cessiones valerent, & leges comunes, & ipsum decretum Mediolani, & eius pœna in d.

§. si ad-

§.si aduocati,non haberent locum in eis,nec pro eis posset in litem iurari,Parisius con.xix.consideratis coniecturis num.53.& num.54. vol.3.Pau.de Ca.d.l.per diuersas col.1.arg.not.per glo.in d.l.si cõtra,Laudo tamen quòd quilibet qui velit animam suã saluam fieri & bonũ nomen conseruare,abstineat ab huiusmodi cõtractibus, quia ex litibus,& cessionibus talibus,iræ,inimicitiæ,vulnera,& aliquando homicidia nascuntur,& computatis laboribus,& expensis nihil acquiritur,& malum nomen hominis litigiosi oritur

Et quamuis iura communia, ac decreta Mediolani, prohibentia fieri pacta de quota litis,& punientia paciscentes, locum non habeant in aduocatis,causidicis,sollicitatoribus,& notarijs,& pro curatoribus,qui non sunt simplices,sed in rem suam,& sic cessionarij,vt dixi supra num.537.ver.fallit secundo,tamen hoc procederet vbi cessio valeret,& de iure non præsumeretur simulata, puta quia facta esset in totum titulo donationis,vel titulo venditionis, pro verò,& iusto prætio,tunc habito manualiter,& realiter,& non confessato,sed si cessio esset facta aduocato,causidico, procuratori,notario,& sollicitatori,partim titulo venditionis, partim donationis,vel esset facta a cedente,absq; eo quod appareat iusta causa cedendi,puta titulo venditionis,vel in solutumdationis,& de prætio habito pro quo fit venditio,& de debito pro quo fit insolutumdatio,non apparet,nisi per confessionem cedentis, & cessionarij, adeo quòd tunc cessio non valet, & præsumitur simulata l.per diuersas vbi Bar.& Sal.& l.ab anastasio vbi tex.ver. re ipsa persoluit. C.mand.& est com.op.Rota decis.177.sub rub.de alienatione iudicij,vel de cessione actionis incip.cessio in nouis,Rom.con.450.præsens,Anchar.con.338.visa tunc etiam in aduocato,procuratore,causidico,notario, & sollicitatore cessionariis, & in rem suam procuratoribus,presumeretur facta cessio in redẽptionẽ litis,& factũ pactum de quota litis in fraudem.d.l.si contra C.mand. & in fraudem prædicti decreti Mediolani in d.§.si aduocati,ita dicit Pau.de Ca. in d.l.per diuersas num.1.C.mãd.& tunc cedens,& cessionarius puniuntur, & debitor liberabitur pro parte quantitatis donatæ, pro qua pſumitur simulatio,Pau.de Ca.d.l.per diuersas col.2.in fi.& cõtra eosdẽ tãquã dolosos,posset iurari in litẽ,p illos,cõtra quos esset facta cessio super eius dãnis,interesse,ac expẽsis,d.l.in actionibus, maxime cũ etiam i delictis possit iurari i litẽ,Ias.hic i l.si quãdo col. fi. 538

Pœna pacti de quota litis ex forma eiusdem decreti Mediolani, inter cæteras pœnas,est pœna in pſonã arbitrio principis,vel Senatus quo casu nota,ꝙ in casu dicti decreti, & in omni alio casu,quo ex forma iuris cõunis, vel decretorũ Medio. vel statutorũ alterius 539

Ciuitatis, aut opidi, imponitur pœna arbitraria, arbitrio principis, vel Senatus, vel Iudicis cuiuslibet, siue simpliciter, & solum dicatur quòd pœna sit arbitraria, siue dicatur quòd pœna sit arbitria in personam vel in pecuniam, siue dicatur quòd pœna sit in personam arbitraria, etiam quòd pœna a principio sit incerta, quia posset esse, vel solùm pecuniaria, vel solùm corporalis, tamen ex quo est reseruata arbitrio iudicantis, quòd interim de pœna illa tanquam de pœna capitali, & corporali est iudicandum, & accusatus, vel denontiatus, aut inquisitus, de tali delicto, pro quo est pœna arbitraria, non potest cōparere per procuratorem, sed tenetur personaliter se constituere in carceribus, etiam ante arbitrium latum, & etiam ante pœnam arbitratam, ne iuditium reddatur delusorium respectu pœnæ corporalis, quæ posset imponi, arg. l. ampliorem in fi. C. de app. ita dicit Anchar. con. 272. in Christi nomine, eiusq; Matris gloriosę Mariæ, & beati Antonii amē. plene & subtiliter, & Bal. l. reos nu. 12. ver. quæro quid in pœna arbitraria. C. de acusat. & in l. fi. in fi. C. de iniur. & in l. eos §. super his num. 2. ver. extra quæro. C. de appel.

540 Et istud ampliatur procedere etiam si princeps, vel Senatus, aut Iudex, in cuius arbitrium pœna esset collata, contra absentem, & cōtumacem, bannum, & condemnationem declarasset, & dedisset solum in pecuniam, & talis condemnatus, & bannitus, vellet purgare contumatiā petendo se admitti ad nouas defensiones, quia purgata contumatia, est recessum ab illo banno, & debet de delicto cognosci, ac si contumax nō fuisset, & a declaratione pœnæ pecuniariæ potest recedi, & in maiori, vel minori, vel etiam in personam reus postea comparens, & purgans contumaciā posset puniri, ex quo per talem comparitionem bannum ipsum fuit extinctum, & tamquàm essemus a principio, causa debet ventilari, & sic ipse volens admitti ad nouas defensiones, tenetur in carceribus se constituere, prout tenebatur ante declarationem pœnæ pecuniariæ, ita inquit Anch. d. cons. 272 & sicuti in causa principali quis tenetur personaliter comparere, & in carceribus sese constituere, ita etiam tenetur istud facere in causa nouæ defensionis, & restitutionis in integrum, siue maior, siue minor esset qui vellet restitui in integrum, Hyp. de Mar. sing. 221. incip. restitutio Bald. l. 1. §. pen. & in fi. ff. de postulan. etiam si pœna esset arbitraria, D. Ant. Rubeus. l. pen. §. ad crimen. nū. 97. & 104. ff. de pub. iud. & ista nota ad declarationē decreti Mediolani sub Rub. de accusationibus. §. a sententia, & §. sed quia aliquando, & per totum vsq; ad finem, & alterius decreti Mediolanī sub Rubrica de pœnis §. eruens oculum.

541 Mandatarius, procurator, tutor, ac curator & quilibet alius, cui

626 Fallit secundo in facultate iurandi concessa non a lege, nec statuto, sed ab homine ex pacto, vel contractu, vel ex actu iuditiali, vel aliter, quia tunc talis facultas iurandi concessa ab homine non transit ad heredem, & successorem, & cessionarium illius cui fuit concessa, & ille heres, successor, & cessionarius, non poterit iurare ex quo homo dando facultatem alicui iurandi potest confidere de eo, & non de herede, & est com. op. & ita dicit tex. in l. generaliter & ibi glo.& Doct. not.C.de reb.cre.& iur. Ias. hic in hac. l. si quando col. pen. num. 52. versiculo secus in iuramento. C. vnd. vi, & in d.l. pen. §.fin.col. fin. versi. aut nos ff. ne quis eum qui, & ibi Alex. col.fin. versi. Rom. hic dicit, & ibi Rom.& Soc.col.fi.& Rom. consi.290.in casu, num.5.versiculo preterea, Gul.de Cun.l. cum debitoris in fin. C. de iud. Rom. l. qui bona §. qui damna ff. de dam.inf.

627 Fallit tertio vbicumq; non interesset heredis vel successoris, aut cessionarii iurare in litem, nec aliud quolibet iuramentum præstare, puta quia actio, vel accusatio esset ad meram vindictam super qua heres vellet iurare, & non transiret regulariter ipsa actio, aut accusatio actiuè ad heredes actoris, aut accusatoris, nam

 tunc

tunc non possunt iurare ex facultate etiam concessa defuncto, vel eorum antecessori, etiam quòd defunctus, vel antecessor potuisset iurare, puta si sit actio competens ad meram vindictam, tex. in d.§.fi.puta quando quis nu'lum damnum pecuniarium passus est, vt patet in actione iniurię verbalis, & in actore qui per calumniā vocauerat in ius titium, qui eidem nihil debebat, & qui titius fuit vi exemptus a iuditio,nā passus iniuriā verbalē, & ille actor calūniosus, poterunt iurare in litē ad vindictam contra illū, qui dixit iniuriā verbalē, vel vi exemit etiam quòd nullum dānum pecuniarium habuerit passus iniuriam verbalem, &vocans in ius per calūniā vi exēptū, qui nihil debebat vocati in ius, Ias. d.l.pen.§.fi.col. 1.ver.actiue autē ff. ne quis eū qui,& per totū ipsū titulū ff.ne quis eum qui & inst. de iniuriis §. pena autem, Sed si heres, & successor in istis actionibus,& accusationibus, quæ regulariter non transmittuntur actiuè ad heredes actoris, vel accusatoris, probet sua interesse, poterit iurare, puta quia probet quòd lis fuit super ipsa actione contestata per defunctum, quo casu actio, & accusatio etiam competens ad meram vindictam transit actiuè ad heredē, aut probet quòd ipsius heredis intersit, puta quia defunctus, vel ipse heres debebat habere, a vi exempto vocato in ius, & in hoc casu licet actio,& accusatio competens ad vindictam reg.nō transeat actiuè ad heredem tamen probato dicto heredis interesse, poterit heres, & successor tunc iurare in litem non solùm pro eo quòd sua intersit, probando quantitatem interesse ex eius iuramento, verum etiā iurare tunc poterit in litem vltra eius interesse, tex. in d.l.pen.§.fi. vbi glo.ver. si eorum intersit, ibi nisi sua interesse probet, & tunc datur quia interest, non inquantum interest solum, sed in quantum iurauerit, & hæc est com. op. vt dicit ibi Soc. num. 4. & Alex. col. 2.versi.in ea ibi, sed inquantum, quicquid dixerit ipsa glo. & male in fi. & declarant ibi Ias.Pau.de Cast & alii ff.ne quis eum qui, qui tex. in d. §.fi.dum vult in istis actionibus, quę dantur ad vindictam, & sic quæ non transeunt actiuè ad heredem, debere heredem si vult iurare, probare quòd sua intersit modo quo supra dixi, nec requirat probari per heredem quòd sit verisimiliter informatus, probat ipse tex. quòd heres potest iurare etiam de gestis tempore defuncti, sicuti poterat defunctus, etiam si non probet se esse verisimiliter informatum, Arg.l. cum prætor ff.de iud.& vide supra nū. 612.ver.sed vbi.

Fallit quarto respectu declarationis verborum ambiguorū prolatorum per defunctum in libello, vel in alia materia, quia licet defunctus potuisset ea declarare, tamen talis facultas declarandi, 628

non transit ad eius heredem, & est communis opinio vt dicit Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune num.139. ff. de acquirēda possessione per tex. & glo. in l.idem pomponius scribit. si frumentū §.fi ff. de re. vē. credo tamen quòd vbi heres esset informatus, puta quia fuisset aduocatus, causidicus, aut sollicitator defuncti, qui fecit libellum, vel alia in quibus protulit verba ambigua, vel aliter esset informatus quòd talis heres posset declarare ipsa verba, & pro hoc faciunt ea, quæ dixi supra numero 619. versiculo 24. amplia in fin. & est de mente glo. in l. generaliter. C. de re. cred. Socinus in d. l. penultima §. fin. num. 7. in fin. versi. aduerte.

629 Fallit qnto, vbi ageretur de iuramēto in litē affectionis, & heres vellet iurare nō secūdū affectionē ipsius heredis, sed defuncti, nam tūc nō posset, qa heres debet, & pōt iurare secūdū affectionē suā, nō autē heredis sed iuramētū in litē veritatis, pōt ēt heres, & successor pstare, Alex. d.l. pē. §. fi. col. fi. ver. cōcludo, ff ne qs eū q. facit. l. locatio precarii ff. locati, itē in casu quo iurat heres de quo sup. nū. 627. ver. Fal. 3. debet heres iurare de suo īteresse, & nō defuncti, vbi erat actio que reg. nō trāsmittitur ad heredē, puta qa esset ad merā vindictā, tex. & glo. in d. l. pē. §. fi. & ibi Soc. col. fi. ver. aduerte. q tñ Soc. in hoc nō bene sentit, ex quo heres potest etiam vltra eius interesse, & sic de interesse suo, & etiam defuncti iurare glo. communiter probata in d. §. fi. vbi Soc. num. 4.

630 Vigesimoquinto amplia istā l. si qñ, & d. c. fi. & d. l. in actiōibus, & oīa iura dātia facultatē alicui, ob violētiā, vel dolū, aut morā dolosā, vel aliā cām similē, vel diuersā, iurādi in litē, vel aliud iuramentū prestādi, vt procedāt non solū cōtra priuatos, verū ēt cōtra Imperatores, reges, duces, marchiones, comites, dños locorū, feudatarios, ptores, ac iudices, gubernatores, offitiales, & quoslibet magistratus, qui dolo malo inferūt bellū, vel violētiā, cōtra sibi subditos, vel alios, seu aliquē dolo malo ponūt in exiliū, vel relegāt, seu bāniūt, vel diffidūt, seu inquirūt legiptimis inditijs nō precedentibus, seu carceribus indebitè detineri faciūt, aut iniustum probabilē tñ metū inferūt cōtra aliquē, q domi sue stare nō pōt, fructusbonorum suorum precipiendo, seu qui aliquem alium dolum commiserint, nam contra premissos oēs, ob premissam cā. & ob aliā, sicuti cōtra priuatos iurari in sindicatu, & alio iuditio pōt in litē per eorū subditos, & aliosquoslibet, probando ex ipso solo iuramēto partis eius dāna, expensas, ac interesse, & rerū quātitates ablatarum, & ipsarū extimationē, & alia oīa, put posset cōtra priuatū iurari, Inn. d. c. fin. col. 2. versi. item nobis, & ibi Abb. Panor. col. 2. versi. idem dic, & Anchar. col. 2. ver. idem dicas, vbi etiam Hostien. Io. de Imo.

& alii

& alii ex.de his quæ vi,vel me.cau.fi.Iaf.hic in hac l. fi quando col. 8.num.45.ver.fubitiunt etiam C.vnd.vi.Nic.Boerius decif.55.quia fupra col.1.in 1.par.Bal.l.qui accufare col.1.ver & ideo dicit.C. de eden.Mag.D.Aegidius Bosfius in tit.de rapinis,& violentiis,Iaf.La fran.conclus.284.inci.cōtra iudicē,excellēs doctor mag. D. Cam. Plautius Pezon.in d.l.1.in glo.ver.per fuam fubtilitatē nū.21.verfi. itē contra offitialē.C.de fen.quę pro eo ꝙ int. prof. & ibi alii Mod. Bar.l.quidam tabularū ff.de fur.Barbac.con 47.fcribitur col.1.vol. 1.Paris de puteo in trac.findic.ver.probatio in findicatu,& in §.cōtra nu.5.D.Ant.Baueria trac.de virtute iuramēti verf. quinquagefimo,D.Io.Milleus in prax.crim.in glo.ver.perfequendi, glo. verfi. dicta die,cōmisfio fecūda,accerfitum,nū.25.ver.nunc quero,& nū. 27.ver.fed fi teftes,& num,28.ver.fed quomodo, nam etiam Imperator, & Rex, tenetur de damno, dato Mar. Garatus laudenfis in trac. de offitial. do. q. 32. Bald. c. pactiones de pac.Conft. facit l. digna vox.C.de legi.

Vbi Iudex,vel offitialis,aufugit,nolens ftare ad findicatum, vel 631 poft finitum offitium,non ftat in loco offitii.per quinquaginta dies ad findicatum.poteft contra eūm in litem iurari, per partē & quærelantes,ex quorum iuramento,probantur contra ipfum Iudicem, ac offitialem,furta,robarię,baratariæ,extorfiones,iniuftitię,damna,& alia mala,quæ dicerentur,per eum facta,& damna,ac interesfe partis iurātis,& præmiffa,& alia omnia probabuntur folo iuramento quęrelantium contra ipfum Iudicem,ac offitialem,qui aufugit,vel recesfit,nolens ftare ad findicatum, qui de omnibus illis in qbus accufabitur,habebitur ex ipfa fuga pro cōuicto ex iuramēto contra eum præftando,tex.in §.fuper hoc in auct.de collat.Iaf.l.1. col.2.num.3.& 4.ver.tertio nota. C. vt omnes Iud. tam ciuil.quàm mil.Bar.l.confiliarios per illū tex.C. de asfefor. & in l. lege cornelia ff.ad fillan.Ang.§.oportet per glo.ibi in auct. vt Iud. fiue quoq; fuf.Blanchus.l.fi.nū.288.verfi.fuga offitialis ff.de queft.Lud.Carrerius in prac.crim.in rep.l. 2. C. quorum app.nōn recip. num. 117. verfi. contra offitialem, Io. de Imo. & Fel. in c.nullus col. prima verficulo fallit primo de prefump. Iaf. l. admonendi numero 177. vbi ripa num.173. & alii Doc. ff. de iur. Paris de Puteo in trac. Sindicatus verfi. probatio in findicatu,ergo non folum partes quærelantes posfent iurare in litem contra ipfum offitialem in findicatu, Iaf. d. l. prima C. vt omnes Iud. tam ciu. quam mil. verum etiam Fifcus, & findici Fifci iurare posfent in litem contra ipfum offitialem, ex quo Fifcus, ficuti & priuatus poteft iurare in litem veritatis, & affectionis,Iaf.leg.nūm.nu. fecundo ver.

ver.tertius ff.de in li.iur.& dixi sup.num.588.ver.& præmissa.

632 Primo tñ limitatur premissa nõ procedere, vbi offitialis qui aufugit spõtè & cito reuersus fuit, ná vbicúq; offitialis, vel alius priuatus, aufugit & spõte, ac cito reuertitur, ét si aufugisset a carceribus, & spõte ét si esset citatus cito ad ea reuerteretur, tollũtur oĩa inditia, quæ ex fuga præcedẽte cõtra eũ fuissent orta, Bar.l.quid sit fugitiuus §.1.p illũ tex.ff.de edil.edic. Bal.& Doc.l.1.C.de ser. fug. Bal.l.1.col.3.& 4.C.de edic.ac.Cur.in l.admonẽdi, nũ.134.ver.secũdo limitatur, & ibi alii Doc.ff.de iur.secus si cito non reuerteretur quia tunc etiam si spontè reuerteretur, sed non cito, non tolluntur inditia fugæ præcedentis Dominus Franciscus Cur. dicto versiculo secundo limitatur, Bal.d.l. 1. & contra ipsum offitialem spontè, & cito reuersum non potest iurari in litem, nec in suplementũ probationis vigore dictæ fugæ, sed requirũtur plenæ probationes, Lud. car.d.ver.cõtra offitialẽ, Brun.tra.de indi.col.9.paris de puteo tra. sin.carta 51.& seq.ver.fuga, & carta.xc.ver.probatio, & in prin.operis de offi.sin.& secus si cito nõ reuerteretur, qa vbi reuerteretur ét spõtè, sed nõ cito nõ tolluntur inditia fugę, Cur. d. versi. 2. limita.

633 Secũdo limita, vt possit iurari in litẽ, contra offitiales, vbi ageretur contra eos ciuiliter, pro dãnis, expensis, & interesse & rebus ablatis restituendis, & earũ quantite, & extimatione iuramẽto probãda, quia præmissa contra officialẽ fugientẽ, vel dolosũ probarentur ex ipso iuramento in litẽ, vbi ageretur cõtra eũ ciuiliter, aut criminaliter pro ipsarũ rerũ & interesse restitutione per tex. hic in l.si quãdo.C.vnde.vi, vbi Ias.d.nũ.57.ver.nũquid, sed si ageretur criminaliter ad penã corporalẽ, vel penã quadrupli, seu dupli, aut tripli fisco aplicãdi, tũc ex ipsa fuga offitialis nõ posset cõtra eũ ĩ litẽ iurari, sed fuga ipsa faceret inditiũ ad torturã contra offitialẽ, Blan.d.l.fi.nũ.288.ver.fuga offitialis, Ias.& Doc.d.l. admonẽdi vbi ét Ripa num. 175. de iu.Ang.& glo.d.§.oportet, per tex.in §.super hoc in auct.de collat.Ias.d.l.1.col. 2. per Bar.in l.fi.ff.de in li. iu. q intellige nisi spontè reuerteretur, quia tunc tollitur ipsum inditium fugę, & contra eum requiruntur probationes plenæ, & euidentes, vt dixi supra num.632.ver.primo.

634 Cũ præsumatur in dubio pro offitiali q stat in sindicatu, qui ita debet honorari, sicuti si esset in offitio, nec põt ex vnico teste cõtra officialẽ in sindicatu iurari ĩ suplemẽtũ probationis, Ias.d.l. 1.col. 2.nũ.7.ver.& notate, & nũ.12.ver.5.habetis.C. vt oẽs Iud. tã ciuil. quã mil.per tex.in l.si qs.C.de offic.ci.iud.Bal.l.nec ęquã §.pro fiscisci.q.x.ff.de offic.procõsul.soc.tra.falẽtiarũ ver. iuramẽtũ ibi fallit 14.doc.d.l.admonẽdi, Ang.& doc.l.1.C.vbi de ra.agi op.& hoc procedit

çedit etiam in Dñio Mediol. in quo est decretum sub rub. de offitio vicariorũ generaliũ in §. quin imo ẽt, quo expresse cauetur ꝙ sindicatores omnibus modis prout eis videbitur, veritatem inquirere debere, & ea comperta offitialem delinquentem debere condemnari, vt latius constat ex ipso decreto, quia decretum ipsum solum loquitur circa modum procedẽdi quòd sit arbitrarium, quòd apparet per illud verbum inquirere, quod denotat processum, ergo nõ circa condemnationem offitialis, nec circa probationes, quia ille requiruntur plenę, & euidentes, maximè cum decretũ dicat quòd cõperta veritate offitiales puniãtur, ex quo qualitas ꝓbationis decisoria, nõ autẽ ordinatoria litis respicit, Bar. l. ictus fustiũ col. fi. in fi. ff. de his qui no. inf. Fel. c. quod clericis de foro cõp. & sic nõ obstãte ipso decreto, probationes etiam in Dominio Mediolani requiruntur clarę, & euidentes cõtra offitialẽ in sindicatu, & tales quæ de iure cõmuni cõcluderẽt, alioquin nõ probarẽt cõtra offitialẽ in sindicatu, Barba. cõ. 47. scribitur, per totũ vol. 1. & c. irrefragabili in prin. & ibi Doc. de offi. ord. l. si quando vbi tex. & Doc. C. de inof. test. maximè cũ legũ correctio sit euitanda, Ias. auct. quas actiones. C. de Sac. Ecc. & illud verbũ videbitur denotat arbitrium boni viri, Alex. l. si ita stipulatus la grande col. 2. ff. de ver. ob. l. thais §. sorore ff. de fid. li. Bart. tra. ad rep. ver. videbitur.

Nã licet lex, vel statutũ, aut decretũ diceret ꝙ iudex, vel sindicator liberè inquirat, & puniat prout sibi videbitur, vel placuerit, intelligitur tñ secũdũ regulas iuris cõis, & seruatis prius solẽnitatibus iuris, ẽt quòd lex, vel statutũ, aut decretum, diceret quòd iudex, aut Sindicator haberet latum, plenum, & liberũ arbitrium, quia nõ posset inquirere contra aliquem, nisi præcedẽre infamia, & legiptimis inditiis contra eum, Barbac. d. con. 47. scribitur vol. 1. Bal. c. 1. col. 1. ver. sed põe, & ibi glo. & alii Doc. de offic. iud. or. & si Iudex inqrat cõtra aliquẽ absq; denõtia cõtra eũ data, & absq; fama, & absq; inditiis dicitur malè, & dolosè inquirere, & tenetur inquisito ad interesse, l. seueritet. C. de excus. tut. Bal. rub. C. de pẽ. iud. q. male iud. ĩ prin. & in d. l. obseruare §. ꝓficisci. q. 26. ff. de offic. proc. & l. & iudex. iniustè bãniẽs, vel in exiliũ ponẽs aliquẽ tenetur ad eius interesse, Bal. l. fi. C. de pe. iud. & in l. q accusare. C. de edẽ. Io. Bertac. rep. ver. iudex malè inquirẽs, & sup ipso interesse põt per partẽ iurari in litẽ cõtra Iudicẽ, probãdo illud ex ipso iuramẽto, Innoc. Abb. & alii in d. c. fi. ex. ꝙ me. cau. & dixi sup. num. 630. ver. vigesimoquinto, Barb. d. confi. 47. scribitur col. 1. cũ seq. vol. 1. Bal. in d. l. qui accusare. 635

Nec põt Iudex ẽt si haberet latũ arbitriũ ponere aliquẽ inquisitũ, aut accusatũ ad torturã. nisi ꝓcedentibus prius legiptimis inditiis, 636

tiis,& decreta prius eidē copia inditiorū, cū termino ad faciendū suas defensiones,& ad purgādū, & impugnandū inditia assignato; tex.in l.2.ver.criminalia,& ibi Bal.& Pau.de Ca.nū.5.ver. in tex.ibi criminalia.C.de edē.Hyp.de Mar. in prac.cri.§.cōstāte nū.26.vers. & faciūt,Alex.con.65.habita col.2.vol.1.alioquin Iudex diceretur in dolo, & posset cōtra eū in litem iurari.Barb.d.con.47.scribitur col.1.& per to ūm vol.1.Innoc.Abb.& Doct. in d. c.fin. de his quæ vi met.ve cau.fi & vide ea quæ dixi supra d.num.630.

637 Vigesimosexto amplia istā. l. si qñ, & d.c.fi.& d.l.in actionibus, & statuta,& oīa iura volētia posse iurari in litē cōtra inferētes bella,vel dolū,aut violētiā procedere ēt si inferētes pmissa essent Archiepiscopi,& aliæ psonę Ecclesiasticæ,Anchar.cō.158.ex narratis, & ēt si essēt respublicę,vel vniuersitates liberę quę talia cōmunicato consilio perpetrassent, quia etiam contra eas posset in litem iurari,tex.in c.olim ex.de in iur.& dam.dat.& ibi Doc.

638 Vigesimoseptimo amplia istā l. si quādo,& d.l. in actionibus, & d.c.fi.& omnia iura,ac statuta volētia posse iurari in litē cōtra inferētes bella,aut violētiā,vel dolū,procedere nō solū respectu dānorum datorū per ipsos principales inferētes bella,aut violentiā,vel dolū,verū ēt respectu dānorū,datorū, & rerū ablatarū per eorū cōplices, & adherentes, ac auxiliatores, & milites pro quibus iurari potest in litem non solum contra ipsos complices, & adherentes, verum etiam contra ipsos principales, etiam respectu gestorum per complices,& adherentes,pro quibus ipsi principales tenentur, probando ipsa omnia,ex ipso iuramento in litem præstando, Anchar.d.con.158.ex narratis col.1.ver.tertio plura, & versi.ex his;& col.2.ver.& probata violentia, Alex.con.103.videtur col.2.versi. sed præmissis,cum seq.vsq; ad fi.vol.1.D. Car. Rui. d.con.31.quod sententia vol.5.Nicol.Boerius Decis.54.quæ ritur in 1.par. facit l. 2.in pri.& in §.si quis,& ibi glo.& Doct. ff. vi bo. rap. & l.quoniam multa.C.ad leg.iu.de vi pub.

*Intellige in eodē genere delicti,secus si diuerso, quia mādās unū delictū nō tenetur p diuerso delicto.Bar l.diuus in fi. ff. de sic.cū p excessu sit culpa. Hipol.cōs.67.*

639 Vigesimo octauo amplia prædicta iura procedere etiam contra Iudicem, vel offitialem, aut notarium, vel partem contrariam, vel alium qui habuit a me dicta testium, vel instrumenta, apochas, vel alias scripturas, & eas; ac ea non restituit; nam contra ipsos omnes, & ipsorum quemlibet, iurari posset in litem; probādo tenorem, & valorem,ipsarum scripturarum,ac interesse; partis iurantis,ex ipso solo iuramento, etiam si premissi allegarēt scripturas ipsas amisisse, vbi non probarent amissionem factam absq; eorum dolo malo,Spec.in titu.de teste §.satis vtiliter in fine, ver.sed quid,& ver.sed quomodo,Stephanus Bertrandus con. 136.

*Afflic.decis. 330.*

diffi-

difficultas num. 3. vol. 3. Alex. con. 58. circa primũ col. fi. ver. nam ta le vol. 1. & in l. in instrumentis, per illum tex. ff. de in li. iu. Corn. cõ. 318. pro vectурali vol. 4. D. Io. Milleus, in praxi crim. in glo. ver. per sequendi, in glo. ver. dicta die comissio secunda nu. 28. ver. sed quo modo, tex. in l. non ignorabit. C. ad exhib. & in l. alio iure C. de in li. iu. & in d. l. in instrumentis vbi Alex & Doc. per illum tex. maxime quia cũ scriptura non appareat dicitur concurrere difficultas pro bationis, tex. in d. l. in actionibus ver. plane vbi Doc. ff. de in lit. iur.

Pro instrumentis tamen, & scripturis quibuscunq; non exhibitis, vel non restitutis, iurari posset sine dubio in litem veritatis, cõtra non exhibentem, vel non restituentem super tenore ipsorum instrumentorum, & interesse, ac damno sequuto ob ipsam non exhibitionẽ, vel non factam restitutionem, Alex. in d. l. in instrumentis per illum tex. ff. de in lit. iur. sed iuramentum in litem affectionis, ob instrumenta non exhibita, & seu non restituta, & ob scripturas non restitutas, non posset præstari, nisi illa instrumenta, & illæ scripturæ, cõtinerent iura, vel cautiones, super speciebus, puta prędiis, vel Domibus, in quibus caderet affectio, quia tunc ipsa instrumenta, ac scripturæ, representãt ipsas species, ac res, & tunc iurari posset in litem non solum veritatis, verum etiam affectionis, pro ipsis speciebus, ac rebus contentis in dictis instrumentis, & scripturis, Alex. in d. l. in instrumẽtis vbi allegat D. Richardum Malumbrã cremonẽsem, & Bal. in lec. antiq. & Fulg. istud voluisse, ff. de in lit. iu. 640

Vigesimonono amplia præmissa iura huius, l. si quando, & d. c. fi. & d. l. in actionibus, & omnia alia iura similia, & dic quod omnis litigans proprio nomine, vel in propria causa, & sindicus pro vniuersitate, & Iconimus, vel rector pro ecclesia, & tutor pro pupillo, & curator pro adulto, possunt iurare non solum in litem, verũ etiã in suplementum probationis, Ang. Aret. in §. præterea quasdam, col. 17. versiculo quæro cui defertur, inst. de actio. & etiam Dominus litis, vel ẽt quasi Dominus litis, potest iurare Bar. d. l. in actionibus col. 4. nũ. 17. ver. 4. & vltimo ff. de in li. iu. Cot. mẽ. ver. iuramẽtũ in litẽ in fi. Aret. d. ver. quæro cui, per tex. in l. videamus, & ibi Doc. & in l. vulgo ff. de in li. iur. & ẽt Curator datus ad litẽ motã cõtra tutorẽ põt iurare in litẽ cõtra tutorẽ, de gestis, vel de non gestis, per tutorẽ, & de dãnis, ac interesse Minoris, Cotta memi. ver. iuramẽtũ in litẽ in fi. vbi ita dicit, arg. no. per Afflic. in d. Decis. 169 in dicta causa, Informatus ẽt de facto alieno põt iurare pro se, Io. de Imo cons. 347. in causa col. 2. ver. nec dicat, mater ẽt vbi sit tutrix, vel curatrix pro libris potest pro eis iurare in litẽ, alias secus, quia tãquã cõiũcta persona ipsa, nec alius, nõ posset iurare, tex. cũ glo. & ibi Bar. & 641

D. Fran.

D.Fran.Are & alii in l.videamus,& in l.vulgo ff.de in li.iur. procuratorēt,vbi habeat specificū,& indiuiduū mādatū ad sic,& sic iurādū in litē poterit iurare,aliàs secus,quia procurator iurare nō poterit in litē ēt si haberet mādatū generale ad iurādū in litē, vel ad quodlibet iuramentū præstandum.Are.d.versi.quęro cui defertur, Iac.Petri in l.admonendi num.293.ver.sed vnum,& ibi alii Doc.ff. de iur.d.l.videamus,& d.l.vulgo.vbi Bar.& Doc.iūctis not.per Bar. in l qui bona §.si aliena,vltra mediū ff.de dam.inf.& in l.2. §. recte defendi ff.qb.ex.ca.in pos.eat.& ī l.si vbi oēs Doc.not.C.de Procur.

642 Vbi tamen sindicus,tutor,& curator,& similes,non essent informati,& ita constaret,non possent iurare in litem,nec aliud iuramētum prestare,Soc.con.194.subtiliter vol.2.sic & eo in casu heres nō informatus nō posset iurare Grat.d.con.x.& si causa vol. 2.l. generaliter,& l.in bonæ fidei vbi not.C.de re.cre.& iur.

643 Trigesimo amplia istā. l.si quando,& d.c.si.& d.l. in actionibus, & omnia iura similia,ꝙ ēt procedant in successore in beneficio Ecclesiastico,puta episcopo, Prælato,canonico,abbate,vel abbatissa & quolibet sacerdote,vel clerico,qui iurare possunt in litē,& in suplemētū probationis,nō solū de agitatis eorū tempore, verū ēt de agitatis tēpore eorū antecessoris,vel vacāte Ecclesia,aut beneficio, Afflic.d.Deci.169.in dicta causa,Cotta mem.versi.iuramentum in litem,in fi.Anchar.con.158.ex narratis,col.1.& 2.facit.l.pen. §.fin. vbi glo.& Doc.ff.ne quis eum qui,& præmissi successores Ecclesiastici,iurare in litem possent,non solum contra extraneos.Afflic. d. Dec.169.in dicta,Cot.d.mem.ver.iuramētū in litē,in fi.verū ēt iurare poterūt ipsi successores in litē,siue sint ipsi successores personæ particulares,siue capitulū,vel Ecclesiæ vacās mediante eius sindico,cōtra antecessorem,vel prædecessorē,ēt si esset Archiepiscopus.Ancha.d.cō.158.ex narratis,& istud procedit,siue ille antecessor fuerit antecessor legiptimus q tñ dolū vel violētiā cōmiserit, vel inuentariū nō cōfecerit,Anch.d.cō.158.& dixi sup.nū.195. siue fuisset antecessor nō legiptimus,sed intrusus,qui absq; titulo legiptimo,& administratione sibi decreta a superiore ingessit se in bonis Ecclesie nā cōtra talē per successorē legiptimū,pōt in litē iurari,sup fructibus,& quātitate bonorū,& interesse Eccl.sicuti iuratur cōtra tutor.Soc.cō.213.cō.co.2.ver.simile vo.2.& dixi.sup.nū. 206.

644 Et ex prædictis infertur ꝙ cū vacante Ecclesia seu beneficio per mortē,vel renōtiationē,vel trāslationē personę Ecclesiasticę,bona immobilia ac mobilia,& fructus,& redditus,qui,& quæ,tēpore dictæ vacationis,erant,debeāt reseruari successori in dicta Ecclesia, seu beneficio,& ab aliquo etiam Episcopo,aut capitulo. vel eqdē,

qui

qui transfertur,occupari non debet,nisi ex spetiali priuilegio,seu consuetudine legiptimè præscripta,seu alia causa rationabili ex statutis Ecclesię premissa,aliquibus,fructus debeãtur,prout in vrbe Nouariæ fructus primi anni canonicatuum vacantium ecclesiæ cathedralis Sanctę Mariæ Maioris ;ac etiã alterius ecclesiæ collegiatę Sancti Gaudentij primi episcopi ciuitatis Nouariæ ; debentur non successori,sed capitulo,,& fabricæ ipsarum ecclesiarum ex priuilegiis summorum pontificum , & statutis earundem ecclesiarum,tex.in c.præsenti vbi tamen glo.distinguit circa ipsos fructus de offic.ord.in 6.& in c.quia sepe de ellec.in 6. & ita dicit Anchar. in d.con.158.ex narratis col. 1. & probata in premissis violentia, vel dolo,aut extorsione indebita,& dolosa,& sine causa,seu vsurpatione bonorum,& fructuum ipsorum,vel damno ecclesiæ, tunc credendum etiã super quantitate,qualitate,& extimatione , dictorum bonorum,& fructuum,& damnorum,iuramento prelati,vel capituli,aut ecclesię,vel alterius successoris,in ipsa ecclesia cõtra talem violentum,vel vsurpantem etiam si fuisset archiepiscopus,vel eius antecessor,seu alius quilibet extraneus,Anchar.d.cons.158.ex narratis col.1.& 2.ver.& probata violentia,Afflic. d. Decis. 169.in dicta,Cotta mem. versi. iuramentum in litem,in fi.per tex. hic in l.si quando, & in d.c.fi.& in d.l.in actionibus,& per glo.in l.nummis in fi.ff.de in li.iu.& in l.pen.§.fi.vbi Doc.ff.ne quis eum qui.

Trigesimoprimo amplia istam l.si quando.& d.l.in actionibus, 645
& d.c.fi.& omnia iura,ac statuta,& decreta,quibus cauetur posse iurari in litem contra aliquem,ob dolum,aut violentiam,vel damnũ datum,vel ob quodlibet aliud,vel iuramentum aliud posse prestari,procedere non solum in fauorem sexus masculini,& sic virorum secularium,vel ecclesiasticorũ,vt est tex.in c. olim de iniu. & dam. dat.& in d.c.fi.verum etiam in fauorem mulierum,ac puellarum secularium,vel ecclesiasticarum,Afflic.Decis.169.in dicta causa,Cotta mem,ver.iuramentum in litem,in fi.D.Bar.Cassaneus con.40.dixi.num.1.Barbac.in addit.ad Bal.in c.iniuria de pac iur.fi. Card. & Doct.in c.1.de Adult.Alex.con.129.ponderatis,numé.2.volu 6.excellens Doctor D.Iodocus Damhouderius Burgensis cap. 29.Rub. de stupro num.12.in fi.

Vnde cũ stuprator seu deflorator virginis teneatur ad,aut virginẽ accipere in vxorẽ,& eã dotare,aut ad interesse,& damnũ,pro dote maiori,& puniri debet corporaliter,tex.in c.1.& 2.de Adul. certe damnũ,ac interesse virginis stupratæ, seu defloratæ, maxime in eo quod illi debet pro dote plus dari occatione virginitatis perditę, 646
probatur per iuramẽtum virginis stupratæ,seu defloratę , seu eius

Patris, aut fratris, vel tutoris, cum & ipsi censeatur offensi consilio de stupro, vel violentia, vel defloratione, aut per confessionem rei conuenti, vel alio modo, Abb. Panor. in c. dilecti col. fin. ibi vlt. glo. facit, ex. de for. comp. Cassaneus d. con. 40. dixi num. 1. & posset deueniri ad ipsam condemnationem interesse Virginis soluendi per stupratorem, etiam quòd virgo illud non potuisset, vbi per cōfessionem delinquentis sibi constaret de delicto, quia Iudex vbi sibi constat de delicto per confessionem delinquentis, potest condēnare delinquentem ad rei restitutionem, & damni, Cassan. d. consi. 40. num. 3. Bar. l. interdum §. qui furem ff. de fur. Bal. l. qui communem col. fin. C. qui accus. pos. Fel. c. cum oporteat de accusa.

647 Et statur iuramento puellæ, vel mulieris quòd esset virgo contra stupratorē, seu violentum, aut defloratorem, probato tamen prius stupro, vel vi, vel violentia, seu coitu, Card. in c. 1. de adul. Barb. in addi. ad Bal. in c. iniuria in tit. de pac. iur. fi. D. Iodocus Damhouderius, cap. 29. in rub. de stupro num. 12. in fi. Bar. Cassan. rub. des iustices, & droicts. duelles, ver. & droicts. concelles, num. 38. Alex. con. 229. ponderatis num. 2. vol 6.

648 Et sicuti contra furem potest iurari in litem. l. cum furti ff. de in li. iu. Ita etiam poterit iurari in litem contra deflorantem virginē, per virginem defloratam, quia deflorans virginem dicitur committere furtum virginitatis, & habens arbitrium contra fures, & latrones, censetur habere arbitrium, etiam contra deflorantes virgines, Ang. in auct. de leno. per illum tex. ver. castitatis furtum, cap. 0. in l. 1. num. 91. ver. dubitari.

649 Deflorans virginem, siue per vim, siue per seductionem, aut deceptionem, vel persuasionem, verbis blandis, aut pretio, vel promissionibus, aut lenocinio factam, siue etiam absq; premissis aliquis deflorauerit virginem etiam sponte acquiescentem, dicitur delinquere, & esse in dolo, & tenetur illam in vxorem accipere, & dotare, vel maiorem dotem illi dare, quàm exposcat qualitas virginis defloratæ, & castigatur corporaliter, Abb. d. c. 1. num. 2. & 4. per illum tex. de adul. ergo in ipsis omnibus casibus, & quolibet ex ipsis, creditur iuramento mulieris, quòd esset virgo, & quòd, & quantum eidem debeatur pro dote maiori per masculum, qui eam etiam spontè acquiescentem deflorauit, vt dixi sup. num. 646. versi. vnde, & num. 647. versi. & statur, & num. 648. Bart. Cass. d. consi. 40. dixi.

*Dambod. tit. de raptu num. 10.*

650 Trigesimosecundo amplia istam. l. si quando, & d. c. fi. & d. l. in actionibus, & d. l. rutbr qui reper. & omnia iura volentia iurari in litem contra socium, vel feneratorem, vel omnem administratorē rei communis, vel alienæ nisi producat librum rationum, & inuentarium,

tarium, prout su p. num. 194. procedere quòd tenentur producere librum rationum in forma solemni, & consueta rationum totius gestionis, & negotiationis factum, nec excusantur producendo cartulas, seu foliatias, seu perfunctorias scripturas in hoc producendo, & dicēdo quòd nullum alium librum rationum solemniter confecerunt, ex quo tacitè videtur mandatum quòd conficiant librum solemnem rationum, cum ita se habeat consuetudo, & si non fecerunt ipsum inuentarium, & librum rationum in forma solemni, poterit contra eos in litem iurari, perinde ac si nullum inuētarium, & librum rationum confecissent, etiam quòd ipsas cartulas seu foliatias, & scripturas perfunctorias producerent, Bal. con. 152. ad euidentiam vol. 3. Iac. Bu. & alij in l. 1. C. de eden. & non sufficit libros rationum per eos produci, nisi etiam reliqua in mediū proferant, & restituant, quia aliter non videtur reddita ratio alioquin potest iurari contra eos in litem, Bal. d. con. 152. per tex. in l. boues. §. fi. ff. de ver. sig. & in l. qui sub conditione reddendarum rationum ff. de cond. & dem. & in l. cum seruus ff. de man. vin.

Trigesimotertio amplia istam. l. si quando, & d. l. in actionibus, & d. c. fin. & omnia iura ac statuta volentia credi iuramento damnum passi vel alterius querelātis, aut accusatoris procedere etiam si esset data petitio, querela, vel accusa, & mortuus esset actor, vel querelans, aut accusator ante præstitum iuramentum, quia eius mors habetur pro iuramento in omnibus vbi requiritur iuramentum, Mag. & Excellentissimus præceptor meus lumen, & decus iuris ciuilis, & canonici, & elloquentiæ fons vberrimus D. Andreas Alciatus in trac. præsumptionum in 3. Reg. præsum. in præsump. 4. num. 5. ver. ad idem, & sequitur Craueta in trac. de antiq. temp. vbi D. And. Alciatus, & Craueta volunt quòd vbi est standum libro rationum puta tutoris, vel mercatoris in partis cum hoc quòd iuret, quòd est standum absq; eius iuramento vbi fuit mortuus, cum præsumatur pro actis, & scriptura defuncti, ex quo non præsumitur immemor salutis æternæ, D. Alciat. d. ver. ad idem, Hyp. Rub. ff. de fideius. col. 7. & 8. & 9. quod tamen limita vt per D. Alciat. in d. ver. ad idem, vbi ponit casus, quibus non creditur iuramento defuncti, puta si ius esset quæsitum tertio, puta si Iudex, vel testis, aut notarius in mortis articulo diceret se tulisse sententiam iniustam, vel falsum testimonium, vel instrumentum falsum confecisse, nam illi non crederetur & est communis op. Alciat. in d. præsump. 4. in fin. Alex. in l. sciendum ff. de ver. ob. Fel. in c. exhibita de homicid. Ias. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit iuramentum tamen delatum ab homine alicui qui antequam illud præstet moriatur, non tran- 651

V sit

sit ad eius heredem, quia ipse heres non poterit iurare, tex. in d.l. generaliter, & ibi not. Bal. & etiam istud docet Bal. in l. in bonæ fidei col. 4. versi. quarto inspicitur ibi hinc. est C. de re. cre. & iur.

652 Trigesimoquarto amplia hanc. l. si quando & d. l. in actionibus, & d. c. fin. & alia iura similia, & dicas quòd iuratur in litem contra illum qui præcisè tenetur ad factum, & a Iudice condemnatus ad illud faciendum, non facit illud, sed contumax est, & hoc vbi actor maluerit iuratur in litem, d. Io. Milleus in praxi criminis persequēdi, in glo. ver. ad carceres fol. 31. num. 25. & 26. & 27. per glo. l. si hi. C. locati, & in l. si cui §. 1. ff. locat. est ergo in electione actoris agēdo contra illum qui præcisè ad factum tenetur, an velit agere ad factum præcisè, vel ad interesse. l. stipulatio §. siue ff. de no. op. nonc. iuncta glo. verbo placuerit, & in l. sed & hæ. §. fin. ff. de procur. & in l. si cum exceptione §. per inde ff. quòd met. ca. Bar. l. consentaneum. C. quom. & quā. iud. l. 3. §. si ad diem ff. de re mil. c. si quis autem dis. x. c. administratores in fi. 23. q. 5. Milleus. d. glo. ver. ad carceres, & vbi actor ellegerit condemnari reum ad factum præcisè, potest illum condemnatum in carcere vel compedibus detineri facere etiam in ciuilibus. d. l. stipulatio §. siue, iuncta glo. verbo siue, Bal. l. eos. C. de exeq. rei. iud. Milleus d. glo. versi. ad carceres, & vbi is qui tenetur præcisè ad factum contumax est iuratur in litem cōtra eum vbi actor hoc maluerit, Milleus. d. glo. ver. ad carceres tex. in d. l. qui restituere.

653 Trigesimoquinto amplia præmissa iura, & dic quòd potest iurari in litem contra subtrahentem mihi facultatem probandi, vel facientem probationem meam difficilem, & ideo si quis testes meos ne proferant testimonium verberauerit, vel illis fuerit minatus, vel eos subornauerit, vel scripturas, vel instrumenta, vel chyrographa lacerauerit, vel conbusserit, vel celauerit, aut cassauerit potero contra talem pręmissa facientem, vel mandantem eā fieri in litem iurare probando ex ipso iuramento, ius meum dominii, & possessionis, creditum, & omne aliud ius meum, ac tenorem, & valorem ipsarum scripturarum, etiam si lacerans, vel subtrahens mihi probationes esset minor, quia illi in hoc nō parceretur, ex quo esset in dolo, & non posset restitui in integrum, Dec. consi. 521. consultus col. fi. Bal. l. si de possessione. C. de prob. & cō. 80. principalis col. 1. vol. 3. & consi. 152. ad euidentiam col. 11. vol. 3. & in l. 1. ver. sed hic. C. de fi. ins. & in l. qui accusare ver. item dico, vbi Alex. & alii. C. de eden. Dec. l. si quid id quod col. 7. ff. de iur. om. iu. Abb. c. accepimus de fi. ins. Craue. consi. 6. plura, Cur. in l. admonendi num. 143. versi. 2. aliud. vbi Rom. & alii ff. de iur. Abb. consilio 109. circa, in

fi. vol.

fin. vol. 2. Iaſ. d. l. in actionibus numero 17. verſiculo 4. nota.

Subtrahens enim aduerſario facultatem probandi, perdit cauſam, Soc. l. 1. §. ſi reus num. 2. ff. de eo per quem factum erit, Innoc. c. intimauit de teſt. 654

Portans aliquid contra prohibitionem ordinum, non permittés perſcrutari, & perquiri, ſed reſiſtens, vel aufugiens grauiter punitur, nec requiritur alia probatio, Bart. l. 3. C. de cur. pub. lib. 12. 655

656 Fallit vbi liquido per teſtes probaretur quòd in ſcriptura lacerata non continebantur ea quę Actor vult iurare, quia tunc contra lacerantem non ſtatur iuramento in litem Cra. d. con. 6. plur. num. 70. ver. ſed eſto tollitur eum pręſumptio quę erat contra lacerantem per cõtrarias probationes. l. fi. in prin. ff. quòd met. cau. l. nuptura in fi. ff. de iur. dot. tex. hic.

*Bal. l. fi. nu. 12. & 13. C. de fideic. vbi caſſum legi poſſet, idẽ, quia iurari in litem ultra cõtẽta in caſſo non poſſet.*

657 Fallit reſpectu tertii non lacerantis de cuius mandato non conſtat, quia contra eum in litem iurari non poteſt, nec oritur inditiũ, & propterea ſi procurator fiſcalis lacerauerit informationes non oritur inditium contra accuſatum, nec contra eum poteſt in litem iurari, vbi non conſtat quòd ipſe conſcius fuerit, Craueta late, d. conſ. 6. col. 15. ver. non ob. ſecundum arg. de laceratione num. 68. & 69. & 70. facit rub. C. res int. alios acta.

*Fallit ut p Alciat conſ. 468. nu. 6.*

658 Trigeſimoſexto amplia hanc. l. ſi quando, & d. c. fi. & d. l. in actionibus, & omnia iura ac ſtatuta, dantia facultatem iurandi in litem, vel aliud iuramentum præſtandi contra doloſum quòd procedant etiam contra mendacem, cum ex mendatio arguatur, & probetur dolus. l. ſi quis affirmauerit §. 1. & l. quod venditor §. 1. l. eleganter §. idem pomponius ff. de dolo. l. falſus. §. ſi quis ff. de fur. ergo contra mendaces tamquam contra doloſos iurari in litem poterit. d. l. in actionibus, Soc. con. 213. conſiliis col. 3. num. 5. ver. conuincitur etiã dolus ex quo deprehenditur in manifeſto mendatio vol. 2. Anchar. con. 316. in cauſa col. 1. ver. pręterea circa, Pau. de Ca. con. 87. quantum ad contenta col. 2. ver. & licet vol. 2. & conſi. 331. in cauſa ſilueſtri col. 2. in fi. vol. 1. & con. 302. ego vol. 1. D. Aimo Craueta clariſsſimus. & certisſimus legum vates. & noſtri temporis moderniorum doctorum ſidus fulgẽtisſimum, in 1. par. de antiq. temp. in par. quę incipit vidimus nu. 16. in fi. & dixi ſupra nu. 212. ver. leges, nã doloſi mẽdaces, & decipiẽtes dicũtur in dolo, Imo. cõ. 78. nu. 3. & 9.

Si quis negauerit, poſitiones eius facti proprii, vel alterius facti, quod ſcit eſſe verum, dicitur eſſe in dolo, vbi conuincatur de mendatio, cum negando poſitiones vbi ſint veræ falſum committatur, & ideo male faciunt aliqui iniqui aduocati, & iniqui quidam procuratores, & peſſimi ſollicitatores aliqui, qui inſtruunt 659

*Alex. de nouo conſ. 40.*

 clientulum.

clientulum suum ad negandum positiones, dicendo eorum clientulo si illas fateris perdes causam, non autem dicunt, & si eas negabis perdes animam, quę est cunctis rebus pręferenda, & aduocati, & procuratores qui docent negari positiones veras, tenentur ad damna illius contra quem negatę sunt positiones, puta ad expensas factas in probando positiones veras negatas, & ad resartiendum dānum amissionis causæ, vbi ob positiones veras causa fuit amissa per ponentem, & ideo solent cauti Iudices, quando est respondendum positionibus expellere aduocatos, & procuratores, & sollicitatores, & cogere partem ad respondendum positionibus, cùm pars a se ipsa illis teneatur respondere, ita dicit glo in c.1.de confes.in 6. & Iudex potest facere preceptum pœnale parti, vt sub pœna aureorū centum verè ac iustè respondeat positionibus, Ias l. nec quicquam §. vbi decretum nu. 17. ver. ideo adde ff. de offi. procon. & leg. Nic. de Neap. l. ius alimentorum §. 1. ff. vbi pup. educ. deb. & vbi negans positiones factas super facto proprio negantis, vel alterius, quòd sciat negans esse verum, conuincatur de mendatio, & sic probentur positiones esse veræ, poterit iurari in litem per ponentem, contra ipsum negantem, super damnis, expensis, & interesse ponentis, & super aliis, Anch. d. con. 316. in eam col. 1. Soc. d. con. 313. consiliis. col. 3. ver. conuincitur, & col. pen. ver. quarto quia, & ver. quinto & vltimo, vol. 2, tex. d. l. in actionibus, & d. l. nummis vbi glo. fi. in fi. ff. de in lit. iur. & vide supra num. 212. ver. leges,

660 Ergo si reus conuentus negauerit debitum, & sic petitionem, vel positiones sibi factas super eius debito, puta quia negauit se pecunias, vel alias res habuisse mutuo, vel in depositum, aut commodatum, vel in alium titulum, & de hoc conuincatur de mendatio, quia per testes, vel per acta, probatur de veritate debiti, puta quia dicunt testes, quòd viderunt res dari, vel peccunias numerari, licet non probetur certa quantitas, nec extimatio ipsarum rerum, vel pecuniarum, quia forte testes dicunt, non recordari, vel ad hoc non animaduertisse, tamen super quantitate, & extimatione ipsarum rerum, & pecuniarum, standum est iuramento actoris, vel creditoris petentis, sufficit enim contra mendacem probari substantiam debiti, seu quòd esset debitum, vel quòd fuerit numeratum, vel datum, vbi per reum conuentum, vel debitorem ista fuerint negata, & hoc probato, stari debet super quantitate, & qualitate debiti, & quantitate, & prætio, rerum, & pecuniarum, ac interesse iuramento actoris, vel creditoris petentis, Rain. de For. & Doc. in l. 1. ff. de in lit. iur. Crauetta trac. de Antiq. temp. in par. quæ incipit vidimus nu. 9. vers. secundo limitatur, & num. 10. ver. sed pro hoc dicto

cum

cum seq. vsq; ad num. 19. Dec. con. 146. & pro tenui col. 5. in fi. vers. ex eo q; voluit singlr Rain. & Dec. d. l. in actionibus col. 4. num. 13. in fi. ver. & vlterius in casu ff. de in lit. iur. & sequitur istud dictum Rainerii Bar. concurrentibus aliis coniecturis in l. admonendi col. 8. in fi. num. 40. versi. quero quid si testis defitiat in dicto, & ibi alii Mod. ff. de iureiur, & idem Dec. l. certi conditio §. quoniam col. 3. circa medium ff. si cer. per. & in l. fin. col. fin. C. de eden. & in c. 1. de prob. Cepolla caut. 211. incip. aliquis mutuauit, Corn. con. 318. pro vecturali in fi. vol. 4. & debent intelligi prædicti Doctores & iura per eos allegata, videlicet vbi reus conuẽtus negasset debitũ, seu factum, ex quo debitum resultat, & de eo fuisset conuictus de mẽdatio, nã tũc super quãtitate, & pretio rerũ, ac pecuniarũ & interesse stari debet iuramento actoris, vel creditoris petentis, quod patet ex quo loquuntur, vbi per testes, aut acta fuisset probatũ de debito, puta quòd fuisset probata numeratio, licet non constet de quantitate, & sic præsupponunt debitum, vel numeratum, in totum fuisse negatum, tam respectu debiti, & numerati, quàm eius quãtitatis, alioquin testes non fuissent examinati super debito, vel numerato, & ita ponderat. D. Aimo Craueta in d. ver. secundo limitatur in fin. num. 15. ver. secundo respondeo, & ita loquuntur Doctores ipsi.

Sed vbi reus conuentus non esset mendax, & sic non negaret debitum, vel numeratum factum fuisse, ex quo fateretur quidem debitum, sed non fateretur fuisse in tanta quantitate prout asserit creditor, tunc etiam quòd per testes, vel acta, probaretur de debito, & per testes de quantitate nihil probaretur, non debet stari super quantitate iuramento actoris, aut creditoris, D. Fran. Purpuratus in d. l. admonendi num. 165. vbi alii Mod. ff. de iur. Craueta. d. versi. secundo limitatur & d. ver. secundo respõdeo, nisi cõcurrerent aliæ cõiecturæ pro eo, puta quia per testes probaretur, quòd debitor requirebat mutuo illam quantitatem, Crau. d. ver. secundo limitatur in fi. nu. 10. ver. sed pro hoc dicto, Alex. con. 69. visa col. pen. num. 7. ver. comprobantuè vol. 1. Ant. de But. c. fi. de iureiur. per c. ex literis de iureiur. Bar. d. l. admonendi num. 40. 661

Fallit vbi licet Reus conuentus, vel debitor, licet non negauerit factum, & debitum, & sic vigore talis negationis facti, non fuit in dolo, quia illud fassus fuit, tamen fuit in dolo faciendo factum ipsum per eũ confessatũ, puta quia Reus fatetur se furto subtraxisse res, sed non in tanta quantitate, & extimatione, quantum asserit actor, vel creditor, nam tunc super maiori quantitate, & prætio rerum furto subtractarum, statur iuramento actoris, aut creditoris, Anch. consi. 316. in causa, Soc. consi. 213. consiliis vol. 2. 662 *Sed an possit torqueri* *Cra. cõ. 187. vol. 2.*

Corn. cons. 918n. ult. uol. 4 Bar. l. 1. C. de sen. que p eo quod. int. prof. Abb et Cald. c. cum causa. qui ex de testib.

Fallit etiam quia, constito per ipsos testes, vel acta de debito, aut rebus, vel numerato, licet ignoretur quātitas, vel valor, seu prætium pecuniarum, & rerum, potest Iudex ex eius officio, de quantitate, valore, & prætio rerum sese informare, Socin. con. 155. præstā tissime num 4. vol. 2. l. si quod ex pamphila vbi Bart. ff. de leg. 2. 663

Et præmissa procedunt, vbi sumus in contractibus, & non in delictis, nec violentijs, quia tunc saltem de debito, aut substantia debiti negati, debet probari ad hoc vt stetur iuramento creditoris, super quantitate, Bar. d. l admonēdi nū. 40. ver. quæro quid, sed in delictis, vel violentiis, sufficit probare delictum, seu violentiam, licet non probetur substantia debiti, nam ex eo quod probo violentum ingressum in domum meam, vel Castrum meum, statur iuramento meo, tam ad probationem substantię, quàm quantitatis, & prætij rerum, & bonorum, licet non probem quòd in Castro, vel domo haberem bona, quāuis iuramētum ipsum per Iudicem sit moderandū præuia eius taxatione, vt dicit Craueta in d. versi. secundo limitatur, in fi. num. 15. ver. non ob. quòd talis, ibi, nam ex eo, per tex. in hac. l. si quando. C. vnde vi, & est com. op. & pro hoc faciunt ea quæ dixi supra num. 397. ver. si per testes, & nu. 399. ver. & quāuis glosa. 664

665 Contra negantem intentionem agentium si de mendatio, vel periurio conuincatur etiam respectu negationis positionum, vel alio respectu, omnia iura præsumunt, & agentes possunt iurare in litem contra ipsos negantes concurrente dolo de quo constat ex mendatio, & difficultate probationis, etiam quòd prius negans velet modo confiteri, Pau. de Ca. d. con. 302. ego Paulus vol. 2. vbi allegat. d. l. in actionibus cum l. seq. ff. de in li. iur. & hoc vbi sumus in actionibus, vel iuditijs stricti iuris, quia in actionibus bonæ fidei sufficit dolus, vel mendatium, aut mora, absq; difficultate probationis, vt posit iurari in litem l. nummis, & d. l. in actionibus vbi Doc. ff. de in lit. iur. per illum tex.

666 Licet in causis magnis etiam ciuilibus ex vnico teste, vel semiplena probatione non possit iurari in suplementum probationis, Iaf. & Doc. in l. admonendi ff. de iur. tamen etiam in causis magnis iurari potest in suplementum contra eum qui in aliquo cōuinctus fuit de mendatio, vel periurio, concurrentibus tamen aliis de quibus per Pau. de Cast. in d. consilio 302. ego, & in d. consilio 87. quantum ad contenta col. secunda vol. 2. & consilio 331. in causa Siluestri col. 2. in fi. vol. 1. facit tex. in Auc. contra qui propriam. C. de non num. pec. & in l. cum de indebito ff. de prob. sequitur Craueta in 1. par. de Antiq. temp. in par. quæ incip. vidimus numero 15. cum seq.

Debitor

Debitor vendens rem alteri obligatam asserens illam esse libe- 667
ram,& nemini obligatam, dicitur mendax, & tenetur pœna falsi, tex.& glo.& Bar.l.si a debitore ff.de falsis.D.Antonius Negusantius in 1.mem.3.par.prin.num.21.ver.item adde,Mag.D. Iodocus Damhouderius Burgēsis iurecōsultus æterni nominis, Cæsaris consiliarius optimus in eius Diuino enchiridio,siue praxi criminali sub rub.de falsitate per consensum,ergo contra eum poterit iurari in litem,pro damnis, & interesse emptoris, vel contrahentis cum eo. d.l.in actionibus.

Sed quando non exprimit illam esse liberam,sed dissimulat illā 668
esse alteri obligatam, & reperiatur alteri obligata, tenetur pœna arbitraria ex crimine stellionatus,tex.cum glo.in l.3.ff. de crimine stellionatus,& in l.1.§.1.ff.de pig.act. Dñus Antonius Negusantius d.versicu.item attende.in fine.glo.d.l. si a debitore, ergo contra eū iurari poterit in litem,glo.d.l.nummis in fi.& tex & Doc.in d.l. in actionibus,sed si dixisset illam non esse alteri obligatam, & si contrarium appareret,promisit illam liberare,& hoc faciat,euitat pœnam falsi,glo.d.l.si a debitore Neguf.d. ver. item attende.

Committens mendatium in dando vnam rem pro alia, dicitur 669
committere crimen stellionatus,l.3.§.1.vbi tex.& glo.ff.de cri.stel. Negusan. in 1. mē.3.par.prin.num.19.& 20.ver.sexto queritur, cū seq.in trac.de pig.& hyp.ergo contra eum tamquam dolosum iurari poterit in litem d.l.in actionibus ff.de lit.iur.

Affirmans pro vero quod non est, puta aliquem esse virum pro- 670
bum,vel animal bonum non morbosum,vbi non sit,dicitur in dolo, l.si quis affirmauit ff.de dolo,& affirmans vas esse integrum,seu bonum,vbi non sit tenetur ad interesse,& dicitur in dolo.l.tenetur §. si vas ver.sed si vas mihi ff.de act. emp.Dec.l. 1. in 3. lec.col.pen. num.88.ver.in glo.ibi quia C.de sen.quę pro eo quod int.prof.ergo contra eum in litem iurari poterit probando damna, ac interesse ex ipso iuramento,glo. in d. l. nummis in fin. tex. & Doct. in d. l. in actionibus ff.de in lit.iur.

Limitantur præmissa non procedere vbi quis mendatium dixis- 671
set absq; dolo, putans dicere veritatem,ex aliqua causa colorata, quia tunc excusatur a dolo,& contra eum non potest iurari in litē, Bal.c.1.§.vasallus col.2.in tit.si de feud.fue.cōt.int.do.& vas.Corn. consi. 334. videtur col.antepen. vol. 3.Cotta Mem.ver. mendax.& ver.negans,facit.l. igitur §. 1.ff.de lib.ca. iuncta d.l.in actionibus.

Trigesimoseptimo amplia quòd quilibet qui aliàs potest iurare 672
in litē,vel in suplementū,vel aliud iuramentum,ēt veritatis, cōtra aliū præstare,quòd possit dictum iuramentum prestare, etiā quod iu-

re volens per iuramentum in litem veritatis, vel in suplementum, vel per aliud iuramentum, non vidisset esse verum illud quod vult iurare, vbi ab illis qui viderunt, vel negotio interfuerunt, ita acceperunt cum eorum iuramento, vel per confessionem partis ita esse audiuerunt, Io. de Imo. con. 147. in causa inter, col. 2. ver. nec dicat, ibi sed cum peterent, Alex. con. 69. visa col. fi. vers. nec ob. ei, vol. 1. & hoc procedit etiam si iurare volens respondisset positionibus partis contrariæ, dicendo quòd non vidisset actum, nec negotium, nec res pro quibus vult iurare, quia posset nihilominus iurare, Alex. d. ver. nec ob. ei, nam & Iudex qui iudicat de veritate, iudicat de illa etiam quòd eam non viderit, dummodo ita ab his qui viderunt cum iuramento percipiat, Io. de Imo. d. ver. sed cum peterent, fac. l. 3. §. quacumq; & l. iusiurandum, & ad pecunias §. 1. versi. certioretur ff. de iur. Innoc. c. cum in cã col. 2. versi. illud de iur. cal. sit tñ cautus iurare volens quod non dicat velle iurare de credulitate ex quo iuramẽtũ credulitatis nõ admittitur, sed quòd dicat quod vult iurare de veritate, Io. de Imo. d. cõ. 147. in causa col. 2. ver. nec dicat.

673 Trigesimo octauo amplia quòd etiam propter contumatiam possit in litem iurari cõtra contumacem probando damna, ac interesse, & expensas ex ipso iuramento, Bal. c. 1. col. pen. num. 14. versi. nota propter, si de inuest. int. dom. & vas. lis or. per illum tex. Abb. c. dilecti filii col. fi. num. 12. verf. inquantum ibi si autem surgeret in iuditio ratione tuæ contumatiæ de for. comp. l. 2. ff. de in li. iur. nam & contumax non auditur nisi prius solutis expensis sequutis rõe cõtumatiæ suæ, liquidandis iuramẽto partis contra eũ præstandis. l. sancimus. C. de iud. vbi tex. Bart. Pau. de Ca. Ias. & alii, contumatia enim dicitur dolus, ac delictum. l. omne delictum ff. de iud. tot. tit. ff. si quis iusd. non obtemp. vbi tex. Bar. Ias. & Mag. D. Cam. Plautius Doctor egregius, tex. in l. qui restituere ff. de rei ven.

674 Trigesimonono amplia quòd ratione temeritatis, vel calũniæ, qua quis fuit vsus in iuditio temerè, vel per calumniam, litigando, quòd potest contra eum in litem iurari, probando ex ipso iuramẽto damna, expensas litis, ac interesse sequuta ob ipsam litem temerè, vel per calumniam factam, Abb. d. c. dilecti filii col. fin. versi. si autem surgeret de for. comp. d. l. sancimus, & l. properandum vbi tex. Bar. Ias. & Doc. C. de iud. not. in c. fi. de dol. & cont. expẽsæ enim litis probantur iuramento partis vincentis præcedẽte tamen prius taxatione Iudicis, & non subsequente, & est com. op. Ias. d. l. properandum §. siue autẽ alterutra per illũ tex. nũ. 25. ver. secundo nota. ex hoc, per illũ tex. C. de iud. Alb. d. l. nũmis ff. de in li. iu. & calũniãs in ciuilibus si non potest expensas soluere, potest detineri, & puniri

ſtri Iudicis arbitrio, Spec. tit. de expenſis §. poſtremo dicendũ, ver. hoc quoq; ſciendum, & in expenſis litis ratione victoriȩ, debentur expenſȩ litis, & damna reſpitientia perſonam victoris, puta ſi erat artifex, qui ob litem non potuit in ſuo artificio laborare, ſed in expenſis ratione contumatiæ, vel proceſſus retardari, debentur damna indiſtinctè, Iaſ. d. §. ſiue autem alterutra, & etiam expenſæ Hoſpitij debentur deducto eo quod domi conſumptum fuiſſet, Iaſ. d. §. ſiue autẽ alterutra col. 6. nũ. 14. in fi. ver. nota ẽt in hac materia, & in expenſis cõdemnari debet ſuccũbens nõ ſolũ in ſententia diffinitiua, verum etiam in omni interloquutoria, ſiue ante litẽ cõteſtatam, ſiue poſt, & hoc indiſtinctè, Iaſ. d. l. ſancimus col. fi. verſi. tu autem teneas. C. de iud. & eſt communis opinio Iaſ. d. §. ſiue autem alterutra numero 19. ver. ſexto quȩro, & hoc idem volunt Bal. Ang. Aret. Salic. & Alex. in d. §. ſiue autem alterutra.

Quadrageſimo amplia ꝙ etiam non Dñi iurare poſſunt in litẽ, 675
puta Prædones, & latrones, ac fures, cõtra non reſtituentes ſibi res, quas eiſdem non reſtituentibus, dederunt in depoſitum, vel comodatum, vel per alium titulum, vel contra alium contrahentem, qui ſit in dolo, vbi præmiſſi agunt ex contractu per eos celebrato, puta ex comodato depoſito, vel locatione, & ſimili, contra comodatarium depoſitarium, conductorem, & ſimiles qui non poſſunt referre quæſtionem dominij per l. ſi quis conductionis titulo. C. loc. & p l. comodare ff. comod. ita dicit Bar. in d. l. cõmodare in fin. nu. 3. ver. quȩro ſi comodatarius ff. com. ſed tũc an res, vel poſſeſſio tãtũ q̃ ad actorẽ ſpectabat extimetur vide per Bar. in d. l. comodare, in fi.

Quadrageſimoprimo amplia quòd vbicunq; agitur contra 676
illum qui fidem datam rupit, vel pacta, & promiſſionem non ſeruauit, quòd poteſt contra eum iurari in litem, cum bonum ſit argumentum agitur de fide rupta, ergo poteſt iurari in litem, tex. in l. ei apud quem ff. depoſ. Alex. cõ. 214. quando vbi Car. Mol. in apoſt. vol. 7. Nic. Bellonus lib. 2. ſup. iu. cap. 14. graue enim eſt fidẽ fallere. l. 1. ff. de cõ. pec. in dolo enim eſſe dr̃ qui fidẽ, & pacta, & ꝓmiſſiones nõ ſeruat. l. dolus ff. mand. l. 1. §. eſt autẽ apud ff. depoſ. l. vendicantem ff. de euic. & fidem non ſeruans incidit in crimen ſtellionatus. l. titio ff. ad municip. & efficitur infamis. l. feliciſſimam. C. de his qui a nõ Dño, Iaſ. l. 1. §. nonciatio col. 3. ver. quinto & vltimo ff. de op. no. nonc. l. furti §. mandati ff. de infam. Bal. con. 291. ad euidentiam col. pen. vol. 2. Craue. q. de indemnit. mulierum, num. 30. ver. nã in dolo, & nõ ſeruans promiſſa peccat mortaliter, Mag. D. Hyer. Torniellus cõciuis meus & affinis in Rub. ff. de ver. ob. col. 21. nu. 54. ver. ex quo reſoluitur, ꝑ tex. in c. iuramenti 22. q. 2. facit tex. in

l. 1.

l.1.ff.de pac.vbi dicitur ꝙ ratione naturali quilibet tenetur serua-re pacta, & hoc procedit maxime vbi essent pacta iurata l. si quis maior.C.de transf.ergo contra non seruantem fidem,vel pacta,aut promissionem,cum tunc dicatur agi de fide rupta,& sic de dolo,po test iurari in litem,probando ex ipso iuramento damna, ac inte-resse sequuta ob præmissa non seruata glo.l.nummis in fi.& ibi tex. ver.sua die,& tex.in d.l in actionibus ff. de in lit. iur. tex. in d. l. ei apud quem & in l.si quis infitiatus ff.depos.Alex.con.214.quando, & ibi D.Carol.Mol.in apost.vol.7.Soc.con.213.consiliis col.5.num. xi.ver.primo quia vol.2.

677 Fallit quando ex aliqua causa iusta,vel etiam iniusta colorata tamē,aliquis nō seruasset fidē,pacta,nec promissionē,nam tūc excusatur a dolo,Iaf.l.si qs maior in prin.C.de transf.l. 1. & ibi glo.in fi.ff. de abig.ergo non posset tūc iurari in litē cōtra eū d.l.in actionibus.

678 Quadragesimosecundo amplia ꝙ vbicunq; pōt iurari contra aliquē rōe doli in faciendo,vel in omittēdo,vel clādestinitatis ꝙ pos-sit cōtra eū iurari ēt si probaret in genere se esse bonæ vocis, conditionis,& famę,quia talis probatio in genere nō tollit spetialem probationē doli,& facultatem iurandi,& est cō.op.Paris.con.74.in fitiari num.45.& 46.cum seq. vol.1.& vide supra numero.329.versi. notabis, & numero 397.versi.si per testes.

679 Quadragesimo 3.amplia ꝙ l3.actio de dolo,nō sit bonæ fidei,nec in rem quòd tñ in ea pōt iurari in litem,Cur.d.l.in actionibus vbi Duarenus num.7. per glo.ibi ff.de in lit.iur.& per l.arbitrio §. 1. ff. de dolo,& ista not.pro ampliatione to.tit. & casuum positorum in tot.tit.ff. & C.de dolo ma.

680 Quadragesimoquarto amplia hāc. l.si quādo,& d. c. fi. & d. l. in actionibus,& omnia iura,ac statuta similia volētia credi iuramēto alicuius cōtra dolosum procedere ēt si dolus probaretur per testes domesticos actoris,vel iurare volētis,puta ꝙ titius aperuerit capsam clausam, contra quē titiū probata ipsa apertura ēt per testes domesticos,poterit iurari in litē super quātitate rerū in ea existentiū,Paris.cō.75.ad victoriā nū.22.vol.1.Are. §. fi. Inst. de ob.quę ex quasi mal.Ias.hic in hac l.si qñ nū.43.ver.retēta, Abb.d.c.fi.num.ix. Anchar.d.consi.286.ex prædicta,versi.& hæc discussio,Corn.consilio 81.quamquam num. 12. ver. & ad, & num. 13. versiculo ex quo, vol.4.ea enim quæ fiunt,vel sunt in Domo de facili non possunt sciri nisi per domesticos domus puta vestes, iocalia, vtensilia,pecuniæ,furta,& alia gesta,& ideo probantur per domesticos domus. l. cōscēsu cū ibi not.per Doc.p illū tex.C.de repud.Corn.d.ver.& ad.

681 Quadragesimoquinto amplia præmissa iura l. si quando, & d.c. fi.&

si.& d.l.in actionibus,procedere ēt si dolus probaretur ex inditijs, q̄a sufficit in hac materia,vt differatur iuramētū super quantitate rerū,& dānorū,ac interesse, Paris. d. cō.75.ad victoriā nū. 31. & cō. 76. ad resolutionē,col.2 nū.13.vol.1.Ias.& Christ.Portius. §. pretetea & is inst.quib.mo.re.cōt.ob.Ias.hic in hac.l.si quando nū.43.ver. retēta.C.vnde vi debēt tn̄ inditia esse perspicua l.dolum. C. de dolo,nec pōt delictū principale.seu dolus principalis ex vnico teste, nec ex semiplena probatione cum iuramento in suplemētū probati, sed de eo prius liquido debet constare antequam super rerum quantitate, & extimatione, & interesse iuretur in litem Rom. & Ias.l.fi.ff. de in lit.iu. Doct.d.l.admonendi.

Quadragesimosexto amplia istā.l.si qn̄,& d c.fi.& d.l. in actionibus,& oīa iura,ac statuta dātia facultatē alicui iurādi in litē, vel in suplementū probationis,vel super damnis, & interesse vel super aliis procedere ēt si cā esset corā Sūmo Pōtifice,vel alio Principe, tex.in c.olim de iniu.& dā.dato,& ēt corā q̄buscūq; Iudicibus ord. & delegatis,Iaf.l.admonendi in 2.lec.num.326.ver.vltra.Bar. ff.de iur. & item coram Arbitro, Parisius.d.con.76. ad resolutionē nū. 14.& 15.vol.1.Ias.d.l.admonendi,in 2.lec.num.326. ver. vltra Bar. ff.de iur. Anchar.con.316.in causa,Gratus con.x.& si causa volum. 2.D.Io.Bap.de Sancto Blasio in trac.de arbi.num.90.q. 49. facit.l. 1.ff. de arbit.sed an coram Arbitrato repossint dicta iuramēta pręstari, & dic quòd vbi ellectus fuit de necessitate iuris, vel statuti, aut decreti cogentis partes ad compromittendum,quòd coram eodem arbitratore sic ellecto possunt pręstari pręd icta iuramenta, & alia,ac etiam referri,Ias.d.l.admonēdi nu.326.ver.vltra Bart.ff.de iur.sed coram Arbitratore voluntariè ellecto absq; iuris,seu statuti necesitate,non possunt prædicta iuramenta,nec alia præstari teste Grato in d.con.x.& si causa, vol. 2. & D. Io.Baptista de S.Blasio in d.nu.90.q. 49. & hoc nisi arbitrator processisset tamquàm arbiter,quia tunc etiam coram eo talia iuramenta præstari, ac referri possent, D.Io.Bap.de S.Blasio in d.nu.90.q.49. sed quòd dicta iuramenta possint præstari indistinctè etiam vltra casus pręmissos ēt coram Arbitratore voluit Parisius d.con.76. ad resolutionem nu. 14.& 15. Anch. d.consi.316. in causa in prin. sed an corā arbitratorè possit iurari latius inferius dicetur in limitationibus.

Quadragesimoseptimo amplientur præmissa istra.l.si quando, & d. c.fin. & d.l. in actionibus, & omnia alia iura, ac statuta, quibus datur facultas iurandi contra aliquem in litem, ob eius dolum, vel violentiam, & ob damnum per eum datum, vel delictum per eum commissum, vt procedant, etiam contra minorem annorum

norum

norum vigintiquinq; adultum tamen,seu doli capacem, qui dolũ, vel delictum, commiserit in faciendo, puta committendo violentiam, vel dando damnum ,nam talis non excusatur etiam a pœna, nec a iuraméto in litem, etiam per viam restitutionis in integrum, quia tenebitur ad pœnas, & contra eũ iurari in litem poterit, non obstante restitutione in integrum petita, Alex.cõ. 103. videtur col. 5.num.18.ver.non obstat.dum quinto dicebatur, vol.1.Dec.consilio 521.consultus col.fi.in fi.tex.& Doc.in l.si ex causa §. nunc videndũ & §.si cõmissum & in l.auxilium ff.de min.l.1.C.si aduer.del.& ideo glo. & communiter Doct.in l.si quis in tantam C. vnde vi, concludunt cõmuniter,quòd adultus qui in dolo fuit incidit in pœnam.d. l.si quis in tantam, & contra eam non restituitur, Alex.d.versi. non ob. dum quinto dicebatur, vbi inquit quòd ita communiter tenetur.

684 Quadragesimo octauo amplia iura præmissa & omnia alia iura, ac statuta quibus datur facultas iurandi in litẽ,contra aliquem, ob eius dolum,vel violentiam, procedere, etiam si ille, contra quem intenditur iurari, esset Miles armatę militiæ, & simul minor annorum vigintiquinq; vbicunq; fecisset inuasionem,vel violentiam cõtra ius naturale, puta occupando, vel inuadendo rem alienam, vel etiam rem cõmunem cum alio, occupando per vim, vel dolum etiã partem sotii, nam tunc dicitur peccare contra ius naturale, & non excusatur a pœna d.l.si quis in tantam, & potest contra eum in litẽ iurari, ita inquit Alex.in d. consi. 103. videtur col.5.num.17.in fin. ver.non ob.quartum argumentum vol.1.vbi allegat glo. & Doc. in d.l.si quis in tantam, si tamen miles armatæ militię rem suam in totũ ab alio possesã per vim occuparet, excusaretur a pœna d.l.si quis in tantam, si ex prę sumptionibus apparet quòd errore inductus hoc fecit, ex quo non esset contra ius naturale rem suam propriam ab alio possesam propria authoritate aprehendere, & per consequens tunc cõtra ipsum militem non posset in litem iurari, ita sentit Alex.in d.ver.non ob.quartum argumentum, per not. per glo.& Doc.in l.si quis in tantam, & per Ang.in l.plagii.C.ad leg. fa. de plagiar. & dato quòd Miles allegaret se propter aliquã causam saltem coloratam, vel leuem se fuisse motum ad inuasionem faciẽdam absq; dolo, non sufficit eam per ipsum allegari, sed oporteret etiam per eum probari, quòd ipse Miles habebat notam illam causam, & quòd sibi dictum fuerit, ante inuasionem quòd eidem licebat prædicta facere propter illam causam, & quòd Miles ita dicenti crediderit, quãuis nimis credulus fuerit, tunc enim excusaretur a dolo, & a pœnis violentiæ, & contra eum in litem iurarĩ

non

non posset, Alex.d.con.103, videtur col.pen.vers. & dato vol.1.

Quadragesimo nono amplia istam.l. si quando,& omnia iura,& statuta similia, procedere etiam inter condominos, socios,& coheredes contra seipsos, ne dum contra extraneos, Alex.d.con.103 videtur vol.1.& dixi supra late num.492. ver. ex hoc amplia, & nu. 493. ver. vnde si vnus. 685

Quinquagesimo amplia hanc.l.si quando C.vnde vi,& d.c.si.De his quę vi met.ve.ca.fiunt.& d.l.semper §.in hoc interdicto ff.quod vi aut clam.ac.d.l.in actionibus ff.de in li.iu.& omnia alia iura mũdi, ac statuta dantia facultatem alicui iurādi in litem, contra aliũ, vel aliud iuramentum praestandi, vt procedant non solum in causis ciuilibus tantum, vel criminalibus, in quibus de crimine actum fuerit ciuiliter, in quibus non est dubium quod potest iurari in litem, tex.d.c.si.& d.l.si quando,& d.§.in hoc interdicto, verum etiã vt procedant in causis criminalibus in quibus criminaliter tantum actum fuerit,& etiam in causis mixtis ciuiliter,& criminaliter motis, quia in ipsis omnibus causis,& in ipsarum qualibet, etiam quod essent causae criminales,& criminaliter motae, iurari poterit in litem, & hoc per generalitatem huius.l. si quando,& d. c.si.& d.§.in hoc interdicto,& per l. cum furti,& ibi Ang. & Pau. de Ca.per illum tex. ff. de in lit. iu. & quod etiam in causis criminalibus in quibus criminaliter fuerit actum, vel agatur, probato prius crimine, vel delicto per partis confessionem, vel per duos testes, ita quod non sufficit dictum vnius testis cum iuramento in suplementum probationis, ad probandum crimen, possit iurari in litem contra delinquentem, seu criminosum, seu dolosum, vel malitiosum, aut fraudatorem, vel reum criminis cuiuslibet; probando ex ipso iuramento, damna, interesse, ac expensas, res ablatas, vel deuastatas,& rerum quantitates, pretium,& extimationem,& alia, voluit Lud. Pontanus Romanus,& Ias. ac D. Fran. Cur. in l.fin. ff. de in lit. iur. & Ias. hic in hac. l. si quando col. fin. numero 57. versiculo numquid, ibi puto, C. vnde vi,& Ang.& Pau.de Ca.in d.l.cum furti per tex.& glo. ibi ff. de in lit. iur. Io.de Imo.& alii in dicto cap.si. D.Franciscus Cur.in l.admonendi nu.215.ver.in ea.glo.in fi.ibi ego.ff.de iur.Alex.cõ.103.videtur vol. 1.glo.ver.per suam subtilitatem,& ibi.D.Cam.Plautius nu.21.ver. item probatur,& nu.24.ver.quod tamẽ dictum,& ibi Pet.Rebuffus, & alii Doc.C.de sen.quae pro eo ꝙ int.prof.tex.& Doc.in c. olim de iniur. & dam. dat. & in c. dilecti vbi glo. ver.cum iustis, ibi & ita, vbi Doc.de for.comp.c.si.vbi glo. ver. per testes, ibi & sic interesse ꝙ surgit ex malefitio probatur per iusiurãdũ ex.de his quae vi met. 686

ve ca.

ve.ca.fi.Pau.de Ca.l.ficut iniquum col.1. ver.quando autem. C. de fid.inst.Afflic.Deci.13.vertitur num.10.ver fi.fecunda præfumptio, Bar.l.quidam tabularum ff.de fur.& hęc eft com.op. quę indubitanter procedit,vbi de crimine actum fuit ciuiliter, vel criminaliter, & vigore iuramenti in hoc folùm agitur ad probandum per iuramentum,damna,intereffe,expenfas,& rerum quantitates, qualitates, prętium, & extimationem, & alia quæ commodum pecuniariũ partis iurantis refpiciunt,quia ipfa omnia,& alia fimilia probabũtur per iuramentum partis in litem præftandum,contra delinquẽtem,vel criminofum,fiue dolofum,fiue ciuiliter,fiue criminaliter, pro præmifis,& aliis,actũ fuerit,probato tamẽ prius delicto,vel crimine liquido per duos teftes,vel per confesfionẽ partis,feu rei cõuenti,ita ꝙ ad probandum delictum non posfit etiam ex vnico tefte iurari in fuplementũ Rom.& Iaf.in d.l.fi.ff.de in lit.iur. & patet ꝙ hæc eft vera,& com.op. ex his quæ fuperius deduxi, fed probato delicto,bene poteft iurari in litem, ad probandum res ablatas, vel deuaftatas, & rerum quantitates,qualitates,prætiũ, & extimationẽ,dãna,expenfas,ac intereffe,& alia ẽt ꝙ ciuiliter folũ, vel criminaliter folũ,vel fimul,ciuiliter,& criminaliter actũ fuiffet, per.tex. hic in l.fi quando.C.vnde vi,& in d.c.fi. & in d.l.femper §.in hoc interdicto ff.ꝙ vi aut clã, & in d. l. cum furti cum ibi not. per glo. Ang.& Pau.de Caft. ff. de in li. iu.& pro hac op. deduxi fupra alias authoritates,& hæc eft com.op.

687 Et iftud ampliatur ꝓcedere ẽt ꝙ criminaliter vel ciuiliter actũ effet nõ folũ pro cõfequẽda rei extimatione,verũ ẽt pro cõfequẽda pœna fecundũ rei extimationem,puta dupli,tripli, aut quadrupli, parti tñ,& nõ fifco aplicãdi,qa rei extimatio ad finẽ ẽt habẽdi ipsã pœnam,tunc probari poffet per iuramentum in litẽ, contra dolofum,vel furem,aut violentum,& hæc eft com.op.glo.in l.cum furti per illũ tex.& ibi Pau.de Ca.nu.3.verfi.fi ergo ff.de in lit.iu. Pet.de Ancha.con.286.ex prędicta,in fin.Alex.con.103.videtur vol.1.

688 Ampliãtur ẽt præmiffa,procedere ẽt fi delicto,puta furto,dãno, aut violẽtia cõftaret folũ per cõfesfionẽ rei conuẽti, qualificatam, vel taxatã puta in decẽ aureis tãtũ fubtractis,vel in re valoris centũ aureorũ tãtũ,& nõ vltra fubtracta quia actor,vel accufator posfet iurare in litem contra ipfum reum cõuẽtum, de maiori fumma & de aliis,vltra cõfeffata,tã refpectu quãtitatis & extimationis rerũ,quã ẽt refpectu pluriũ vitiũ, quibus furtũ, vel delictũ cõmiffum per ipsũ reũ cõfitẽtẽ dicatur ab actore,vel accufatore,vltra cõfeffata per reũ cõuẽtũ, Anch.d. cõ.286.ex ꝓdicta,& dixi fupra nũ.494. verfi.amplia prẹmiffa,facit.c.femel malus vbi tex.glo.& Doct. de

reg.iu.in 6.Cõfesſio enim rei cum qualitate, vel taxatiuã minuẽte, vel tollẽte obligationẽ, ſeu pœnã delicti, vbi præſumptio eſt cõtra cõfitentem, puta quia ſumus in delictis, vel in aliis quæ ſunt de genere prohibitorũ, tũc põt cõfesſio pro parte acceptari per actorẽ, vel accuſatorem, cũ negatione quòd qualitas, vel taxatiua non ſit vera, & confitens tenetur probare qualitatem, vel taxatiuã eſſe verã, alioquin in totũ ſuccũbit cõfitens, ex quo actor vel accuſator in iſtis põt pro parte pro ſe faciente acceptare cõfesſionẽ, & in parte quæ facit cõtra ſe reſpuere cõfesſionem, Abb. c. cũ veniſſet col. 2. ver. itẽ nota ꝙ licet cõfesſio emanet cũ certa qualitate ex. de inſt. & in c. bonæ el. 2. col. fi. in fi. & col. pẽ. in fi. ver. adde ad prædicta, ex de poſt ꝑlat. Bal. cõ. 79. dauãti da voi ſauio nũ. 3. & per to. vol. 2. & in caſibus qbus actor nõ poſſet iurare in litẽ, puta qa eſſet iudeus, vel infamis, ipſa cõfesſio operatur ꝙ Iudex malefitiorũ poterit, ac debebit torquere reũ taxatiuẽ, vel qualificatiuẽ cõfitentẽ, vt dicat veritatẽ ſuper maiori sũma, & ſuper aliis vltra per ipſum reũ confeſſata Laſ. de Orian. in c. quoniam contra falſam, in glo. verſiculo confesſiones num. 19. verſiculo quæro iuxta pręmiſſa de vna, in fi.

Limita tñ pręmiſſa iura, ac ſtatuta, nõ procedere: vbicũq; actum fuiſſet criminaliter, ad pœnã corporalẽ, puta amisſionis vitæ, vel mutilationis mẽbri, aut fuſtigationis, vel ad aliã pœnã corporalẽ, vt ſit locus ipſis pęnis corporalibus, nã tũc ẽt cõſtito de delicto, puta furto, vel rapina, vel alio delicto, nõ ſtatur iuramẽto in litẽ partis, ſup quãtitate, & qualitate, & extimatione rerũ, ſi ſtatutũ vel lex, aut decretũ diceret ꝙ a tali sũma puta a cẽtũ libris ſupra, vel a medio ſcuto ſupra, fur, vel latro, vel raptor fuſtigetur, vel ꝙ corporaliter puniatur, puta ꝙ bulletur in fronte, ſed rerũ quãtitas, & qualitas, ac extimatio ẽt per vim, ac violẽtiã, & dolũ, ac rapinã, & furtũ ſubtractarum, vel deuaſtatarũ, debet ꝑ teſtes plenẽ, & liquido probari, nec põt tũc, quantũ ad hoc, vt ſit locus ipſis pœnis corporalibus ẽt ſolius fuſtigationis, vel bullationis, probari ex iuramento in litẽ ꝑ partẽ ꝑſtãdo, & ita limitatur hoc modo nõ procedere iſtã. l. ſi qñ. C. vnde vi, & d. c. fin. ex. de his q̃ vi met. ve cau. fiunt, & d. l. in actionibus, & l. cũ furti ff. de in lit. iur. & d. l. ſemp §. in hoc interdicto ff. ꝙ vi. aut clã & oĩa alia iura, ac ſtatuta, volẽtia credi iuramẽto alicuius partis offenſę, vel dãnum, vel violẽtiã, aut aliud malũ paſſę, vel iuramento cãparii, vel ſaltuarii, ita dicit Bal. in l. in actionibus §. ſeu ver. plane, col. fi. ver. ſi ſtatutũ dicit ſi qs furatus fuerit a centum libris ſupra bulletur ff. de in lit. iur. Bart. in l. fi. vbi etiam Alex. col. 1. ver. extra glo. quærit Bar. & ibi D. Fran. Cur. Iaſ. & alii ff. de in lit. iur. Raph. Fulgoſ. Placentinus & Pau. de Ca. in l. cum furti ff.

ti ff.de in lit.iur.D.Fran.Cur.in l.admonendi num.215.versi. in ea. glo.ibi l.si quando,in fi.ibi quarto limitatur,& ibi Iac.Pet.de Ptho lomeis num.291.vers. tertio fallit, & ibi alii Mod. ff. de in lit. iur. arg.l.fi.C.de prob.& l.eum qui ff.de iur.Car.Ruin.con.35.quod sen tentia col.3.num.7.& 8.& 9.ver.& alia ratione isto casu vol.5.Ang. hic in hac.l.si quando C.vnde vi,Bal.& alii.l 1.& l.in bonæ fidei.C. de reb.cre.& iur.Ripa.l.damnum col.3. versi. quinto ff.de dam.inf. Fel.c.de cetero vbi etiam Franc.Aret.col.2.de testib.Parisius con. 153.in causa vol.4.Alex.consi.167. requisitus col.1.vol.1.& ex pre dictis patet quòd hæc est vera & communis op.& si in hoc casu pars offensa non potest iurare in litem multominus poterit in hoc casu iurare Fiscus,Soc.l.1.§.in eum numero 3.ff.ne quis eum qui.

690 Secundo etiam limitantur predicta iura, ac statuta non procede re quotiescunq; ageretur ad pœnam etiam pecuniariam,fisco apli candam,puta dupli,vel tripli,seu quadrupli, vel aliam pœnam pe cuniariam fisco aplicandam, nám tunc dicitur agi criminaliter, & etiam quòd constaret plenè,ac liquido de delicto principali, puta furto,rapina,dolo,aut violentia,vel damno non posset iurari in li tem per partem,nec per fisci procuratorem super rebus subtractis, vel occupatis,vel furto subtractis,nec deuastatis, nec super earum quantitate,nec extimatione,nec aliis,vt sit locus dictę pœnæ pecu niariæ fisco aplicandę,Pau.de Ca.d.l.cum furti num.8.versi.non sic deberet ff.de in lit.iur.Bar.& Alex.in l.fi.ff.de in lit.iur.Car.Rui.d. con.35.quòd sententia col.3. num. 7. & 8.& 9. versi. & alia rationę vol.5.Iac.Petri de Ptholomeis in d.l.admonendi num.291.ver.ter tio fallit.& ibi Curtius num.215.ver.in eadem glo.ibi l. si quando, ibi ego ff de in lit.iur. Ripa.d.l.damnũ col.3.ver.quinto,& ibi Mod. & alii ff de dam.inf.Paris.d.con.153.in causa vol. 4. Doct. in apost. ad Bart.in d.l.in actionibus in apo.ver.omnes,Ang.hic.d.l.si quan do fa.l.fi.C.de prob.& l.non puto ff.de iur.fis.

691 Probatio tamen facta per iuramentum in litem a parte præsti tum contra accusatum, etiam in causis criminalibus, quibus actũ fuit ad pœnam corporalem, vel pecuniariam fisco aplicandam, in quibus vt supra dixi,etiam constito de delicto, non potest iurari in litem,super rebus, & earum quantitate, & extimatione, nec super aliis ad finem,vt sit locus ipsis pœnis,& in aliis casibus,quibus non potest iurari in litem, nec in suplementum, tunc ipsa probatio fa cta per iuramentum in litem, vel per aliud iuramentum in ciuili bus, faceret indicium ad torturam in criminalibus, quia probatio priuilegiata in ciuilibus,& que probaret in ciuilibus facit indiciũ ad torturam in criminalibus,Bar.in d.l.fi.ff.de in lit.iur.& hoc se quuntur

qunutur Alex. & Ias. in d. l. fi. in fi cùm hoc moderamine quòd sit arbitrarium Iudici per not. in l. fi. ff de quest. & per Io. And. in c. cũ in contemplatione de reg. iur. Fel. c. de cetero col. 2. num. 7. ver. limita tertio. de testi. & ibi Fran. Aret.

Item scias quòd dato, & non concesso, quòd ista. l. si quando. C. vnde vi, & d. c. fin. ex. de his quæ vi met. ve cau. fin. & l. semper §. in hoc interdicto ff. ꝙ vi aut clam, & omnia alia iura, ac statuta, dãtia facultatem iurandi in litem, vel aliud iuramentum præstandi, non haberent locum in causis criminalibus, quod tamen non concedo, nisi cum distinctionibus per me superius datis num. 686. ver. quinquagesimo amplia, cum sequen. tamen quotiescunq; esset data querela, & conclusum ad vtilitatem partis querelantis, diceretur actio ciuilis, & iuditiũ ciuile, & in ea, cõstito prius de crimine per testes, vel per confessionem partis, posset iurari in litem super rebus abreptis, vel inuasis, aut deuastatis, & eorum prætio, ac extimatione, & super aliis, & locum haberent. d. l. si quando, & d. c. fi. & alia iura, ac statuta similia, Raph. Com. consi. 42. viso, item vbi procurator non habuisset potestatem intentandi iuditium criminale ad pœnam corporalem, nec pecuniariam, Fisco applicandam, tunc etiam indubitanter posset Dominus comparere, & iurare in litem super ipsis rebus, & earum prætio, ac quantitate, & extimatione & aliis, Raph. Com. in d. con. 42. viso. 692

Illud autem quòd dixi, quòd etiam in causis criminalibus, etiam ciuiliter, vel criminaliter motis, quòd potest iurari in litem contra delinquentem. vel criminosum, intellige verum esse, vbi delictum esset commissum dolo malo, quia tunc iurari posset in litem contra delinquentem, secus si delictum casu, vel ex culpa etiam lata fuisset commissum, quia tunc non posset iurari in litem, & est com. op. per tex. in l. in actionibus ibi ob dolum, & ibi glo. communiter aprobata ff. de in li. iur. vide tamen ea quæ dixi infra numero 701. ver. fallit secundo, item intellige verum esse vbi concurrerent dolus malus & difficultas probationis, quia tunc iurari posset in litem in ciuilibus, & criminalibus aliàs secus per tex. in hac l. si quando. C. vnde vi, & per d. l. in actionibus ver. plane vbi Doct. ff. de in li. iur D. Cam. Plaut. in d. l. i. in glo. versi. per suam subtilitatem num. 14. ver. quòd tamen & ibi D. Hyer. Cagnol. num. 126. col. 28. & alii Doc. C. de sen. quæ pro eo quòd int. pro. & istud vltimum intellige iuxta ea quę dixi supra num. 139. ver. & licet, & num. 148. versi. sed in casu, & num. 149. ver. septimo amplia in fin. & debet semper liquido prius constare & probari de delicto principali Rei conuenti antequam iuretur in litem super damnis, & interesse, & rebus, & 693

rorum extimatione, Rom.& Iaf.l.fin.ff. de in lit.iur.D.Cam.Plautius.d.ver.quòd tamen.

694 Homicidiũ ergo cum lege diuina, canonica, & ciuili sit prohibitum, vt habetur exodi cap.21.non occides, & deuteronomium cap. 5.& apud Sacrum Euangelium Diui Mathei cap.26.qui gladio ferit gladio perit, & per totum titulum ff.& C.ad leg.Cor.de ficar. & in c. 1. de homicid. Adeo quòd homicida dolosus de iure Diuino debet mori, gladio iustitiæ vltore, vt habetur exodi cap.21.& leui. cap.24.& numeri cap.35.& in Euangelio S.Mathei cap.26.ibi qui gladio ferit gladio perit, & idem de iure canonico.c. 1. de homicidio & de iure ciuili tot.tit.ff.& C.ad leg.Cor. de fic. & inst. de pub. iud.sequitur ꝙ proculdubio homicida tenetur erga occisum & heredes occisi siue homicidium fuerit dolo, siue culpa factum, ad interesse animæ occisi, quia primo & antè omnia debetur per homicidam interesse animæ occisi defuncti, vt pro ea fiant orationes, ieiunia, & huiusmodi, & fiat fundatio perpetua, aut anniuersarium missarum perpetuum, vel ellemosina pro anima defuncti secundũ facultates illius qui homicidium perpetrauit, ita dicit.D.Mansuerius in sua pratica iudiciorum sub Rub.de expensis, interesse, & dãnis, numero 15. ver. item si propter homicidium, ibi sed primo, Scotus in 4.sen.Dist.15.& ibi Ric.& Lãdul.& istud ego probo, quia si occidens, vel vulnerans dolo, vel culpa tenetur ad interesse rerũ, & pecuniarum, & expensas curationis corporis vulnerati postea defuncti, & eius propinquiorum quos sustentabat.l.ex hac lege ff.si quadr.pau.fec.dic.glo.& tex.in l.liber homo, & l.qua actione ff. ad leg.aquil. Spec.in tit.de iniu.& dam.dat.§.sequitur, versi. sed nunquid, cum seq.c.1.ex.de iniur.quanto magis ipse occidens debet teneri ad ipsum interesse animę defuncti, & sic ad fundationem perpetuam, vel anniuersarium perpetuum, vel ellemosinam, & orationes pro anima defuncti occisi, & ad orandum, & orari faciendum pro ea, cùm anima cunctis rebus sit præferẽda.l.sancimus, & Auct. multomagis.C.de sac.Ecc.Sum.Ang.ver.restitutio.1.in vers.homicida, & pro tali interesse animę vulneratus moriturus, seu eius heres, & sic heres occisi, posset iurare in litem contra vulnerantem dolo malo, seu occidentem dolo malo, probando ipsum interesse ex ipso iuramento contra homicidam dolosum, glo.fi.in fi.in l.nummis ff.de in lit.iur.c.dilecti vbi glo.vers.cum iustis ibi & ita hoc, & ibi Ab.& alii de for.comp.tex.in c.fi.& ibi glo.ver.per testes, ibi, & sic interesse quod surgit ex malefitio probatur per iusiurandum, & ibi Doc.no.tx.de his quæ vi metusuè ca.fi.l.1.vbi glo.ver.subtilitatem ibi sed hoc, vbi Doc.C.de sen.quæ pro eo quòd int. pro iunctis

superius per me notatis super numero 619. versi. vigesimoquarto amplia, & sup. num. 686. versi. quinquagesimo amplia, & vbi heres iurare non posset in litem, puta quia esset infans l. videamus ff. de in l. iu. vel istud non peteret, vel esset homicidium culpa, & non dolo malo commissum, quo casu, iurari non posset in litem d. l. in actionibus, posset tunc Iudex ex offitio, & etiam per exploratores, seu commissarium in formare se de facultatibus homicidæ, & taxare istud interesse animæ defuncti, vt pro ea fiant præmissa arbitrio boni viri. D. Masuerius d. ver. item si propter homicidium, tex. glo. & Doc. in d. l. 1. ver. per suam subtilitatem, vbi Cagnol. & alii. C. de seri. quæ pro eo quod int. prof. Sum. Ang. d. versi. restitutio. 1. versi. homicida.

Homicida siue dolo malo, siue ex culpa, vel in rixa cõmiserit homicidium, tenetur etiam ad expensas curationis factas quo ad vulneratum, qui postea fuit mortuus, tam respectu medicinarum, quàm meditorum, & aliorum omnium, l. liber homo vbi glo. 1. & Doct. & l. qua actione vbi tex. & glo. ff. ad leg. aquil. tex. glo. & Doc. in l. ex hac lege ff. si quadru. paup. fec. dic. Spec. in ti. de iniur. & dã. dat. §. sequitur. ver. sed nunquid, & ver. quid si statim. c. 1. vbi tex. glo. & Ab. & alii doc. de iniu, & dam. dat. l. fin. ff. de his qui deiec. vel effud. & est istud etiam de iure diuino, vt habetur exodi. 21. & item tenetur ipse homicida ad extimationem operarum occisi pro tempore quo verisimiliter vixisset, secundum distinctionem temporum, l. hereditatum ff. ad leg. fal. & quibus Pater, & Mater, & heres occisi caruit & cariturus est, non tamen tenetur ad extimationem libertatis, nec membrorum, nec cicatricum, nec corporis hominis liberi occisi, cum liberum corpus non recipiat extimationem, ita dicit Spec. d. ver. sed numquid, & d. ver. quid si statim, tex. & glo. d. l. ex hac lege, & in d. l. fi. & in d. l. qua actione, & in d. c. 1. de iniur. Sum. Ang. ver. restitutio. 1. ibi homicida, Reue. Frater Io. Baptista Troua mala in eius summa Rosella versi. restitutio. iii. de damnificantibus in bonis corporis, Re. D. Ioannes Duns Scotus in 4. sent. Dis. 15. & si vulneratus, vel offensus statim obiit, nec aliquæ impensæ sunt in medicis factæ tunc etiam homicida tenetur ad extimationem operarũ quibus Pater occisi cariturus est, vel si pater, vel alius extraneus occisus est, extimabit heres operas illas, & lucra quas, & quæ amisit, & habere potuit tempore vitæ suæ, puta quia occisus erat aduocatus, causidicus, notarius, mercator, prætor, Cerdo, Pelliparius, vel alius artifex, secundum extimationem tẽporis, & vsque ad illud tempus, quo verisimile est, illum occisum viuere potuisse, de qua in l. hereditatum ff. ad leg. fal. ita inquit Specul. in d. tit. de

695 — Rol. a uol. cõ. 39. uol. 2.

Iniurijs & dam.dat.§.sequitur ver. quid si statim obijt, & versiculo sed vsq; ad quot tempus, tex.in d.c.1.vbi glo.Abb.& Doc. de iniur. & dam.dato, glo.d.l.ex hac lege, Sum.Ang.ver.restitutio 1,ibi homicida & Sum.Rosel.ver.restitutio.iii. versi.quid autem si statim, & versiculo sed vsq;.

696 Et homicida tenetur non solùm ad præmissa, verum etiam tenetur ad interesse illorum, puta Patris, Matris, filiorum, Vxoris, & propinquorum interfecti, vel pauperum, & inhabilium, quos interfectus sustentabat, & ad tantam restitutionem quantum illis abstulit ex interfectione illius personę, Summa Rosella.d.versi. restitutio.3.D.Mansuerius d.versi.item si propter homicidium, Sum.Ang. versi.restitutio 1.versi.homicida, tex.& Doc.in l. qua actione ff. ad leg.aquil.Spec.d.§.sequitur in d.ver.sed nunquid, & d.versi.quid si statim obijt, Abb.d.c.1.col.2.num.6.versi. vlterius in fi.de iniur. & dam.dato, & item Sotius interfecti, vbi erat Sotius bonorum, vel alicuius exercitii vel mercaturæ si damnum patiatur ex interfectione sotij, poterit agere pro eius damno, ac interesse contra ipsum interfectorem, D. Mansuerius d. versiculo item si propter homicidium, & pro prædictis expensis curationis, operis, & ipsarum qualitate, & extimatione, ac valore, & damnis, expensis, ac interesse, iurari posset in litem, per heredem interfecti, & item per Patrem, Matrem, vxorem, liberos, & propinquos, sotium interfecti, & per inhabiles, ac pauperes, quos defunctus sustētabat, probando premissa, & omne aliud ipsorum interesse, ex ipso solo iuramento in litem præstando contra interfectorem dolosum, seu contra homicidam dolosum, per tex.hic in hac.l. si quando vbi Ias. num.57.versi.nunquid, ibi puto C.vnde vi.glo.in d.c.fin. versi. per testes ibi interesse quod surgit, ex.quòd me. ca.& per ea quæ dixi supra numero 686.versi.quinquagesimo, & num.692.versi. homicidium ergo in fi.vbi tamen homicidium fuisset casuale, vel culpa, & non dolo malo factum, ipsæ expensæ, damna, ac interesse debentur per homicidam, sed non possunt probari per iuramentum in litem, sed testibus, vel aliis legiptimis ꝓbationibus debet ꝓbari, vel p offitiū Iudicis extimari, vt dixi supra.nu.694.ver.homicidiū ergo, in fi.

697 Vulnerans etiam aliquem, vel offendēs alicui armis, vel baculo, aut lapide, seu pugnis, vel alio modo, siue in rixa, vel alio modo ēt quòd vulneratus, aut offensus non moriatur, tenetur non solum ad expensas curationis tam respectu medicorum, quàm medicinarum, seruitutum infirmi, & aliarum expensarum curationis, verum etiam tenetur ad extimationem operarum amissarum, pro temporibus, & diebus, quibus vulneratus, vel offensus stetit in lecto, vel

et extra lectum, sed propter ipsam offensionē, vel vulnus operari nō potuit. tex. in c. 1. & ibi not. Abb. Panor. col. 2. nū. 5. ver. sed quæro de iniu. & dam. dat. & in l. ex hac lege vbi tex. glo. & Doc. ff. si quad. paup. fec. dic. & in l. liber homo vbi glo. & Doc. & l. qua actione ff. ad leg. aquil. & in l. fi. ff. de his qui deiec. vel effud. Spec. d. ver. sed nunquid, & d. ver. quid si statim, & istud etiam est de iure diuino, vt habetur exodi. 21. & vlterius vulnerans, vel offendens tenetur ad omnia alia damna damni emergentis passa per vulneratum, vel offensum, tā intrinseca, quàm extrinseca, sequuta ob dictum vulnus, & seu offensionem. l. in interdicto ff. quod vi, aut clā. l. ait lex. & l. indeneratius & l. pē. ff. ad leg. aquil & dixi supra nū. 425. versi. in maleficiis. & vbi offensus, vel vulneratus, erat solitus lucrari, & ob ipsum vulnus, seu ob offensionem ipsam non potuit lucrari, tenetur ipse vulnerans, vel offendens, ad soluēdū ipsi offenso, aut vulnerato, ipsū lucrum cessans, & hoc tā respectu temporis præteriti, quàm futuri, glo. & Doc. in d. l. liber homo, & tex. glo. & Doct. in d. l. qua actione ff. ad leg. aquil. tex. glo. & Doc. in d. l. ex hac lege ff. si quad. paup. fec. dic. & in d. c. 1. & ibi Abb. num. 6. versi. vlterius de iniur. & dam. dat. Spec. d. ver. sed nūquid, & d. ver. quid si statim obiit, & habetur exodi cap. 21. iunctis not. per me supra nū. 427. vers. Debitor nummorū.

Et si ex vulneribus, aut percussionibus, vel offensionibus illatis 698
corpus, vel membrum, remansit debilitatum, aut mutilatum, vel inutile, vel pigrum, & non ita promptum, prout erat primo, aut oculus obcęcatus, tunc vulnerans, vel offendens, tenetur ad omnia damna, intrinseca, & extrinseca, expensas curationis, & interesse, & ad omnia damna, damni emergentis, & lucri cessantis dicti vulnerati vel offensi, & Patris, Matris, vxoris, ac liberorum, & pauperū, & aliorū quos sustentabat, & ad extimationem eius operarum amissarum pro tempore præterito post ipsum vulnus illatum, vel offensionem factam, & in futurum amittendarum, siue steterit, seu stet in lecto, siue non, occasione præmissa, computando tempora futura secundum distinctionem. d. l. hereditatum ff. ad leg. aquil. & hoc de iure diuino, canonico, & ciuili, exod. 21. per glo. & Doc. in d. l. liber homo, & per glo. tex. & Doct. in d. l. qua actione ff. ad leg. aquil. & in d. l. ex hac lege ff. si quad. paup. fec. dic. per Doct. d. c. primo per illum tex. vbi Abb. Panor. col. secunda numero 6. versiculo vlterius quæro, & ibi. D. Seb. Sapia. & alii in apost. ex. de iniur. & dam. dat. & Doct. in l. fin. per illum tex. ff. de his qui deiec. vel effud. Sum. Angel. versi. restitutio primo versi. homicida, & Sum. Ros. ver. restitutio. iii. de damnificantibus, & præmissę expēsę curationis, & operæ amissę, ac amittendæ, damna, ac lucra cessantia,

& intereſſe vulnerati, vel offenſi, probantur ex ſolo iuramento in litem præſtando per vulneratum, vel offenſum, contra vulnerantem dolo malo, vel offendentem dolo malo per tex. hic in l. ſi qñ vbi Iaſ. nũ. 57. ver. nũquid, ibi puto C. vnde vi, & per ea quæ dixi ſupra num. 686. ver. quinquageſimo amplia, & num. 694. ver. homicidium ergo, Cicatricum autem, & deformitatis ſequutæ ob vulnera, vel offenſionem in homine libero, nulla ratio habetur, tex. in d. l. ex hac lege ff. ſi quadr. paup. fec. dic. & in d. l. fi. ff. de his qui deiec. vel effud.

699 Occidens, vel vulnerans ſeruum meum, vel equos meos, vel boues meos, pecudes meas, vel alia animalia mea, vel eiſdem offendens, tenetur ad expenſas curationis, & ipſorum prætium, & ad dãnum intrinſecum, & extrinſecum, & lucrũ ceſſans, ad extimationẽ operarum amiſſarum, ac amittendarum, & ad intereſſe cicatricum, & deformitatum, tex. cum glo. vbi Doc. not. in d. l. ex hac lege ff. ſi quadru. paup. fec. dic. glo. in d. l. liber homo, tex. cum glo. in d. l. qua actiõe, & per tot. tit. ff. ad leg. aquil. & tex. cũ glo. vbi Doc. no. in l. fin. ff. de his qui deiec. ergo contra ipſum occidentem dolo malo, vel vulnerantem præmiſſa dolo malo, vel eis dolo malo offendentem, iurare potero in litem, probando ex ipſo ſolo iuramento prædictas expenſas curationis, prætium præmiſſorum ſeruorum, ac animalium, intereſſe cicatricum, & deformationis, & operas amiſſas, & amittendas, & omnia alia damna mea lucri ceſſantis, & damni emergentis, & intereſſe meum, per tex. hic in l. ſi quando vbi Iaſ. num. 57. ver. numquid, ibi puto, C. vnde vi, & in d. l. in actionibus ver. plane, & ibi Doc. ff. de in lit. iur. & in l. arbitrio vbi tex. glo. & Doc. ff. de dolo, & per ea quæ dixi ſup. num. 686. ver. ſi. quinquageſimo amplia, & nũ. 694. ver. ſi. homicidiũ ergo, in fi. & nũ. 695. ver. homicida. & nu. 697. ver. vulnerãs, glo. fi. in fi. in l. nũmis ff. de in lit. iur. c. fi. vbi glo. ver. ꝓ teſtes de his quę vi metuſuẽ cau. fiũt.

700 Fallit vbi aliquis vulneraſſet, vel occidiſſet ad ſui defenſionẽ neceſſariam, quia tũc non tenetur ad expenſas curationis, nec ad dãna, nec intereſſe, nec ad aliquã pœnã, nec põt cõtra eũ in litẽ iurari. l. vt vim vbi tex. glo. Bar. Iaſ. Dec. & alii ff. de iuſ. & iur. & vbi occidiſſet ad ſui defenſionẽ illũ q eũ fuit aggreſſus lꝫ aliqualiter modũ exceſſiſſet, cũ nõ eſſet i dolo, nõ ſic ſtrictẽ teneret ad ꝑmiſſa, nec ꝓ eis poſſet ĩ litẽ iurari, Sũ. Ang. d. ver. reſtit. 1. ver. homicida. d. l. ĩ action.

701 Fallit ſecũdo vbi aliquis occidiſſet, vel vulneraſſet aliquem, vel alicui offendiſſet abſq; dolo malo, puta caſu, vel ex culpa, q̃ tũc lꝫ teneatur ad expenſas curationis, operas amiſſas, & amittendas, dãna, ac intereſſe vulnerati, vel offenſi. d. l. ex hac lege vbi tex. glo. & Doc. ff. ſi quad. paup. fec. dic. & glo. & Doct. in d. l. liber homo & in d. l.

d.l.qua actione vbi tex.& Doc.ff.ad leg.aquil.tamen expēsæ ipsæ,& tale interesse vbi nō est dolus,debēt probari testibus,vel instrumētis.nec possunt probari per iuramentum in litē, ēt si præmissa homicidia,vel vulnera facta fuisset ex lata culpa,& est cō.op.tex.cum glo.d.l.in actionibus ver.nō ob culpam vbi Doc. no.ff.de in lit. iur.

Dico tamē quòd Iudex ex officio posset suplere extimādo expēsas curationis,prætiū ipsorū seruorū,aut animaliū,dāna,ac interesse,operas amissas,& amittēdas hominis ēt liberi occisi, vel vulnerati,& interesse heredū,& aliorū quos sustētabat, ēt si nihil probatū esset per partē,& ēt si non posset iurari in litē,puta si dolus occidendo,vel vulnerando non interuenisset, vbi constaret Iudici præmissa de iure deberi,prout debentur per not.per Bar.in l.si quod ex pāphila ff.de leg.2.& per Soc.cō.136.præstantissime col.2.ver.videmus vol.1.tex.in l.semper §.in hoc interdicto ff.quod vi aut clā.tex.in.l.1.ver. per suam subtilitatem, & ibi Bal. D. Rebuffus, D. Cā. Plautius,& Cagnol.& Mod. C. de sen. quæ pro eo ꝙ int. pof. Corn. con.318.pro vecturali col.fi.num.8.versi.si vero vol.4. 702

Duello victus,siue succumbens,tenetur ad omnia damna, expensas,& interesse,erga victorem suum, seu erga vincentem in duello, ad similitudinem iuditii contentiosi in quo victus,victori condemnari debet in expensis,tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus iuramento victoris siue vincentis probandis Ias.l.properandum §. siue autem alterutra num.21.versi.octauo quæro C.de iud.per c.finalitibus de dolo,& contum.& per l.fi.vbi Bar.& Doc.C. de fruc. & lit.expen.Bar.l.1.ff.ad turp.& quòd victus,siue succumbens in duello,teneatur ad omnia damna,expensas, ac interesse, erga victorem, siue vincentem, probanda ex solo iuramento in litem præstando per victorem, siue vincentem in duello, contra ipsum victum in duello, voluit in sperie Mag.& clarissimus Iureconsultus D.Lancilotus Coradus Patritius Laudensis,in suo trac.de Duello, in 4.par. in conclusione, 94. inci. Postremo num.9. versiculo Ioannes tamen,& num.10.ver.plus quoq;, vbi allegat Paridem de Puteo,in trac.de duello §.an similes vel nobiles,& in §.pone quòd aliquis se,lib.6.per c. fin.quòd met.cau. & per hanc.l.si quando.C.vnde vi, & per d. §. siue autem alterutra, nam & iniuste mouens bellum,vel prælians contra alium,tenetur ad omnia damna, expensas,ac interesse, ei cui mouit bellum, probanda ex iuramento illius cui motum fuit bellum iniustum,per d.l.si quando, & per d. c. fin. vbi Innoc. Abb. & Doct. & faciunt not. per Mar. Garatum Laudensem in trac. de bello. q. prima fallit secundum D. Laur. Siluanum vbi victus in duello habuisset iustam causam litigandi, 703

pisa testes, vel inditia, quia tunc non tenetur ad expensas, nec pro eis potest contra eum in litem iurari, ad exemplum iuditij contentiosi, in quo succūbēs habens iustā causā litigādi, nō codēnatur in expēsis, ita dicit D. Laurē. Siluanus in cō. 51. oipotētis col. pē. nu. 33.
704 Sed dico ego, quòd vincens in duello, non potest iurare in litem, pro dictis damnis, & expensis, contra victum in duello, quia duellū est prohibitū iure diuino, canonico, ciuili, & humano propter peccatum mortale, tam respectu prouocati acceptantis, quàm prouocantis, quibus omnibus Sacramenta Ecclesiæ, & maximè Sacra eucharistia denegantur nisi peniteat eos, per c. monomachiam, vbi tex. & glo. & Arch. 2. q. 4. & extra de torneamentis, & de Cler. pugnā. in duello, & de purgat. vulgari per totum, & per l. 1. C. de gladiat. lib. xi. & ibi Do. Io. de Platea, & D. Lan. Conradus trac. de duello in prin. numero 1. & Paris de Puteo trac. de duello §. an qui, lib. 9. Abb. c. ad audientiam de homicid. Fel. in c. qualiter el. 2. §. ad corrigendos col. fin. de accusat. Ias. l. ex hoc iure numero 13. cum seq. ff. de inst. & iur glo. l. cum filius §. fi. ff. de leg. 2. & glo. in l. qua actione §. si
705 quis in colluctatione vbi glo. fi. in fi. ff. ad leg. aquil. & hæc est com. op. & propterea duellum etiam susceptum potest recusari, S. Thomas de Aquino 2. 2. q. 25. Ias. con. 144. facti col. 5. ver. sed præmissis cum seq. vol. 2. Cotta Mem. ver. Perduellionis, Soc. Iun. con. 123. nu. 2. & seq. vol. 2. & cùm existens in mortali peccato, prout est præliās in duello non possit esse testis, pro alio, c. testimonium vbi tex. Fel. & Doct. de testi. ergo victor in duello non poterit esse testis pro se, & sic non poterit iurare in litem contra victum in duello super ipsis expensis, & damnis, cum non sit omni exceptione maior, Ripa l. damnum col. 3. numero 6. versiculo 4. in fin. ff. de dam. inf. l. 3. ff. de cond. ob. turp. cau. & dixi supra numero 401. versi. fallit quoq; cum & multi sub iniusto clipeo pereant, & sit tentare Deum. c. significantibus de purg. vul. Summa Angelica ver. duellū, & Summa Rosel. ver. duellum fa. c. damnum de reg. iur. in 6.
705 Et istud maximè procedit in Dominio Mediolani, in quo decretum sub rub. de pœnis §. in hoc, conditum a diuo Carolo quinto Rom. Imper. prohibet prouocationes, & acceptationes ad duellum sub pœna capitis, & confiscationis bonorum, pro cuius decreti interpretatione, scias quòd duellum est pugna corporalis singularis deliberata hincinde duorum, ad purgationem, gloriam, vel odii exegerationem, & requiritur ipsa deliberatio, & sic animus deliberatus tractatus, & apensatus, duellandi, seu bellandi, aliàs non dicitur duellum, sed rixa, vbi non interuenit ipsa deliberatio, seu animus deliberatus Io. de Lignano trac. de duello, in pri. versi. circa

nã fuerit animal, quod dãnũ dederit, hæc enim nõ possent probari ex ipso solo iuramento vnius, ét ꝙ lex. decretũ, & statutũ, ita expres sè disponerent, & vbi hoc disponerent nõ valerét, cũ de iure diuino in ore deorum, vel trium, & nõ vnius stare debeat omne verbũ, adeo quòd ét Imperator non posset disponere, ꝙ crederetur iuramento vnius tãtũ in preiuditiũ alterius, Roman. sing. 707. an Papa, & ibi sequitur D. Io. Bap. Castellioneus in apostil. ad Roman. tex. in c. indicas hermanum. 3. q. 19. Fel. c. cõstitutus col. 7. nu. 16. ver. & pro hac limitatione de rescrip. & in c. sicut circa prin. ver. & hoc est adeo verum de sen. excom. & in c cũ olim col. x in fi. de re iud maximè quia ipsa lex. decretum, ac statutum essent contra dictum ius Diuinum, & inuitarent ad delinquendum, & iurandum falsum, & esset lex indiscreta, & statutum, ac decretum indiscretum, & sine ratione, & contra naturalem æquitatem, & modestiam & contra c. erit autem lex. x. Dis. & contra c. in omni negotio, & c. licet vniuersis de testib. & contra ius diuinum, quod vult in ore duorum, & non in ore vnius stare omne verbum, vt habetur numeri 21. & Deut. 17. & apud Sanctum Ioannem in Sacro Euangelio cap. 8. & itẽ esset contra ius canonicum, tex. in d. c. in omni, & c. licet vniuersis de testi, & contra ius ciuile. l. iusiurandi, & l. solam, & l. omnibus, C. de testi. nam etiam de iure non debet credi Regi, nec alicui Principi, nec Duci, si attestetur per eius iuramentum, vel litteras, aut priuilegium, quòd aliquis eius subditus, vel extraneus, fuerit sibi rebellis, vel proditor, & propterea quòd feudum, vel bona eius velit confiscari, And. de Iser. c. 1. in prin. ad fin. in tit. quo tempore miles, Dec. consilio. 410. in causa col. 2. num. 9. ver. tertio principaliter, & col. 3. num. 10. ver. quod Regi, Cardin. con. 128. aliàs con. 154. in quæstione quæ vertitur, Fel. c. cum a nobis col. 2. num. 3. ver. tertio no. de testi. Soc. con. 127. in præsenti vol. 2. & decretum antiquum Mediolani quo disponebatur esse credendum Duci Mediolani si assereret aliquem suum subditum, fuisse sibi rebellem, fuit declaratum per Senatum non valere, tamquàm decretum conditum contra ius Diuinum, vt in propria causa Duci crederetur cõtra naturalem æquitatem, & modestiam, vt in spetie dicit Illust. D. Aegidius Bossius Senator Mediolani in eius opere, & Illustris Dominus Io. Baptista Schitius etiam Senator optimus, & Dominii Mediolani Regens apud Sereniss. Phylippum regem Angliæ, Ducem Mediolani in eius consilio edito in fauoré Illustris D. Comitis Camilli Castellionei in casu duelli, & hoc idem sentit Dec. d. consi. 410. in causa col. 2. versi. tertio principaliter, & Cardin. d. consi. 128. aliàs 154. in quæstione quæ vertitur inter Andream, Fel. d. c. cum a nobis col. 2. num. 3.

*Tiraq. trac. de iud. in reb exig. fol. 17. uer. ex quibus.*

*Duci nõ creditur, Loannis in suo cõ. fol. 144. et 145. nec ẽt Imperatori. etc. ẽt in clausula motu proprio. Tho. Grã. Decis. 105. fallit in Papa, ut per Tho. Grã d. decis. 105. in fin.*

2. num. 3. versi. tertio no. de testi. & statutum, ac consuetudo quòd credatur biini scripturæ mercatoris pro se, non valet, ex quo esset statutum indiscretum, & cōsuetudo indiscreta inducens mercatorem ad confitiendum falsum, maximè si velit credi etiam in magnis quantitatibus; quia non valet statutum, nec consuetudo, vt credatur libris mercatoris in magnis quantitatibus Fel. c. sicut cōsuetudo col. 3. num. 8. vet. limita secundo de probat. Iasi. l. quedā § nūmularios col. 2. nu. 5. ver. limita prædictū ff. de edē. Ab. c. bone el. 2 ad ff. de post. prel. Bal. l. vnica col. 4. de conf Hypol sing. 458. liber, ibi & sub sunt, Iasi. & alii Mod. oēs in l. admonendi ff. de. iureiur. Curt. & Mod. in trac. de consuetudine, D. Io. Bap. Catialupus, & Mod. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. ergo multominus disponi potest per statutum, vt credatur damnum passo, vel accusatori, seu campario, vel saltuario, tam respectu personarum, vel animalium, quæ nam sint, quæ damnum fecerint, vel delictum commissent, quā respectu damni quod fuerit factum, & delicti quod fuerit commissum, & talia statuta non valerent, ex quo essent contra ius diuinum, canonicum, & ciuile, & contra naturalem æquitatem, vt dixi supra. Et istud nota contra statutum Ciuitatis Nouariæ sub Rubrica ne quis ingrediatur in alienam vineam, ortum, pratū, vel possessionem, quo cauetur credi debere iuramento accusatoris de introitu, & damno, & quantitate damni, & de dominio, & possessione rei de qua fiet accusatio; & in qua damnum datum fuerit, & similiter statutum ipsum vult credi campario, & illi ad quem vtilitas fructuum pertinet, & filiis eorum, maioribus annorum quatuordecim, iurantibus eis, vel altero eorum, & sic statutum ipsum vult credi iuramento vnius tantum, tam respectu personarum, seu animalium dantium damnum, quæ nam fuerint quæ illud dederint, quàm respectu damni dati, idest quód damnum fuerit datum, quàm etiā respectu quātitatis dāni, & dominij, ac possessionis rei in qua dānū datū dicatur; ergo statutū ipsum et si esset conditum ab Imperatore, vel alio supremo principe, superiorem non recognoscente; nō valet nec potest allegari; ergo multominus allegari poterit, vbi sit conditum solùm ab ipsa Ciuitate Nouariæ, licet sit comprehensa in pace Constantiæ, vel ab alia Ciuitate, prout est Ciuitas Papiæ quæ habet statutum vt credi debeat iuramento accusatoris respectu et personarum dantium damnum, ex quo est contra ius diuinum, quód credatur iuramento vnius tantùm, & istud nō potest disponi, nec statui etiā a supremo Principe, puta ab Imperatore, ex quo non potest tollere ius diuinum, Roman. d. sing. 707. au Papa, vel Imperator, vbi pro hoc allegat tex. in c. indicas hermanum. 3. q.

ix, vbi

ix. vbi Nicolaus Papa dicit nos vni parti ad discrimē alterius cre- dere proculdubio non possumus, & sequitur Fel. d. c. constitutus, & d. c. cum olim, & d. c. sicut, & certe non licet alicui Christiano, & minus crucis Christi inimico, vt causæ suę vnius tantum testimonio fidem imponat in alterius præiudicium, ex quo secundum ius diuinum in ore duorum, vel trium, & non vnius, stat omne verbum, ita dicit tex. in c. licet vniuersis de testi. per tex. numeri. 21. & Deut. 17. & S. Ioannis Euangelistæ cap. 8. & Dominus noster Iesus Christus Filius Dei viui verus Mundi Saluator, istud etiā disposuit, dum dixit, si peccauerit in te frater tuus adhibe tecum vnum, vel duos testes, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, vt habetur in sacro Euangelio Sancti Ioannis cap. 8. & S. Mathei cap. 18. & Sancti Lucæ cap. 17. & est tex. in d. c. in omni & numeri cap. 35. & Deut. cap. 17. & nulli dubium quòd in omnibus, & etiam in decisionibus causarum potest allegari ius diuinum, imo illud ius præferendum est aliis, cùm nulla lex valeat contra iùs diuinum, Abb. Panor. d. c. in omni col. 1. num. 1. versi. not. secundo per illum tex. de testi, c. sunt quidam 25. q. 1. & optime facit dictùm illud Christi omnipotentis, quare & vos transgredimini mandata dei, propter traditiones patrum vestrorum, Mathei cap. 15.

*Tiraq tract. de iud. in rebus exig. in prin. 4. A. Gell noc. att. lib. 14. c. ij. Ias. l. qui accusare, C. de edem.*

Sed saluando dictum statutum Ciuitatis Nouariæ, de quo dixi supra num. 763. versiculo & præmissa, & omnia alia statuta, vel decreta disponentia credi debere iuramento, vel libris mercatoris, vel damnum passi, vel accusatoris, seu creditoris, aut datiarij, vel saltuarii, seu camparij, vel alterius, dic quòd restringuntur ipsa statuta, & intelliguntur solùm vbi agitur de modico præiudicio, seu de summa, vel quantitate modica, vel non magna secundum qualitatem negotij, & personarum, quia tunc valent ipsa statuta etiam quòd disponant quòd credatur iuramento damnum passi, tam respectu damni, quàm eius extimationis, quàm etiam respectu personarum, seu animalium, quæ nam fuerint in spetie quæ damnum dederint, quàm etiam respectu aliorum, vbi tamē ipsa statuta expresse ita disponerent, prout disponit statutum vrbis Nouariæ, ac Papiæ, & in hoc ponderanda sunt verba statutorum quæ in paruis quātitatibus valent, cùm non sit verisimile aliquem velle iurare falsum in modicis quantitatibus, vel summis, vel vbi tractatur de modico partis iurantis commodo, & modico partis contra quam iuratur incommodo, nam tunc credi deberet ipsi iuramento, vel libris, prout statuta, & decreta dicent, & vbi simpliciter, & indistinctè statuta, ac decreta loquerentur credi debere iuramento præmissorum deberent restringi quo ad quantitatem summam, & 763

*Tho. Gram. d cis. 67. ex o ta col. pen. uer. quo uero ad quartum. Tiraq. tract. de iud. in rebus exig. fol. 27. uer. ex quibus.*

causam

causam modicam, seu non magnam, non autem intelligi quò ad summam magnam, quia tunc non valerent ipsa statuta, ac decreta tamquam indiscreta, & sine ratione, & contra ius diuinū, maximè cum inducerent ad delinquendum, Fel.d.c. sicut consuetudo col.3.num.8.versi.limita secundo de probat. Bal. l. vnica circa prin.C.de confe.Abb.in c.bone el.2.col.fin.de postul.prælat.Catialupus, & Mod.in l.cunctos populos C.de Sum.Trin.sic etiam videmusquòd licet sit statutum de iure dinino quòd habenti vnum testem pro se credatur cum eius iuramento in suplementum probationis iuxta verbum Domini si peccauerit in te frater tuus &c.adhibe tecum vnum, vel duos testes, &c. vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, & sic computatur dictum partis actoris, vel accusatoris pro vno teste, & cum alio plene probat, vt habetur numeri 35. & Denter.17. & apud S. Ioannem Euangelistam cap. 8. tex. vbi Abb.in c.in omni negotio de testi.l.admonendi vbi Bart.numero 57. versiculo idem aduerte quòd, A 30 ff. de iureinr. tamen omnia iura, ac leges omnes, quibus disponitur quòd credatur habenti vnum testem pro se, vel habenti aliam semiplenam probationē pro se cum iuramento in suplementum probationis, intelliguntur in paruis, non autem in magnis causis, nec in magnis quantitatibus etiam ciuilibus, ad similitudinem causarum criminalium, in quibus non potest iurari in suplementum etiam per habentem vnū testem, vel aliam semiplenam probationem, & secundum qualitatem personarum, dicetur causa magna, vel parua.l.admonendi vbi glo.ver.exacto in fi.& ibi Bar.num.53.versi. item dicit glo. non recurritur ad delationem, & num.54.ver.sed est aduertendum, & nu. 57.ver.hoc præmisso, ibi item aduerte, & ibi Ias.D.Cato Saccus, D. Fran.Curtius, & alij ff. de iureiur. Credo tamen quòd vbi ageretur solùm de contentione possessionis etiam magnę rei, & non de eius proprietatę, quòd non esset magna causa, & posset iurari in suplementum, vel in litem ad formam iuris communis, seu statutorum, Bart.d.l.admonendi num.55.ver.aduerte hoc ff.de iureiur. & item si causa sit magni ponderis, tamen si illud super quo vertitur causæ dubietas, non facit magnum præiuditium veritati, quia remanet saluum ius parti contra quam iuratur ad probandum si habet iustitiam, poterit iurari, non attento quòd causa dicatur magna, exempla vide per Bar.& Doct.in d.l. admonendi vbi Bart. nu. 56. versi. item est aduertendum, & vide tex.& Doc.in c. ex insinuatione de procur.

764 Tertio limita istā l.si.qñ C.vnde vi, & d.c.si.φ me.cau, & totū tit. ff.& C.de in lit.iur.& oīa alia iura cōmunia, ac statutā volētia cre-

di

di iuramēto in litē ꝓstādo ꝑ passū dānū, vel violētiā, aut furtū, vel aliud malefitiū, seu per dolū malū passū, vel disponētia aliquē posse in litē iurare, vt procedāt contra dolosū; seu cōtra dolo malo aliquid facietē, seu in dolo malo existētē, secus contra existētē in culpa leui, seu leuissima ac etiā lata, quia ēt ob culpā latā nō potest iurari in litē, cū ob dolū malū dūtaxat possit iurari in litē, adeo ꝙ ēt lata culpa nō sufficit, & est com. op. tex. in l. in actionibus ver. ob dolum, & ver. non ob culpam & ibi glo. & Bar. col. 1. num. 1. versi. venio, ac Alex. & Iaf. ff. de in lit. iur. & hæc est com. op. vt dicit Dec. in d. l. in actionibus num. 17. ver. in glo. culpam, & sicuti iura communia dantia facultatem alicui iurandi in litem contra alium, intelliguntur ratione doli mali, adeo quòd etiam culpa lata nō sufficit, tex. in d. l. in actionibus, & ibi glo. & Doc. sic etiam statuta volentia credi iuramento damnum passi, vel iuramento passi violentiam, vel iuramento alterius intelliguntur contra dolosum, & non contra eum qui non in dolo malo, sed in culpa etiam lata fuerit, quia ob ipsam latam culpā non poterit iurari nisi aderit dolus malus, Dec. con. 83. in causa col. 2. versi. tertio respondetur, ibi & ita etiam dicendum, & ver. ita ergo. Ang. l. 1. circa fin. versiculo vlterius quæro ff. de legib. facit l. 2. & ibi Bal. & Doc. C. de noxal. act. & glo. in l. sciendum vbi glo. versiculo non compelli, ibi secundo an sit hodie, vbi Alex. & alii ff. qui satisd. cog. & regulariter in omni raptore, seu damnum dante, & in omni turbatore præsumitur, & dicitur esse dolus verus, cum ista sint de genere prohibitorum, tex. in l. fi. C. vnde vi, Bal. con. 119. statuto col. pen. versi. sed contra hoc vol. 2. & in omni violentia etiam dicitur, & præsumitur adesse dolus verus, Alex. consi. 103. videtur col. 2. numero 8. ver. nam eo ipso vol. 1. l. 2. §. doli ff. vi bo. rap. Dolus verus etiam dicetur in omni clandestinitate glo. Bal. & Doct. in l. 1. C. de interd. mat. Hęc tamē limita ex his quæ dixi supra. nu. 735. ver. fallit tñ, & nu. 736. ver. secundo fallit, & nu. 737. ver. tertio fallit.

Sic etiam leges omnes, & canones, ac statuta, & decreta Mediolani sub rub. de pœnis §. homicida, & sub rub. de iure & priuilegio fisci §. omnium, & omnia alia iura, ac statuta quæ prò homicidio, vel falso, vel alio crimine, seu damno dato ponunt pœnam mortis, aut mutilationis membri, vel aliam pœnam, corpolarem, aut confiscationem bonorum, vel pœnam dupli, vel tripli, aut quadrupli intelliguntur vbi delicta ipsa homicidij, aut falsi, seu alterius delicti, aut damni, fuissent facta dolo malo, adeo quòd cessante ipso dolo malo etiam si adesset culpa lata, non posset imponi pœna mortis, nec mutilationis membris, neç alia pœna corporalis, nec bonorū confiscatio,

765 *Iaf. l. nō dubiū num. 37. ver. itē adde C. de legibus. Bologn. cō. 36. col. 4. ver. itaq; remanet.*

confiscatio, nec pœna dupli, tripli, nec quadrupli, sed alia pœna mitior, & extraordinaria, ac arbitratia, pro modo culpæ deberet imponi, Dec. consi. 83. in causa col. 2. ver. tertio respondetur, Bart. l. r. ff. si quis test. lib esse iussus fu. Ang. de Ca. inter con. Cepollæ in cõ. 37. visa num. 4. & 5. & 6. cum seq. & con. 38. postulato Ias. d. l. in actionibus col. 5. num. 26. in d. ver. teneas intrepidè, & num. 29. vers. vltimo adde, & ibi Dec. col. 7. nu. 10. ver. & ex eo ꝙ dictũ est, vbi dicit ꝙ hæc est com. op. ff. de in lit. iur. tex. in l. 1. §. diuus, & in l. lege cornelia §. cũ qdã, & in l. in lege cornelia ff. ad leg. cor. de sicar. & in l. nec exẽplũ. C. de fal. Pau. de Ca. consi. 277. in causa incarceratorum vol. 2. l. fin. vbi Bal. & Doct. ff. quod quisq; iur. Pau de Ca. l. 1. C. vbi sen. vel clar. Dec. con. ix diuino implorato præsidio, & pro tenui facultate num. 2. & con. 234. in effectu nu. 7. ver. & eodem modo.

766 Fallit in actione tutelæ, ac curæ in qua poterit iurari in litem nõ solum ob dolum malum, verum etiam ob culpam latam, vel leuem, tex. vbi glo. Sal. & alii in l. alio iure. C. de in lit. iur. glo. & Doc. d. l. in actionibus, ergo cum ecclesia, & respublica, siue vniuersitas ciuitatis, vel opidi, & hospitale gaudeant priuilegiis minorũ c. 1. & c. auditis de in integ. rest. l. orphanotrophos in prin. vbi tex. Bal. & Doc. C. de Epis. & cler. l. respublica. C. ex quib. cau. ma. glo. l. 3. C. quan. ex fac. tut. D. Nic. Euerardus in loco 31. ibi locus a minoribus, & in loco. 28. ibi locus a pupillo, & cum dos, & pia causa æquiparẽtur Nic. Euerardus in loco. 25. ibi locus a dote, tex. in §. donare qualiter feu. olim. poc. al. l. cum is §. si mulier ff de cond. ind. sequitur quòd fauore ecclesię reipublicę ciuitatis, vel opidi, hospitalium, dotis, & piæ causæ quòd poterit iurari in litem ob culpam leuem, vel latam, et si non adesset dolus malus d. l. alio iure C. de in li. iur. iuncta l. 1. ff. de leg. 1. cum ibi not. per Mod.

767 Fallit secundo quotiescunq; statuta expresse dicerent posse iurari in litem pro damno, vel alio delicto, culpa commisso, aut facto, vel pro damno, aut delicto quomodocunq; facto, quia tunc sufficit culpa etiam si non sit dolus ad iurandum in litem, Ias. d. l. in actionibus numero 30. versi. secundo limita, ff de in lit. iur.

768 Quarto limita istam l. si quando. C. vnde vi, & d. c. si. quod me ca. & totum tit. ff. & C. de in lit. iur. & omnia iura, ac statuta, & decreta volentia aliquem posse iurare in litem, vel disponentia quòd credatur iuramento damnum passi, vel alterius, procedere quando ageretur contra illum qui verè, vel præsumptiuè deliquit, vel fuit dolosus, aut contumax, aut morosus dolosus, vel in clandestinitate, secus si ageretur contra alium tertium non dolosum, & non delinquentem qui teneretur pro doloso, vel delinquente ex forma iuris

communis,

communis, aut statutorum, puta contra villam, seu vniuersitatem pro delicto commisso in eius territorio, vel contra Dominum pro famulo, seu patrem pro filio, quia tunc contra ipsum tertium non dolosum, licet teneatur pro doloso, non potest iurari in litem, nec aliquid ex iuramento probari, sed debent, testibus, aut instrumentis omnia probari, etiam respectu quantitatis, & extimationis rerum, & interesse, ac aliorum, & hæc est com. op. Ias. hic in hac l. si quando num. 37. ver. successiue pro intellectu, & num. 43. ver. retenta communi, & ibi Cyn. Bar. Alb. Bal. Sal. & alii. C. vnd. vi, Cor. consi. 113. viso vol. 1. D. Fran. Curtius in d. l. admonendi num. 215. in fin. & ibi D. Cato Saccus num. 54. vers. nota casum ibi secundo limita, & D. Iac. Petri de Ptholomeis numero 290. ibi secundo quando & ibi alij Doc. ff. de iureiur. Io. And. in addit. spec. in tit. de fruc. & interesse, & in tit. de raptor. Hypol. sing. 338. extant statuta, Dec. d. consi. 83. in causa col. 2. & in rub. de probat. col. 14. & con. 410. in causa col. 3. ver. quarto principaliter, Craueta consi. 196. & si abunde in fin. Bart. l. ne quid ff. incen. ru. nauf. & in l. 1. ff. fur. aduer. nau. caup. stab. Ias. d. l. in actionibus col. 7. versi. septimo requiritur vbi Dec. & alii ff. de in lit. iur. Ang. & Doct. auct. si quis in aliquo. C. de eden. Bart. post Din. in l. 1. ff. quan. ex fac. tut. & in l. semper §. fin. ff. quod vi aut clam, Bal. l. 1. §. conuenticulam de pac. iur. fir. & istam esse communem op. dicit Parisius consi. 158. si ius commune col. pen. numero 28. vol. 4. Barbac. con. 76. sapienter col. 5. in fi. vol. 4. Cepol. consi. 18. statutum numero. 24. in fi. col. 5. ver. aut damnum passus, Hypol. de Marsil. in l. 1. col. 2. versi. vlterius scias ff. de quæst. & consilio 331. in causa. c. fi. vbi Abb. & alii Doct. ex. de his quæ vi metusué cau. fi.

Hinc infertur ex præmissis quòd contra fideiussorem tutoris, & 769
curatoris qui non fecit inuentarium, vel alio modo fuit dolosus, & contra fideiussorem alterius, quòd non potest iurari in litem ex dolo principalis, licet posset iurari in litem contra principalem tutorem, vel alium principalem pro quo fuit datus fideiussor, Pau. de Ca. consi. 124. in causa quæ vertitur coram Domino Potestate Ciuitatis Aretii col. fin. vol. 1. tex. vbi Doct. in l. 1. ff. de in lit. iur. l. fin. vbi glo. ver. magno, Bart. & Doc. ff. de fideius. l. 3. vbi glo. ver. item quid si per iusiurandum in litem, & ibi Doct. ff. qui satisd. cog. & sentit Magn. D. Aegidius Bossius in titul. de rapinis sic etiam decretum Mediolani sub Rubrica de prohibitis, & concessis exequutionibus, & omne aliud simile statutum disponens quòd coloni, fictabiles, & similes possint carceri emancipari non habet locum in eorum fideiussoribus etiam si constituerent se principales debitores, & sic nó possunt fideiussores ipsorum detineri, ex quo fideiussores, nec taci-

te,nec expresse possunt se obligare ad pœnam corporalem, nec ad carceres qualitercũq; fuerint fideiussores etiam si fideiussissent de soluendo,aut repræsentando,& etiam quòd se principales debitores constituerent,Anchar. Io. de Imol. Abb.& alii in Rub.ex. de fideiuss.Alex.l.si quis,& in l.4.vbi Bart.& Alex.ff.de cust. re. Bal.l. 1. C.ne fid.do.den.& in l.pen.C.de pac.& toto titulo C.de noxal. act. Fel.c.contingit de sen. excom. Aret.l.si quis post in fi.de testam.Io. Bertac. in Repert. versi. fideiussor in criminalibus ibi fideiussor ad pœnam corporalem,& ver.fideiussor qualiter ibi fideiussor ad pœnam corporalem,Bal.tit.de pac.const.§.damna in fi.per glo.& Doc. in c.cum homo.23.q.5.Ang.trac.mal.ver.fideiussit,fa.l.liber homo ff.ad leg.aquil.& ita declarauit Illustriss.& Excellentiss. Senatus Mediolani de iure verum esse.

770 Fallit in fideiussore qui promisit de iudicato soluendo, vel in omnem euentum,quia cõtra talem fideiussorem iurari posset in litem ex dolo eius principalis, vel ex dolo,aut contumatia,seu fuga. vel fraude eius principalis, & ex tali iuramento fideiussor teneretur ad pœnam pecuniariam, sortem pecuniariam, & ad interesse, damna,& expensas, & alia,probanda,& declaranda ex ipso solo iuramento in litem contra eum præstando ex dolo eius principalis; non autem teneretur ad pœnam corporalem,nec ad carceres & ita est de iure,vt inquit Ill.D.Aegidius Bossius in tit.de rapinis, & violentiis,vbi dicit ita fuisse declaratum per Senatum in causa sindicatus prætoris Comensis ex cuius fuga fuerunt condemnati eius fideiussores,ex solo iuramento in litem contra eos præstito per querelantes,ex quo fideiusserant de iudicato soluendo, vel in omnem euentum,Bart.l. quæro in prin.ff. locati Io. Bertac. in reper. versi. fideiussor qualiter ibi fideiussor non obligatur in plus, & versi. fideiussor datus,& ver.fideiussor in criminalibus ibi fideiussor non tenetur ad quartum plus, Bart.Alex.& alii post glo. in l. 3. ff. qui sati sd.cog.per illum tex.fal. l. iudicatum solui stipulatio ff. iud.sol.

771 Secundo fallit quando quis vellet iurare in litem contra fideiussorem non ex dolo principalis; sed ex dolo proprio fideiussoris quia posset contra eum tunc in litem iurari d.l.is qui, & d.l.alio iure vbi glo.ver.dolo.C.de in lit.iuran.

772 Infero etiam ex his quæ dixi supra num.768. ver.quarto limita, quòd ista.l.si quando,& omnia iura volentia posse in litem iurari,& totus titulus ff.& C.de in lit.iurã.& omnia statuta,ac decreta Mundi quibus caueatur credi debere iuramento damnum passi,vel creditoris,aut Domini,vel alterius contra damnum dantem,vel tutorem, seu curatorem,vel alium,vt procedant contra ipsos principales,

les,non autem contra eorum heredes, quia contra heredes non potest iurari in lité prout posset cótra principales,tex.in l.alio iure,& in l.is qui,& in l.fi.& ibi Doc.C.de in lit.iur.& in l.pé. §.fi.in fi.ff. ne quis eû qui in ius voc. est vi exi. vbi Bar.Pau.de Ca.Alex.& alii.per Bar.Ias.& alios in l.admonendi ff.de iureiur.Bart.d.l.in actionibus col.2.num.2 1.ver.2.quæro ff.de in lit.iur.D.Ant.Capitius deci.91. in causa honorabilium num.2.Steph.Bertrand.consi.291.visis in fi. vol.tertio.

Et cum non possit iurari in litem contra heredem ex dolo defuncti,ergo non poterit etiam in litem iurari contra tertios bonorum possessores vniuersales,vel singulares bonorum tutoris vel curatoris,vel alterius dolosi contra quem posset in litem iurari ex dolo tutoris,aut curatoris,vel alterius principalis debitoris,aut dolo si cuius fuissent bona,& si contra principales debitores dolosos,vel alios dolosos esset iuratum in litem hoc iuramentum non nocebit, nec probabit aliquid contra tertios bonorum possessores D. Antonius Capitius d.Decis. 91. in causa honorabilium nu.2.Bertran.d. con.291.visis in fi.vol.3.tex.in l.alio iure,& in l.is qui,& in l.fi. C.de in lit.iuran.cum ibi not.per Doct.Paul.de Cast.d.cons.124.in causa quæ vertitur coram Domino Potestate Ciuitatis Aretij,col. fi.volum.1.& in simili videmus quòd si bona defuncti sunt obligata,non tamen sunt obligata bona heredis, etiam quòd ex bonis hereditarijs per heredem bona fuissent acquisita, & est communis opinio, Alexan.cons.74.viso titulo colum.2.ibi quo casu volum.5.tex.in l. paulus respondet generalem ff.de pignor. 773

Fallit quando defunctus dolum commisisset, in faciendo, vel in omittendo,vel ob culpá, in casibus quibus ob culpam posset iurari in litem,& lis fuisset contestata contra defunctum,vel aliquid factû propter quod haberetur lis pro contestata, tunc in actionibus bonæ fidei vbi dolus, vel culpa fuit commissus, vel commissa per defunctum ante litem contestatam in casibus quibus iuratur etiam ob culpam poterit iurari in litem contra heredem, tex. & ibi Doc. in l.alio iure.C.de in lit.iuran.Bart.d.l.in actionibus colum.penul. nu.21.ver.secundo quero,& ibi Ias. nu. 38. versi. tertio & vltimo,& Alex.ac Aret.num.18.& alij ff.de in lit.iur.l.arbitrio §.1.vbi not.ff. de dol.l.1.cum ibi not.per Bart.ff.de pri.del.& l.1.C.ne ex del. def. & ibi Bart.l.pen.cum ibi not.C.de in lit.iur.si vero ponas dolum esse commissum post litem in actionibus bonæ fidei contestatam non poterit iurari in litem,arg.l.eius qui delatorem ff.de iur.fis.Bart.d. ver.secundo quæro,sed teste Iasone potest iurari in litem in actionibus bonæ fidei etiam pro dolo commisso post litem contestatam 774

vbi contra defunctum fuit actum aliquid pro dolo post litem cōtestatam cōmisso, ita quòd lis habetur pro contestata, Iaſ.d. verſ.tertio & vltimo, & ita ego teneo cū Iaſone, ſi vero loquamur in actionibus ſtricti iuris arbitratiis, tunc reo defuncto etiam post litem conteſtatam ante tamen ſententiam, non poteſt iurari ex defuncti dolo contra heredem, ratio quia non eſt commiſſus dolus, qui dat Iudici arbitrium in deferendo iſtud iuramentum ex quo committitur ſolùm in non parendo Iudici, vel faciendo quominus parere poſſit in actionibus ſtricti iuris arbitrariis, vt fuit ſuperius dictum, Bart.d. verſi.ſecundo quæro, ſed ex dolo proprio heredis per eundem heredem commiſſo in non parendo Iudici etiam in actionibus ſtricti iuris arbitrarijs poſſet iurari, vt dixi infra num.775. ver. fallit ſecundo propter generalitatem l. qui reſtituere vbi tex. glo. Ang.& Doc.ff.de rei vend.& facit tex.in d.l.pen.C.de in lit.iur.

Fallit ſecundo quando quis vellet iurare contra heredem, non
775 ex dolo defuncti, ſed heredis, quia tunc poſſet contra eum iurari in litem, ſiue eſſet heres, ſine benefitio legis, & inuentarij, ſiue eſſet heres cum benefitio legis, & inuentarij l.1s qui, & in l.alio iure, vbi glo.& Doc.C.de in lit.iur.& fa.no.per Bal.in l.fin.§.& ſi præfatam. C.de iur.delib.& per D.Auguſt.Beroū quem Bononiæ audiui in iure canonico in q.57.incip.ſtatuto col.pen.num.4.ver.prædictis, tamen,& per Ang.con.31.Dominus Phylippus col.pen. circa fin. per Aret.con.148.in q.propoſita col.pen.in fi.per Dec.conſilio 137.diuino implorato preſidio,& diligenter pro tenui num.4. col.3.ver. & iſta concluſio comprobatur,& con.496.in cauſa num.11.col.pen, fa.l.2.§.fui autem ver.non ſolum de hered. vel.act.vend,

776 Quinto limita iſtam.l.ſi quando C.vnd.vi,& d.c.fin. quòd me.ca, & totum tit.ff.& C.de in lit.iur.& omnia iura communia, ac ſtatuta,& decreta quibus caueretur credi iuramento damnum paſſi, vel creditoris, ſeu camparij, vel ſaltuarii, aut alterius officialis, vel alterius cuiuſlibet, vt procedant niſi pars accuſata, vel conuenta vellet probare contrarium,& probaret contrarium, nam lex, vel ſtatutum volens credi iuramento alicuius intelligitur niſi probetur cōtrarium,& poſſet ſemper probari contrarium niſi ſtatutum expreſſe diceret quòd non poſſet probari contrarium, vel procedit vlterius, vel quòd iuramentum eſſet pro pleniſſima, vel omnimoda probatione, Hypol.ſing.357.extant, Bal.& Sal.l.1.C.de reb. cre.col.1.ver.no.tamen, Fel in c.paſtoralis col.12.de excep.& in c. propoſuiſti de prob.& in c.paſtoralis vbi Dec.de excep.& c.4. col. 11.cum ſeq.de prob. Alex.conſilio 114.in cauſa & lite col.2.vol.4. & in l.qui bona §.qui damni ff.de dam.infec. Cotta memor,

ver,

ver. damnum,& ver. statuto, Alber. in 2. par. stat. q. 15. Ang. l. qui restituere co. 2. ff. de rei. ven. & in l. qui vas per illũ tex. ff. de fur. Bar. l. 2. §. si a pupillo circa fi. de vsucap. pro emp. & in l. si potest col. pen. ff. de acq. her. Roman. con. 102. super eo. Bal. l. 1. C. de re iud. & in l. 1. C. si aduer. lib. Ang. auct. de exhib. reis, Abb. & Dec. c. proposuisti de proba. Dec. con. 83. in causa, circa prin. Bal. c. 1. col. 1. si de inuest. inter dom. & vas. lis oria. Innoc. in c. propter de ellec. Cepol. cau. 167. multa, Ias. in hac. l. si quando col. 4. versi. limita tamen. C. vnd. vi, & in l. 2. §. si absens col. 1. & ibi glo. versi. vel iuditio ad quid, vbi Pau. de Ca. Soc. num. 10. & alij ff. si ex noxal. ca. ag. Ias. in §. sed iste col. 24. inst. de act. Ripa. d. l. admonendi num. 69. in fi. ver. tertio mouetur, ff. de iur. Abb. c. proposuisti vbi Fel. num. 10. de prob. Soc. con. 194. subtiliter, col. 1. & 2. vol. 2. tex. cum glo. & ibi Abb. in c. continebatur de despon. impub.

*Tiraq. de re tract. fol. 139. n. 30. Alex. con. 47. n. 3. uol. 6.*

Probatur autem contrarium primo adducendo iudicẽ ad locũ legati damni, quo inspecto non apparet dãnũ datũ, nã, tũc et si fuisset iuratũ absoluitur accusatus, Bal. l. cõtra negantem in fin. C. ad leg. aqui. Ias. l. nõ erit. §. data, quã legit cũ l. 3. §. iurari in 3. no. & in l. cũ qui §. in popularibus nu. 6. & 7. ff. de iureiur, D. Steph. de Federicis patritius Brixiæ in trac. de interpretatione legum in 2. par. prin. ver. item si statuto, Cotta in mem. ver. damnum, & versi. statuto. l. admonendi vbi Laf. de Oria. num. 21. ver. ego addo ff. de iur. nã probatio quæ fit per rei euidentiam oculorum nunquam intelligitur exclusa a lege, nec statuto etiam quòd alias sit exclusa alia probatio, & probatio quæ fit per inspectioné loci præfertur quibuscunq; alijs probationibus, Azo in sũma. C. ad leg. aquil. col. ante pen. & in rub. C. de prob. col. 1. vbi Bal. & alij, Alex. cos. 186. visis col. pen. ad fi. vol. 2. Cepol. cau. 16. alias. 104. multa, Ias. d. §. in populari-bus col. 3. nu. 7. ver. clarũ & nũ. 8. Fran. Cur. in rep. l. admonendi col. 39. ver. prosequor doctrinam, & ibi Ias. col. 17. versi. ex suprascripta, & Laf. de Oria. d. versiculo ego addo, & alii Doct. ff. de iureiur. Alex. l. 1. col. 4. ver. & ex his infertur. C. vt que des. adu. Nellus in tra. bãni orũ in 2. par. 2. tẽp. q. 52. col. 2. circa fin. Ang. in d. l. qui bona §. qui dãna ff. de da. inf. & omnis probatio vincitur si aspectus in contrariũ testificatur. Bal. l. Deo nobis col. 1. ver. vlterius nõ, C. de epis. & cler. & in l. 2. C. si aduer. lib. & in l. 1. C. de re iud. per glo. in c. quod autẽ interogasti in glo. magna. 27. q. 1. & ẽt publicatis testibus põt fieri probatio per euidẽtiam loci, Soc. c. fraternitatis num. 73. ver. 38. de test. & in tra. fallen. versi. testes publicatis ibi. 19. 777

*Imo etiam statutũ uult esse p̃ exclusionem probationem ponit est probari contrarium sum etiam si contra scripturam dicat in ore duorum stet omne uerbum, & potest probari contrarium, p. l. d. c. proposuisti.*

Secundò probatur contrarium scilicet damnum non esse datum, vel delictum per accusatũ nõ cõmisũ, si accusatus probet quod tota illa die qua dãnũ, vel delictũ dicitur cõmissum fuit absẽs a loco dãni 778

dati, vel delicti cōmissi probādo negatiuam coarctatam loco, & tēpore, vel probaret per custodes, vel alios qui fuerunt præsentes in ipso loco dāni dati, aut delicti cōmissi q nō fuit visus damnū dare: nec delictū cōmittere, nec potuisset dare q̄n testes vidissent, ex quo semper fuerunt præsentes, & nō viderūt, tex. in l. optimam. C. de cō. & cōt. stip. Bal. l. 1. C. de re iu. Ias. l. 11. §. si quis in fi. ff. de eo q cer. lo & in l. 2. §. si absens super glo. 1. ff. si ex nox. ca. agat. Cotta mem. ver. statuto, nam lȝ positiones vbi eis nō respōdeatur habentur pro cōfessis ex forma iuris cōis, vel statutorū, ſi pōt probari contrariū per illū qui habetur pro cōfesso ēt cōtra latā sentētiā vigore positionū quę sint habitæ pro cōfessis, Alci. trac. pres. in regū. 1 1 1. pres. in pf. 2 2. ibi 5. facit, Ant. in c. fi. de cōf. arg. glo. in c. ex tuar de purg. ca. Are. cō. 1 47. visa, Imol. l. creditor. §. iussus ff. de appe. Ias. l. 2. num. 6. ver. & ex isto tex. habes, ibi sic in simili. C. q test. fa. pos. Cur. tra. de pos. nū. 1 5 ver. 4. fall. Rō. cō. 391. vt prepo. nū. 4. & statutū, ac lex quòd credatur iuramēto alicuius intelligitur semper in subsidiū, & in defectum probationum, Sal. l. 1. col. 1. ver. vnum non omitto. C. de reb. cred not. in c. statutum §. sed etiam in duobus de rescrip. in 6.

779 Et in tantum hoc procedit, quòd nō obstāte lege, vel statuto quibus caueatur aliquē posse in litem iurare, vel credi debere iuramento alicuius etiam in odium, & contumatiam alterius, quòd etiam quòd esset facta taxatio a iudice, & ab eo delatum iuramentum, & per eum vigore talis iuramenti in litem præstiti, fuisset lata sententia, quòd posset nihilominus contra ipsam taxationem, & contra ipsum iuramentum, & contra ipsam sententiam latam vigore iuramenti cum non transeat in rem iudicatam, probari contrariū, & hæc est magis com. op. & op. magis æqua quæ etiam ita seruatur. l. admonendi vbi D. Cato Saccus num. 47. versi. & dicit, & ibi Fulg. Roman. Curtius Senior num. 2 1 7. ver. vnū & Ripa col. 15. num. 69. ver. sed stat dubitatio in fi. vbi dicit q hæc est magis cō. op. ff. de iur. Mod. in apostil. ad prac. Vberti de Bonacurso in tit. de peremp. excep. in apostil. ver. a lege, Innoc. Io. de Imo. & Abb. in d. c. fin. quod mer. ca. Fel. in c. proposuisti col. 11. de prob. per tex. in l. videamus §. pen. & §. fin. & in l. fi. ff. de in lit. iur. & per tex. in c. continebatur, & in c. attestationes de desp. imp. iuncto c. proposuisti de pro. glo. in c. 2. versi. affectata de temp. ord. lib 6. vbi Io. And. Gem. & Imo. nam licet expensæ litis probentur iuramento, tamen probando cōtrariū retractatur iuramentū, Innoc. c. super eo ad fi. q me. ca. D. Cato Saccus d. ver. & dicit. Ripa. d. ver. sed stat dubitatio, & ita teneo per iura præmissa, licet Bar. in d. l. admonendi, & ibi Alex. & Ias. velint sentētiam ipsam nō posse retractari per instrumenta de nouo reperta, & Ias. ibi dicat quòd hæc est com. op. sed tu non recedas a prima op.

quæ est magis com.

Sexto limita istam l.si quando.C.vnde vi, & totum titulum ff. & 780
C.de in litem iurando,& omnia iura,ac statuta volentia credi iuramento damnum passi,vel alterius,vt non procedat contra fabros, laboratores,operarios,accusatos, nec contra alios accusatos, qui nomine alieno conducti,prece vel pretio,aut alio modo,laborarũt, vel damnum dederunt,puta incidendo ligna,vel alia facienndo nomine alieno,in re alterius,nam tales nominando nomina de quorũ mandato id fecerunt,vbi mandatũ per eos allegatum probauerint, vel nominati per operarios confessi fuerint se dedisse ipsum mandatum,excusãtur,& non potest contra eos iurari in litem,nec aliud præstari iuramentum,nec possunt tales accusari,sed excusantur ob mandatum eis datum ad ita fatiendum,adeo quòd nec de dãno dato,nec de possessione turbata tenentur etiã ꝙ possessio fuisset tenta per alium quàm per mandãtem,ex quo ipsi operarij,& laboratores excusantur propter ignorantiam ex quo poterat credere quòd bona posiderentur per illum qui eos conduxit,vel quia eos conducẽs ita dicebat,vel ab alijs dicebatur,vel ita ipsi credebãt, Sed tũc erit agendum contra mandantem,vel conducentem eos,& contra eum iurandum vbi sic mandando, vel conducendo fuerit in dolo,glo. l. in rem §.tignum ff.de rei vẽd.vbi etiam Bar.& Ang.per Bal.cõ.467. statuto communis Papiæ vol.3.& con.504.casus vol.1. Fel. con. 23. visa col.fi.ver.secundo loco,& con. 24.circa causam, & hæc est op. com. quæ tenetur ab omnibus,Ias.l.de pupillo §.nõtiationem col. 3.nu.7.ver.ext.glo.vbi etiam Io.de Imo.ff.de op.nõ.nonc. Io. Petr. de Ferrarijs in for.lib.pro turb.poss.in glo.§.animo & intẽtione turbandi num.3.ver.ex quibus Iaf. Laf.conclus.91. incip. laboratores, Corn.con.205.videtur.vol.2.Alb.de Ros.in l.si quis id quòd col. fi. vbi alij Doc.ff.de iur.om iud.Et istud procedit in omnibus laboratoribns,& operarijs conductis etiam ab alijs qui nõ sunt eorũm domini,quia excusantur vt contra eos non posfit iurari in litem, nec agi de dãno dato,nec de possessione turbata vbi probabiliter ignorabant mandatum eis datum fuisse iniustum,sed tunc multo magis excusantur vbi fuissent conducti ab eorũ patre, vel domino,l.velle vbi Dec.& alii ff.de reg.iur. Fel.d.cõ.23.visa & d.cõ.24.circa, in iuditiis enim etiã possessoriis locũ habet nominatio ad liberãdũ nominanté a iuditio,& est cõ.op.Soc.l.ré quę nobis nũ.11.in.x.q.ff.de acq.pos.Afflic.decis.217.fuit dubitatum c.quoniam frequenter §. in aliis vbi Abb.Imol.Soc.& alii vt lit. non contest.Sed præmissa limitantur prout infra.

Barb. con. 77.col.pen. vol.4.

Primo limitantur non procedere vbi laboratores,& operarli,& 781

alij nominantes côuenirētur ex proprio eorum delicto puta ꝙ ipsi verberassent vel vulneranssent, aut per vim spoliassent, aut turbassent, vel per vim fecissent ea quæ fecerunt, nã tũc nõ excusantur dicendo ꝙ fecerunt cõducti de mãdato alterius, nec excusantur per nominationẽ & est com. op. Afflic. decis. 217. fuit dubitatum Alex. con. 36. visis vol. 1. Soc. d. l. rem que nobis num. 21. vers. circa decimã ff. de acq. pos. Io. Bertac. in reper. versi. laboratores. c. quoniam §. ꝙ si super, & §. in altis vbi D. Ant. de But. Abb. Io. de Imo. Mar. Soc. & alii ex. vt lit non cont. Soc. Iun. consi. 18. viso num. 33. vol. 2. l. 1. §. deiecisse, & §. quoties verus ff. de vi & vi arm.

782 Secundo limitatur non procedere vbi operariis, vel laboratoribus fuisset facta protestatio, vel inhibitio, nam si post protestationem, vel inhibitionem eis factam ea spreta laborauerint ipsi operarij, ac operarij tenebũtur de damno dato, & possessione turbata, & de rebus ablatis, & contra eos posset iurari in litem, nec excusarentur sub prætextu quòd fuerint conducti, vel quòd fecerint de mandato alterius, Ias. d. §. nontiationem versi. extra glo. vbi Io. de Im. & Roma. per Ang. in §. quibus col. 4. vt omnes obed. iud. prouin. Ang. d. §. tignum arg. l. si fundũ C. de rei vend. & l. qui restituere ff. de rei vend. Alex. consilio 36. visis his col. 11. vol. 1. Ripa. c. decernimus col. 12. num. 41. ver. primo secundum in fi. de iud. & accusatio. ac libellus contra laboratores non valeret, & accusati deberent absolui nisi in ea, vel in eo diceretur quòd laborarunt post inhibitionem, vel protestationem eis factam & ita probaretur per testes, vel acta, & aliter quàm per iuramentum accusatoris, vel actoris, Fel. d. con. 24. circa causam col. 2. ver. præterea Bart. in fi. ibi & si diceretur, & hoc intellige in protestatione iuditiali, aut in inhibitione iuditiali, vel in nonciatione noui operis, vel etiam in protestatione extraiuditiali facta per partem antequàm operarii locassent operas suas, sed post locationem operarum protestatio, seu denõtiatio extraiuditialis facta operariis non constituit illos in mala fide nisi iura eis demonstrarentur ex quo non tenentur credere protestanti vbi operarii fecissent, aut facerent actũ permissum, & licitũ qui nõ esset de genere prohibitorũ, & vbi nõ aparet, an esset facta protestatio ante, vel post locationẽ operarũ, præsumitur in dubio locatio, siue conductio operarum præcessisse, Soc. con. 54. visa breui col. 6. num. 30. cum seq. vol. 4.

Tertio limitantur præmissa nõ procedere vbi operarii, aut labo-
783 ratores fecissent actũ illicitum qui esset de genere prohibitorũ, tũc enim nõ excusantur ꝑ nominationẽ eorũ a quibus habuerũt mãdatũ, vel quia fuissent cõducti, sed tenẽtur ẽt ipsi ad pœnã, & cõtra eos, &

contra

contra mãdatẽ iurari in litẽ posset, puta si terminos ammonuissent. l.2.§.fi.vbi tex.ff.de ter.mo.vel domum incendio consumpsissent, vel alio modo destruxissent contra. l.senatus ff.de con.emp.vel fur mentum, seu sichalem, vel alios fructus in herba, & inmaturos, & precoces secassent, vel collegissent ante tempus consuetum & debitum, aut eos destruxissent, vel terram seminatam euertissent, vt fructus non nascerentur, nam tunc laboratores, & operarii non excusarentur, & possẽt accusari a vero domino, vel possessore ex quo fecerunt actum qui est de genere prohibitorum, & dederũt operam rei illicitæ, Ang. in auct. vt om. obed. iud proui. col. 3. versi. sexto modo legitur, ibi & si talis castaldus reperiatur in aliqua culpa condemnabitur, tex. in d.§.fi. Ias. in l. de pupillo §. nonciationem col. fi. num. 7. ver. extra glo. in fi. ibi tu responde ff. de op. no. nonciat. Bal. l. qui sepulchro per illum tex. cũ glo. ver. edificando. C. de sep. viol. & idẽ vbi laboratores scienter prohibent aliquem vti re sua vel possessione sua, quia etiam ipsi tenentur, nec excusantur sub prætextu quòd fuerint conducti Alex. con. 36. visis col. 1. vol. 1, & vbi laboratores fuissent ignoranter conducti ad opus illicitũ habent regressum de eorum damnis contra eos conducentem, Ias. d. §. nontiationem col. fin. in fin. ibi tu responde, Bal. d. l. qui sepulchro, & vbi in die festo operarii laborant nullo modo excusantur, Bertach. in re per. ver. manna.

Quarto limitantur præmissa non procedere vbi tales laboratores facerent actum contrarium nam tunc non excusantur, puta si prius laborassent in tali predio nomine meo, postea laborarẽt vel aliud facerent in eodem prædio nomine alterius absq; voluntate mea, nã tunc possunt accusari, & de dãno dato, & de possessione turbata & cõtra eos potest in litẽ iurari, nec excusantur sub prętextu ꝙ fuerint cõducti nominando illos qui eos conduxerunt, cum omnes personæ quæ excusantur ratione ignorantiæ iuris, vel facti numquàm excusentur vbi faciunt actum contrarium, vel sunt sibi contrarii D. Io. Bap. Castellioneus in addit. ad sing. Rom. in sing. 714. incip. regula est, Fel. c. quoniam col. pen. de const facit. l. 1. C. de fur. & l. colonus cum ff. de vi & vi arm. 784

Quinto limitãtur præmissa non procedere vbi cõstaret quòd laboratores fuissent in aliquo dolo, nam tunc nõ excusantur etiam ꝙ fuissent conducti, puta si incidissent arbores non incidendas, maxime tempore incongruo, sed per verũ dominum possunt accusari, & poterit contra eos in litem iurari, Ang. auct. vt omnes obed. iud. prouin. col. 3. ver. sexto modo legitur, ibi & si talis castaldus reperiatur in aliqua culpa cõdẽnabitur, & vide Bal. in l. non ideo minus. C. 785

de

de accuſ.& Ang.trac.mal.ver.mandatorem.

786 Et idem ſi ſciuiſſent rem fuiſſe poſſeſſam per alium quàm per eos conducentem,quia tunc laboratores,& operarij tenētur de tur bata poſſeſsione,& de damno dato,nec excuſantur per nominatio nem,ſed contra eos etiam in litem iurari poterit,Alex.con.36.viſis vol.1.arg.l.ſeruos C.ad leg.iul.de vi pub.& quod no.in l.liber homo in prin,ff.ad leg.aquil.& in l.ad eā ff.de re iud.Prac. Papien. in for. lib.pro turb.poſ.in glo.ver.animo,& intentione turbandi col.1.nu. 3.ver.ex quibus ſolet,Ripa in c.decernimus col.12,in fi.poſt nu.40. ver.limita tertio de iud.Gandin.in trac.de malef.in tit.de pœnis col.18.ver.pone quód ego.

787 Et idem vbi laboratores fuiſſent in culpa faciendo non faciēda, puta incidendo,non incidenda, vel in omittendo facienda, quia ac cuſari poſſunt,& tenentur de damno dato , & de poſſeſsione turba ta,nec excuſantur ſub prætextu quód fuerint conducti , licet cōtra eos,tunc ob culpam abſque dolo non poſsit in litem iurari, niſi in caſibus quibus ſpeciali fauore ob culpam poteſt in litē iurari, Ang. de auct.vt omnes obed.iud.prouin col.3.ver.6.modo legitur ibi ſi talis Caſtaldus,iuncta d.l.in actionibus.

788 Et ſi ex confeſsione laboratorum,vel ex fama publica , vel ex ali qua euidenti præſumptione apparet quód laboratores ſciebant,vel ſcire debebant alium tertium,& non eos conducētem habuiſſe ius, vel poſſeſsionem in re,ad quam fuerunt conducti, non excuſantur a dolo ſub prętextu quód fecerint de mandato alterius, & tūc poſsūt accuſari,& tenentur de poſſeſsione turbata , ac de damno dato,& poterit contra eos in litem iurari. Alex.con.36.viſis col.2.ver.for: tius probatur,& ver.itē accuſati in fi.vol.1.Corn.cō.250.viſo vol.1.

789 Vnde laboratores, & operarij vicini prædio in quo laborarunt ſi laborant,vel operantur in eo alterius nomine, quàm nomine veri poſſeſſoris dicuntur in dolo,& poſſunt accuſari de poſſeſsione tur bata,& de damno dato,nec excuſantur ſub prætextu quód ab alio qui non eſſet poſſeſſor fuerint conducti,ex quo præſumuntur ſciuiſ ſe rem non fuiſſe poſſeſſam per eos conducentem,& tunc non excu ſantur per nominationem eorum a quibus fuerint cōducti,nec per mandatum eis factum,Bal.con.143.præſupoſito col.fi.num.3.ibi ni ſi eſſent vicini vol.1.& in con.129.præſupoſito ſtatuto Papię vol.3. alias in cō.436.preſuppoſito vol.5.mod.in apoſtil.ad Bar.in l.1.col. 3.in apoſt.ver.vicinus adde poſt multa ff.ſi cer.pet.Alex.con.36.vi ſis col.2.num.3.ver.item accuſati erant vicini vo.1.Ripa.d.c.decer nimus col.13.ver.limita tertio de iud.arg.l.ſi ita in fi.ff.de fun.inſt. & c.quoſdam de præſum.Sal.d.l.non ideo minus,q.11.C.de accuſ.

& arg.

& arg.l.1.§.1.ff.de flum.& l.dominus horreorum ff.lo.& l.1.C. vbi de rat.agi opor.Debet tamē ex actis cōstare quòd sint vicini Corn. d.con.250.viso statuto vol.1.Fallit quando laboratores, vel operarij vicini fuissent absentes,vel infirmi,nam tunc non præsumuntur scire,& excusantur,Alex.con.87.viso col.3.num.11.vol.3.

Sexto limitatur præmissa non procedere vbi tales laboratores, 790 aut operarij iuissent de nocte, uel actum clandestinè fecissent, nam tunc non excusantur ob mandatum eis datum, nec sub pretextu quod fuerint conducti,nec eximuntur a inditio per nominationem, sed ipsimet laboratores,& operarij tenētur de damno dato,& de possessione turbata,& possunt accusari,& contra eos iurari poterit in litem, quia clādestinitas operatur, quòd non parcitur illis quibus aliàs parceretur ob iuris, uel facti ignorantiam, Roman. d. sing. 714 regula, glo. Bal. & Doc. in l.1.C.de interd.mat.tex.glo.& Doc. in.l.qui contra.C.de inces. nup.tex.in.l.fi. ff.de rit nup.Fel.c.quoniam col.pen.in prin.uer quinta conclusio de const.& in c.cōsuluit col.pen. circa medium uer. glo. in uer. lucem de offic. deleg.& est com.op. Rom. con. 506. omnipotentis Dei postulato sufragio in re præsenti col.1. num. 5. uer. his tamen, D.Mar.Soc.Iun. con.31. themate num.49 uol.2.Bal. con. 441. uisis col. fi.uol.5.Ias.& Doc. l.clam possidere ff. de acq. pos. Ang. con. 390. carissime col.fi.nu. 4.uer. quæ autem bona fides, Craueta con 205. pernoctatio num. 5.Io. de Ana. c.cum ex iniuncto col. 11. num. 4. per illum tex. de heret.Bal.l. quicumq; col. pen.C.de ser.fug. tex. in.l.fi. ibi propter dolosam mentem,& absconditam machinationem.C.de litig.& in l. fi. C. de his qui ex pub.rac. lib.x. & in.l. pupilli §. pupillus ff. de admin.tut.& in l.1 §.1.C.de na. lib.& in c.cum inhibitio de cland. desp.Et probatur ex dicto Domini nostri Iesu Christi. Qui male agit odit lucem, Titulus tamen excusat a clādestinitate præsumpta & a mala fide, teste Fran.Are.in l.in ciuilem.C.de fur.fa.l. igitur §. 1.ff.de lib.cauf.& l.1.in fi.ff de abig.glo in l.pen. C. de euic. c. licet causam de pro.Item excusantur facientes actum de nocte a præsūpta clandestinitate vbi reperitur factus cum causa, & sciēte aduersario,& fiat palam licet sit de nocte,Crau.con.205.pernoctatio.

Septimo limita nō procedere vbi laboratores excessissent fines 791 mandati operis,quia tunc tenentur,Bald.d.con.436. præsupposito vol.5.Ripa.d.c.decernimus col.13.post.num.41. ver. vltimo limita de iud.Et dominus non tenetur vbi laboratores excessissent fines mandati in reali offensa,Bal.d. con. 436. præsupposito, Et ob iustā ignorantiam etiam laboratores excusarentur,Bal d.con.436.præs.

Septimo principaliter limita hanc.l.si quando C.vnd.vi,& d.c.fi. 792 quod

Superius non est testis omni exceptione maior in causa aliena, 801 qā habēs eū pro teste, nō poterit iurare in suplementū probatiōis, ergo ipse spurius, nō poterit pro se iurare in litē de iure cōi, & stāte statuto q̄ credatur iuramēto dānū passi, vel saltuarii, seu creditoris, vel alterius, spurius nō poterit iurare vigore d. statuti, & eius iuramēto nō erit credēdū, Hyp. d. sing. 273. notissimū, l. admonēdi vbi D. Io. Bap. Cacialupus nū. 112 ver. vigesimoquinto fallit. & n. 113. ver. vigesi-

Cur. iun. cōs. 136.

vigesimo sexto fallit,& ibi alii Doc.omnes ff.de iureiuran.cum spurius censeatur infamis, Bal.l.1.C.de iur.au.an.Azo in summa.C.de Nat.lib.& idem procedit in naturali, seu bastardo cum etiam ipse sit infamis saltem de facto,Bal.d.l.1.C.de iur.au.an.Azo in summa C.de Nat.lib.Ias.cons.154.in causa col.6.vol.2.ergo spurius, vel naturalis non poterit iurare in litem,nec in suplementum probationis,nec aliud iuramentum præstare vigore prædictorum iurium, vel statutorum,vt dixi supra num.792.ver.septimo principaliter, & prædicta procedunt etiam in spurio legiptimato,Hypol.d.sing. 273.notissimum, quia vt inquit tex.in c.si gens Anglorum.56.dist.in.bastardi prompti sunt ad omnia deteriora,non in bello fortes, non in fide stabiles,nec in moribus continentes, plures tamen spurii, seu naturales excelluerũt inter quos fuit diuus Petrus Lombardus sententiarum magister in vrbe Nouariæ ex damnato coitu procreatus,& tamen est theologorum princeps,vnde limitantur præmissa non procedere in spurio,vel naturali qui probaretur esse bonę conditionis,& famę nec in spurio,aut naturali effecto religioso, nec in spurio,vel naturale nobili,& magnę conditionis,& excellentiæ,puta in spurio,vel naturali filio regum,vel principum , & similium,quia talis ex dicto suo faciet semiplenam probationem, adeo quòd producenti eum in testem poterit deferri iuramentum in litem,ergo ipse spurius poterit pro se iurare in litem,& in suplementum,Hyp.d.sing.273 notissimum.

802 Concubinarii sunt turpes personæ,ac infames,ergo non possunt esse testes.c.testimonium vbi Abb.& Fel.col.3.ver. & ex istis, de testi. nec possunt iurare in litem , nec in suplementum probationis vigore iuris,nec statuti volentis credi iuramento damnum passi, vel saltuarii,aut creditoris,vel alterius, & si instituantur heredes, fratre præterito poterit testamentum impugnare , Craueta consi. 229.quidam num.12.vol.2.Dec.consi.530.viso Arg.c.nemo & c.dicat.32.q.3.& c.testimonium vbi tex.& Doct.de testi iunctis his quæ dixi supra numero 792.versi.septimo principaliter,fa.c. nemo. 32. q.4.& ibi Doc.

803 Blasphematores sunt infames,quia si offendens Maiestati Principis mortalis est infamis l.quisquis C.ad leg. iul. ma. quantomagis offendens Maiestati Diuinæ debet esse infamis §. gazaros sub rub.de stat.& consuet.contra lib.Ecc.Alex. consilio 233. pōderatis num.2.vol.6.c.vergentis de heret.c.si apud.23.q.5. & blasphemator non est testis omni exceptione maior,Ripa in l.admonendi nu. 180.ver.item in blasphematore ff.de iur.Fel.c.2.in fi.de excep.ergo blasphematores non poterunt iurare in litem,nec in suplementum

*Alex.q neuo cō.2.in Cbristi nonine amē in causa matrimoniali nu. 10.*

tum probationis de iure communi,nec poterunt iurare,nec accusare vigore statuti volentis credi iuramento damnum passi, vel creditoris,aut alterius,vt dixi supra nu.792.ver.septimo principaliter fa.c.testimonium de testi.vbi tex.& Fel.Anchar.con.407. plura ex prædictis,Fel.d.c.2.in fi.de excep.

Vsurarius est infamis.l.improbum vbi Bar.Pau. de Cast. & alij p illum tex.C.de infam.Mathesi l.not.49.incip.nota,ergo pro alio nõ est testis omni exceptione maior,& non poterit pro se iurare in litem,nec in suplementum probationis,& non poterit iurare vigore statuti volentis credi debere iuramento damnum passi,vel creditoris,aut saltuarij,vel alterius,Hyp.d.sing.273.notissimũ,Bal.& Doc. in l.qui accusare.C.de eden.Mod.d.l.admonẽdi ff.de iur. & amplia quod omnis existens in peccato mortali continuato non potest accusare,nec iurare,vt ei credatur,cum non sit ei credendum, Fel. d. c.2.col.fi.num.10.ver.existens de exce. 804

Pauper non est testis omni exceptione maior,Spec.in tit.de teste §.1.ver.item quòd est pauper,Alex.con.15.viso vol.3.ergo non poterit iurare in litem,nec in suplementum probationis,nec poterit iurare vigore statuti volentis credi iuramento damnum passi, vel creditoris,aut alterius,Paris.con.164.Illustrissima col 2.nu.2. vol. 4.iunctis his quæ dixi supra num.792. ver. septimo principaliter, Fallit vbi statutum diceret credi debere iuramento massarij, vel famuli,aut camparij,& similiũ,nam cum isti communiter sint pauperes videtur voluisse statutum quòd etiam pauperum iuramẽto crèdi debeat,Hip.sing.1.Fallit secũdo vbi ex consuetudine fuit consuetum credi debere iuramento pauperis,quia tunc stari debet tali cõsuetudini sic interpretanti Statutum ipsum.l.minime ff.de legi. 805

Octauo principaliter limita hanc l.si quando C.vnde vi,& d.c.fi. quod me.ca.& totum tit.ff.& C.de in lit.iur.& omnia iura, ac statuta volentia credi debere iuramento creditoris,vel saltuarij, aut dãnum passi,vel alterius,non procedere quotiescunque Iudex ex offitio, vel ad partis instantiam, vellet se se informare de conditione volentis iurare,an sit omni exceptione maior, & sic possit iurare, an vero sit infamis,vel patiatur aliquam exceptionẽ de qua supra, vel aliam,de qua per Spec.in tit.de accusatore, & sic non possit iurare,quia sicuti Iudex potest etiam ex offitio se informare de cõditione testis,ita etiam potest se informare de conditione præmissorum, & aliorum iurare volentium in litem, vel aliud iuramentum præstare,cum sint loco testium,& eos quos Iudex viderit non posse iurare,maximè infames,poterit etiam ex offitio repellere a testimonio,iuramento,& ab accusatione,Ripa.l.4.§.hoc autem iu- 806

ditium nu.64.ver.5.fallit,& nu.65.ver.& istud.& nu.66. ver.latius ff.de dam.inf.Bal.& Doc.in l.quos prohibet per illum tex.ff. de postul.Innoc.D.Ant.& Abb.in c.intimauit de test.glo in l.1.ver.de nominibus ff.de mag.con.& in l.3.ver.inimicitiæ ff.de test. & in auct. de test.§.1.ver.offitii causam de test.Bal.l.nec quicquam §. obseruare in vltima carta ff.de offic.pro con.Soc.cō.136. præstātissime nu. 4.ver.sic etiam vol.1.c.1.vbi Fel.per illum tex.de accus.tex. cū glo. in.c. innotuit de ellec.& ibi not. Sic etiā iudex ꝑ eruenda veritate poterit etiam ex offitio præmissos,& alios iurare volentes in litem vel in suplementum probationis,vel aliud iuramentū pręstare pro se,vel alijs,interrogare de causis eorum scientiæ,& rōibus quibus mouentur ad iurandum,etiam eos interrogare de circumstantijs, & alijs,prout testes,& constituti interrogantur,& vbi ex interrogationibus,& responsionibus factis iudex videat iuramentum præ stādum esse calumniosum,vel non verum,aut suspectum,vel iurare nolentem non esse informatum,vel alium pati defectum,iudex nō debet deferre d.iuramentum,& iuramento tali tunc non erit credendum etiam quòd lex,vel statutum dicat debere stari iuramento pręmissorum quia intelligitur semper si ita iudici videatur iustū, vel equum tex.vbi doc.in l.vbicunque ff.de interr.act.Ripa d.§.hoc autem iuditium nu.69.& ibi Alex.& alij,per tex.in d.l.vbicunque D. Io.Pet.de Fer.in for.lib.responsionis rei in glo.ver.iusiurādi nu.14. ver.rursum consueuit per Ang.de Perus.& Io.de Imo.in l. qui bona §.qui damni per illum tex.ff.de dam.inf.Soc.d.ver.sic etiam,& pro hac op.fa.no.per Bar.in l.1.col.3.n.9.ver.2.quæro vbi Ias.col.6. nu. 9.ver.1.quòd in nonciatione ff.de op.no.nonc.& in l.solam vbi Bal. & Doc.per illum tex.C.de test.Et vbi talis interrogatus esset varius vel vacillans,vel contrarius,vel alium patiatur defectū,adeo quòd pro alio non esset testis omni exceptione maior,non deberet credi eius iuramento,quia si in hoc casu non crederetur testibus l. eos ff. de fal.Ergo multo magis credi non debebit ipsi iurare volenti pro se,nec pro alio,Bal.l.qui accusare col.1.ver.aduertatis C. de eden. Ang.in l.qui restituere per illum tex.& glo.ibi ff. de rei ven.& in l. qui vas per illum tex.ff.de fur.Cotta mē.ver.statuto Ciuitatis Mediolani cautum ibi sexto,Et hoc procedit indubitāter in iurare volente in sui fauorem,qui poterit interrogari etiā quòd eius iuramēto stādū esset sed cuius ille iuramēto stādū est pro alio,puta saltuarius, vel cāparius vbi ex forma iuris,vel statuti stādū est eius iuramēto,nō poterit interrogari, sed stādū est eius iuramēto vbi contrariū nō ꝓbatur,Ang.d.§.q dāni sed tu iudicas ꝙ quilibet cuius iuramento sit standū in causa ꝓpria,vel aliena,ꝙ potest interrogari

de causis scientiæ,& rationibus quibus mouetur ad iurandū, ad cui tandum periuria per.d.l.vbicunque & per not.per Prac. Papien. d. ver.rursum consueuit,& per ea quæ superius dixi, & quia licet iura velit credi testibus tot.tit.ff.& C.de test.& patet in sacra scriptura qua dicitur in ore duorum,vel trium stat omne verbum, Tamen ta les testes possunt,& debent a Iudice interrogari de causis scientiæ & rationibus eorum testimonij,ac de alijs circumstantijs quibus si recte non respondent non est credendū,vt patet in testibus. S.Susannæ l.solam vbi tex.Bal.& Doc.C.de test.Ergo multo magis partes,ac saltuarij, & damnum passi,& alij quorum iuramēto stari debet in causa propria,vel aliena ex forma legis, vel statuti possunt interrogari,vt supra dixi,cum & ipsi fungantur testium officio, & patiantur omnes exceptiones, quas patiuntur testes,Bal.d.l.qui accusare col.1.ver.aduertatis.C.de eden.Et hoc maximè procedit ex quo omnis lex,& omne statutum,ac decretum volens credi iuramēto accusatoris, vel actoris, aut creditoris,aut saltuarij,vel libris mercatotis, seu testibus,intelligitur sēper accedente cōsensu iudicis,& si ita iudici visum fuerit cum omnis probatio sit arbitraria iudici,ergo iudex poterit interorgare,& sese informare, Hyp. sing. 458.liber.Bal.l.vnica.col.4.de cōfes.Abb.c.bone el.1.de postu.prel. Bar.l.lutius ff. de his qui no inf.tex.in l.in actionibus ver.sed iudex, & ver.item & si iuratum,& in l.videamus §.sed an iudex, & §. item vidēdū ff.de in li.iur.& tex.in hac l.si quādo C.vnde vi,fa. tex.in l.3. ibi tu magis scire potes ff.de test.Si tamē iudex æquè nō arbitretur esse dandū iuram. vel nō dādū,poterit appellari,vt dixi sup.n.754.

Non principaliter limita hanc l.si quando.C.vnde vi,& d.c. fi. quod me.ca.& tot.ti.ff.et.C.de in li.iur.& omnia iura,ac statuta,ac decreta quibus caueatur credi debere iuramento damnum passi, vel creditoris aut saltuarij,vel alterius in propria, vel aliena causa non procedere quando iuramentum contineret non verisimilia,vel esset calumniosum,vel inmoderatum,quia tunc non est standum tali iuramento,arg.d.l.qui restituere nu.3.ff.de rei vend.& cō. 164.do minus vitalis. Nam ēt testibus non verisimilia deponentibus non est credendum in causa aliena,ergo minus credendum erit præmissis in causa propria,& aliena.c.nulli vbi glo.ver.verisimiliter,& ibi Doc.de elle.in 6.Soc.cō.194.subtiliter col.1.ver.3 vol.2.Crau.con. 249.in causa nu.8.cum.seq.Bar.l.1.ff.quem admod.test.aper. Parisi us con.83.potuit nu.24.cū seq.vol.1.Bal.l.arethusa col.1.de sta.ho. c.licet vbi Fel.& Dec.de prob.Abb.c. quia verisimile ad fi. per illū tex.de præsum.Ias.l.si extraneus in 4.not.ff.de cond.ob. ca. 807

Decimo limita hanc l.si quando.C.vnde vi,& d.c.fi. quod me. ca 808

& tot.tit.ff.& C. de in lit.iur. & omnia alia iura, & statuta volentia credi iuramento damnum passi,vel saltuarii,aut alterius non procedere quando accusatus,vel reus conuentus exciperet quod nollet quòd iuraretur,sed peteret quòd iudex accedat, vel mittat extimatores supra locum,& quòd ex inspectione iudicetur damnū, tūc enim non auditur actor, vel accusator,nec alius volens iurare,quia probatio per euidentiam facti ex loci visitatione suffocat alias probationes,& nūquam intelligitur exclusa,& dicitur superlatiua probatio quę præfertur cuicunque generi probationum,Ripa l.dānum nū.7.ver.4.declara ff.de dam.inf.Bal.l.contra negantem in fi. C. ad leg.aqui.Alex.l.qui bona §.qui damni col.4.ver.Bal.etiam in l.contra per illū tex. ff.de dam.inf.Berta.rep.ver.statuta de dānis ibi statutum quòd stetur,Bal.l.1.C.si ad lib.per tex. in l. si irruptione ff. fin.reg.& §.fi.inst.de grad.Ias.in l.1. nu.10.in fi.ver.circa aliud,ff. de op.no.nonc.Et hoc procedit quando actor,vel accusator proponeret magnum fuisse damnum,alioquin si proponeret paruum damnum.puta quia peterentur tantùm soldi 40.imperialiū, vel alia minor summa pro damni emendatione, & plus expenderetur in loci visitatione,& damni extimatione quàm importaret quantitas petita pro damni emendatione,tunc non posset peti extimatio, nec fieri visitatio,sed stari deberet ipsi iuramento,Ripa d.ver.4. declara, facit tex. in l.mediterraneę, & ibi Bar.& Ang.C.de an.& trib.lib.x. Fallit quando ex dolo rei conuenti esset difficultas probationis,puta quia res non extant, vel non apparent, vel oculis non possunt demonstrari,tunc enim non potest peti extimatio,sed potest iurari in litem,tex.in d.l.in actionibus ver.plane vbi Bar.col.fi. ver.intelligo, & ibi Bal.ver.plane,& Ias.nu.17.& alij ff.de in lit.iur.& Ias.con.121. vol.1.

809 Vndecimo limita totum tit.ff.& C.de in lit.iur.& hanc l.si quando C.vnd.vi,& d.c.fi.quod met.ca.& omnia iura, ac statuta disponētia aliquem posse in litem iurare etiam per iuramentum veritatis vel affectionis,vel iurare de interesse suo, vt vltra duplum verę, & communis extimationis in casibus certis non fiat condemnatio,& est com op.l.vnica vbi tex.ver.dupli,& ibi glo. ver contractibus,& Bar.col.8.ver.sumus expediti & Io.Fab.col.4.& Pet. Rubeus in glo. 2. ver.prout nu.89.& ex hoc.& in glo. ver. contractibus nu.4. ver. ex glosa,& Dec.nu.69.& Mag.D.Cam.Pęzon Plau.in glo.ver. dupli nu.25.& ibi alii Doc.cōmuniter per illum tex.C.de sen.quę pro eo quod int. Alex.& Ias.in l.videamus § deferre col.11.ff.de in lit.iur. & licet tex.in d.l.videamus §.iurare dicat posse in infinitum iurare, tamen iudex debet taxare vt ipsum duplum communis, & verę extimationis

mationis non excedat, vt dicunt Doc.in d.l. 1.C.de sen.quæ pro eo quòd int.prof.per.illum tex.quia si nō potest id quod interest duplū excedere quando verè probatū est, vt est tex.in d.l.1.a fortiori quādo non est probatum nisi per iuramentum, Rebuffus d.ver.& ex hoc & l.qui restituere ff.de rei vend.quæ dicit sine taxatione in infinitū posse iurari restringitur vt non excedat ipsum duplum per d.l.1. vt dicit Rebuffus in d.l.1.in glo.ver.prout nu.92.ver.nec obstar,& nu. 97.ver.nec me, vbi alii Doc.

Duodecimo limita non posse iurare in litem, coram arbitratore secundum Gratum in con.x.& fi.vol.2.& D.Io. Baptistam de S. Blasio in trac.quęstionum arbitralium in q.49. nu.90. Sed teneo quòd etiam coram arbitratore posit deferri iuramentum in litem veritatis, Parisius con.76.ad resolutionem nu. 14. cum. seq.vol. 1. per c. quintauallis de iure iur.& ibi Doc. 810

Tertio decimo limita quòd iuramentum in litem debet prestari per partem principalem adeo quòd per procuratorem præstari non potest l.admonendi vbi Rom.& Iacobus Petri de Ptholomeis, nū.293.ver.sed vnum, & Catialup.nu.293.ver.sed vnum ff.de iur. c. si vero el.2.de sen.excō.Ias.l.vulgo ff.de in li.iur.Sed vbi esset procurator cum speciali mandato posset iurare, Alex. d.l. vulgo. 811

Quarto decimo limita quòd licet in litem quis iurare posset ꝙ tamen non cogitur iurare in litē, sed potest si vult dicere quòd vult testibus vel instrumentis suum interesse, vel ius suum probare, tex. in l.1.& in l.is qui. C.de in lit.iur.Ang.Aret.in rub. inst. de act. col. 2.ver.3.in titulo,& est com.op.Alex.l.fi.ff.de in li.iu.Soc.con.146.viso col.pen.& fi.vol.1.cum enim sit conceptus titulus absque verbo per gerūdium in actiua significatione ff.& C.de in lit.iur.ipsum gerundium nō importat necessitatem, Are.d.ver.3.Purp.& Mod.rub. C.de eden.maxime cum quilibet posit renontiare fauori suo, & sic facultati iurādi sibi cōcesse a iure. Sic& decretū Mediolani volens fieri compromissum inter agnatos, sed quòd decisa per sententiam vel contractum non veniant in compromissis, intelligitur nisi producens sententiam, vel contractum vellet quòd ipsa decisa venirēt in compromissis, quia tunc etiam de eis debet compromissum fieri ex quo potest fauori suo renōtiare etiā inuito altero. Alex.cō.254. abunde col. fi.ver.nec ob.vol.6. 812

Decimo 5. limita tit.ff.et.C.de in lit.iur.& iura, & statuta volentia posse in litem iurari ob dolum procedere in dolo vero, nō autē in dolo præsumpto, quia ex dolo præsumpto non potest deferri iuramentum in litem ne concurrant duo specialia quòd actori credatur in propria cā contra l.nullus ff.de testi.itē ꝙ præsumatur dolus 813

Sexto decimo limita tot.tit.ff.& C.de in li.iur.& hāc l.si quando 814
C.vnd.vi,& ōia iura,ac statuta volētia posse iurari in litē, vel de dā no dato,vel posse aliquē accusari,vel contra eū agi, non procedere vbi ageretur cōtra illū qui in agro alieno solū vuas comedisset, & de eis nihil exportasset, vel spicas post terga metētium relictas col legisset,& in eis falcē nō misisset,nam talis etiā si testibus cōuince retur non tenetur ad aliquā pœnam,nec pōt contra eū iurari, nec agi ad aliquid ēt si statutum prēmissa fieri prohiberet,ex quo prædi cta fieri possunt de iure diuino,vt habetur Deutero.c. 23. vbi a Domino dr̄ ingressus vineā proximi tui comedas vuas quantū tibi pla cuerit,foras autem non auferas tecū,si intraueris segetē amici tui, frāges spicas,& manu cōteres, falce autē nō metes, & ita Christus patiebatur Discipulos suos intrare fūdū alterius,& in eo comedere spicas,nec eos increpabat,quia non exportabant, Math. c. 7.& 12. March.c.2.& Luc.c.6.& ita dicit Ripa in d.l.dānū nu.3.ver.iuxta.ff. de dā.inf.Gandinus trac.malef.tit.de pœnis,D.Berto.Cassā.con.1. nu.31.& 32.in.5.par.D.Iaf.Laf.conclus.97.comedens.l.qui occidit §.si quis alienum,& ibi Florian.ff.ad. l.aquil.c.1. vbi glo. ver. phas. dif.1.facit.c.si.de pac. tenen.& eius violat.vbi tex.in d.c.si dicit li cere cuicūq; trāseūti impune equum suū pascere ex herba quātū ꝓ pinquius secūdū viā stās cōplecti potuerit ad refectionē equi sui.

Decimo septimo limita iura ōnia,& statuta volētia aliquem pos se iurare in litē,vel accusare, vel agere aut iurare de damno dato, 815
aut possessione turbata,non procedere contra puberes,& alios qui pascūt capras, seu pecora, vel alia animalia in pascuis publicis,ꝓ ut erat prius statutum,vel consuetū,Nā contra tales non potest iu rari in litem,nec agi de damno,nec possunt ēt testibus accusari ēt quōd fieret statutū quōd accusarentur,quia tale statutū nouū, esset iniquū,& non valeret,si statutum nouū cōtra antiquum statutum, seu contra antiquam consuetudinem, prohiberet capras, pecora, & alia animalia minuta duci ad pascua publica, & permitteret ad ea duci animalia aratoria,& sic boues, quia tale statutum nouum esset iniquum,& non valeret, ex quo de vsu pascuorum, & nemoris reipublicæ tantum debet habere pauper pro sua necessitate, quātū diues,Et si valeret ipsum statum nouum, non ita haberet vsum pau per,q nō haberet nisi tres capras,vel pecora,quātū diues,q haberet plures boues,ergo ipsū nouū statutū tāquā factū in pernitiē & odiū particularē,& cōtra antiquā consuetudinē seu antiquū statutū,ēt q̄ fieret a maiore parte cōsilij,& populi, vno solo cōtradicēte nō va leret,& ita cōsuluit Ripa in lib.1,Respō.sub rub.de leg.in resp.22. i.c ini.qua lex est ꝑ no.ꝑ Alb.de ro.i l. ī tātū §.vniuersitatis ff.de re di,cū ī pascuis debet attēdi antiqua cōsuet.l.1.C.de pas.pub. & pti.

li.x.Dec.con.150.iuridicam.Nam cuilibet de populo competit ius depascendi animalia sua cuiuscunque generis in pascuis publicis cum sint omnibus cõia.l.in tantũ §.vniuersitatis ff.de re.diuis. l.1. cum seq.C.de pascuis pub.& pri.Cep.rub.de ser. ru. sub rub. de ser. iuris pascendi.l. ciuibus ff.de leg.1.Fallit respectu consentientium ipsi statuto,ac ẽt respectu non appellantium ab eo,quia quò ad eos valeret,quò ad alios non valeret,Ripa d.respon.22.Fallit etiã quã do statutum nouum esset generale contra omnes diuites, & pauperes,vt animalia magna,vel parua cuiuscunque generis non mittant ad pascua publica nisi soluatur pensio vniuersitati, quia tunc valeret ipsum statutum nouum contra antiquum etiam si esset factum solùm a minore parte consilii,& non per capita domorum, Ias. cõ. 71.ordinatio vol.2.

816 Decimo octauo prędicta iura, ac statuta limitantur procedere quando personæ iurare volentes essent habiles ad iurandum, puta maiores,vel puberes,& non impuberes,ac sani mente,& non furiosi,& domini, aut possessores loci damni dati, vel quòd vtilitas fructuum ad eum spectaret,alioquin iurari non posset per eos in litẽ nec in suplementum,nec de damno dato,Ias.d. l. in actionibus col. 7.ver.4.requiritur.ff.de ĩ lit.iu.& est tex.in.l.videamus ff.de in li.iu.

817 Decimo nono limita iura omnia,ac statuta volentia in litẽ posse iurare,vel credi iuramento damnum passi non procedere cõtra illum qui cãm,vel instrumentum sic faciendi ẽt nullum habuisset ab agente,vel alio,nam tunc contra eum non posset iurari cum videatur cessare dolus,tex.in d.l.in actionibus,& ibi Doc. ff.de in lit. iur. Corn.con.205.videtur.nu.5.vol.2.facit.l.1.in fi.ff. de abig. & l. igitur §.1.ff.de lib.ca.& fa. not.supra nu.737. ver. 3. fallit, & nu.764. ver.3.limita.

818 Vigesimo etiam limita omnia iura volentia posse iurari in litẽ, & omnia statuta disponentia credi debere iuramento damnum pas si non procedere contra eum qui cum via publica esset dirupta ingressus fuit per fundũ vicini etiã cum animalibus ciuiliter transeundo cum minori damno prout fieri potuit, quia contra talem nõ potest agi ad pęnam de ingressu,nec iurari l. per agrum vbi Bal. & Barb.in apost.ad Bald.C.de ser.& aqua,Bal.& Ang.l. si quis cũ via ff.quemad.se.amit.Bertac.reper.ver.via,& ver. transitus.

819 Vigesimo primo limita omnia iura,& statuta præstantia facultatem iurandi in litem ob damnum datum,vel delictum commissum, aut dolum commissum,non procedere contra damnificantem vbi damnum datum,vel delictum commissum, seu dolus adhibitus, habet admixtam culpam damnificati, quia non potest iurari contra

dam

damnificantem,& ipse damnificans non tenetur ad emendationẽ damni, Crau.con. 119. quæritur nu. 11. Soc.con. 156. pro fundamento col.fi.vol.1. D.Petr.pau. Parif.con. 158.vol.4. damnũ enim quod quis sua culpa sentit sibi,& nõ alii debet imputare l.si fideiussor ff. mád. l.si merces §.culpæ ff.loc.l.inter omnes §.pen.ff.de fur.l. 1. §. vsque adeo ff.de iniur.l.3.§.si quis volẽtem ff.de lib.ho.exhi. Hyp.sing.350. damnum Crau.con. 202. non videtur.vol. 1. Soc. l. Iulianus col. 11. ver.comprobatur ff.de cond.& demon.

* *Et si dominus clau dit potest rũpi clausura etiam conuocatis amicis Crau.con.4.*

Vigesimo secundo limita omnia iura, ac statuta volentia posse in litem iurari,vel agi,vel iurari de damno dato,non procedere cõtra illum qui etiam in fundo,vel territorio alieno,incidit ligna,vel *animalia pauit,vbi erat consuetudo,vel possessio,vel statutum sic faciendi,quia valet talis consuetudo, seu statutum,& sic facientes non possunt accusari, Paritius cõ.27.in præsenti nu. 30. col. 5. in fi. & 6.in prin.vol.1. Abb.Panor.c.dilecti vbi glo. 1.& alii Doc.de arb. Dec.con.550.iuridicam in prin. Crau.con.4. præsupponitur. nu. 4. cum seq.Bar.l.non solum §.sed vt probari nu.2.ver. idem dico ff. de op.no.nunc. D.Iason.Mainus con.150.nu.2.vol.1. Calchan. con. 49. contra commune Soc.con.15.in causa.vol.3.tex.& Doc. in l.1. & 2. C.de pas.pub.vel pri.lib.x. D.Rochus Curtius tra.de consue.fol.46. ver.4.fit.conclusio,ibi ex præmissa conclusione,& ratione, Arg. l.vẽditor ff.com.præd.& l.3.§.fi.ff.de testi.fa glo.in. c. cum venerabilis de consuet.& ibi Doc. Fallit vbi pascua non essent pro omnibus sufficientia sed essent necessaria,& solum sufficientia pro dominis,vel habentibus titulum,& eorum bestiis,tunc enim facta per eos prohibitione,vel inhibitione ipsi prẹferuntur, Et ipsum statutum, ac cõsuetudo etiam vetustissima cuius initii memoria non esset in contrarium,tunc non attenditur, & contrauenientes possunt accusari, Rochus.d.ver.ex prẹmissa conclusione Abb.d.c. dilecti. Affli. deci. 290.quidam baro Parif.con.27.in præsenti nu.134.ver.& ad. vnum vol.1.Cepol.tra.de ser.rust.prẹd.tit.de messe,& vind.ca.20. per tex. in c. sugestũ de dec.& in.c.quid per de ver.sig.& in l.venditor ff. co. prẹ.& in l.edẽ.C.loc.& fa.dictũ 5. Virginũ prudentum Math. c. 25. 820

*Præscriptione opus est non consuetudine in pascuis priuatorum, Crau. de antiqui. tẽp. in 3. par. prin. uer. transeo nunc nu.3.et uide ibidem num. 21.uer. 7. diff.*

*Ergo in hac præscrip seruitutis discõtinuæ pascuãdi requiritur tẽpus immemorabile Crau. de antiq. tempo. Cepol. rub. de ser. iur.pascendi nu. 4. Balb. tract. præscrip. in 2. par. 4. par. prin.*

821 Vigesimo 3.limita omnia iura,ac statuta volentia posse in litem iurari,vel credi iuramento dãnũ passi,aut possessoris non procedere,vbi constaret volentem iurare esse turbatorem, vel spoliatorem possessionis alienẹ,vel quòd esset possessor dolosus,vel spoliator ẽt nõ violentus, vel quòd haberet possessionem a iure damnatam, & eius occasione,vel ex cã ab ea dependente vellet iurare, quia tunc non auditur,ex quo omnia iura ac statuta quẹ loquũtur in fauorem possessorum non intelliguntur de possessore alienẹ possessionis,nec de

*Va.l. diuus* de turbatore possessionis, sed tantùm de legiptimo possessore, Af-
*ff.de ser. ru.* fli.deci.403.catholica nu.6.Bal.con.463. statutū vol.4.tex. in.l. im-
*pre.l. fi. ubi* proba.C.de acq.pos.& in l.si qua loca vbi glo.& Doc.C.de fū.& fal.
*ff.ad l.aquil* rei do. li.x.& in l.authoritatem.C.vnd.vi. & in. l. vis vbi tex. & Bal.
C.de prob.sic ēt regula cāzellariæ qua dr̄ quòd possessor triennalis
cum tit. saltem colorato, vel præ sumpto, & absque symoniaco in-
gressu non possit molestari, non procedit in fauorē possessoris triē
nalis violenti, Gome.super d. regula, q xi.c.placuit, 16.q.6. Et capi
*Bal.cō.437.* tula pacis de restituendis possessoribus, intelliguntur de illis qui iu
*statutū vol.* stē possidebant, maximè cum tit.& non de possessoribus violentis,
*5.* nec dolosis, Afflic.d.decis.403.catholica, Paris.con.24. præsuppont
tur vol.1. Decretum ēt Mediolani quòd possessio seu quasi defūcti
continuetur in heredem, intelligitur de possessione ciuili, & natura
li quàm defunctus habebat eius nomine proprio, nō autē de possef
sione quam defunctus habebat nomine alieno, puta in rebus cōmo
datis, vel depositis, aut locatis defūcto, nec in rebus quas defunctus
constituit se possidere nōie alterius D.And.Tiraq.in trac. le mort
saisit leuif. in 3.par.in 2.& 4.declaratione, Bal.l.1.col.2.ver. quero
an sit.C.si de mo.pos.Ias.cō.147.circa, vol.2.Cur. iū.cō.108.circa, &
cō.110. pro habenda Imo.con.16.viso, Et hęc intelligo quantū sit cō
tra veros possessores, vel dominos, sed respectu præiuditij tertii he
res petēs cōtinuationē ēt pro rebus ipsis vr̄ audiēdus Tiraq.in d.
4.declaratione arg.l.fi. C.de fur.& l.& non tantū ff.de pe.her. vnde
possessor nō legiptimus contra dn̄m vel verū possessorē iurare nō
poterit, contra tertiū autē sic nisi p̄ illā possessionē minus legipti
mè adeptā esset effectus nō ōni exceptione maior p̄ not.sup. n.792.

822 Vigesimo 4.limita, vt in litem iurari non possit nec iurari de dā
no dato, nec agi pro alia causa, & si feratur sētentia non valet, quā
do est lapsa instātia iuris cōis, vel statuti quādo tēpus præfigitur in
stātiæ, seu causæ, secus si p̄figitur iudici, quia tūc p̄missa fieri possūt,
& est com op.Dec.con.550.iuridicam Parisius con.158.si ius vol.4.

823 Vigesimo 5.limita omnia iura communia, & statuta volētia posse
agi, vel iurari de dāno dato, vel credi debere iuramēto dānū passi,
non procedere contra eū qui nō dedit dānū sed rē vtilē pro se, vel
pro possessore, vel pro alio fecit, ēt cōtra volūtatē veri possessoris,
puta quia siluam cæduam cæxit, vel agrum arauit, aut seminauit,
vel fructus maturos collegit, quia cōtra talē nō cōpetit actio, nec
accusatio dāni dati, sed possessionis turbatæ, secus si silua non erat
cędua, vel fructus nō maturi, fuerūt collecti, quia tūc nō diceretur
dānū datū & pro eo posset iurari, Bal, cō.436.statuto cōis Papię col.
2. ver. in cōtrar. vol.5.& cō.436.statuto vol.3.& cō.144.p̄supposito
vol.

vol.1.Laur.Cal.cō.c.ꝙ veniat col.2.nu.4.ver.quoniā tex. & Doc. in l. si seruus seruū §.si oliua ff.ad leg.aquil. & in l. nā & ramos ff. ꝙ vi aut clā.D.Mar.Soc.iun.cō.146.in cā nu.20.cū seq.vol.1.Sic & actio, & accusatio damni dati,& statutum ꝙ credatur iuramento dānum passi,non habet locum contra eum qui tāquā possessor percipit fructus,Bal.tit.de pace cōst.in glo.ver.fine fructibus Calch.d.cō.c.Io. Bertac.in reper.ver.statuta de dānis,ibi statutū de dāno non habet locū,damnum enim dicitur quando est parrimonii diminutio cum rei corruptione,quo casu iura,ac statuta volentia credi iuramento dānū passi,vel vniuersitatem teneri pro dāno dato,non habent locum quādo est diminutio patrimonii cū rei amotione,& cōtractione de loco ad locum,puta quando quis incidit ligna,& exportauit, vel collegit fructus maturos,vel inmaturos,& eos exportauit,tunc enim nō dicitur damnū,sed furtū, Et iura & statuta quòd credatur iuramēto dānū passi,vel quòd vniuersitas teneatur pro dāno dato, non habent locū in tali casu,quia nō poterit vigore dicti statuti iurari cōtra ipsū exportantē,vel contractātē,seu amouētē res, & vniuersitas tūc vigore dicti statuti nō tenetur,nisi statuta aliter expressè disponant etiam cōtra cōtractātē,vel amouētē,& ēt in casu amotionis rerū,alioquin statuta loquentia de dāno nō procedūt in furto, & statuta loquētia in furto non procedunt in damno dato, quia dānū est cū rei corruptione, furtū vero cum rei amotione,& contractione, & est cō.op.tex.& ibi no.Bal.in l.si seruus seruū §.oliuā ff. ad l.aquil.Dec.cō.83.in causa col.2.ver.quarto ad prędictū,Alex.& Rom.l.2.ff.de dā. inf. Gra. cō.154.visis vol.2.Bal.& Alex.& Ias.l.1. §. fi. ff. si quis iusd. non obtē. Et licet vigore dicti statuti non possit agi nec iurari vbi interuenit rerum amotio,ex quo est furtum,poterit tamen iurari de iure communi,vt dixi sup.num.129.ver.tertio. *Alex.consil. 168. requisitus uol.2.*

Vigesimo sexto limita omnia iura communia, & omnia statuta quibus disponitur ut possit iurari in litē credi debeat iuramēto dānum passi, vel saltuarii, aut offitialis vel alterius non procedere quotiescunque libellus,vel petitio, aut accusatio, seu inquisitio super quibus procederetur esset ineptus, seu inepta, puta sine anno, vel mense,vel loco delicti, seu damni dati , seu commissi coherentiato quia annus,mensis,& locus coherentiatus damni. vel delicti commissi debent exprimi,alioquin non valet processus, nec potest iurari,nec sequi ex eo aliqua condemnatio,tex.in l.libellorū, & ibi Bar.& Doc ff.de accus.Dec.consilio. 83.in causa columna 1. nume. secundo , & columna secunda versiculo secundo respondetur,& columna fin. versic. nec obstat. Alex. consilio 91. in causa columna 824

2.ver:

real.in glo.ver.cui choaret num.7.Et idem crederem vbi diceretur damnum datum in parte fundi certi,vt peti posſit demonſtrari illam partē ad oculū,maximè vbi non fuiſſet dictū a qua parte fūdi eſſet illa pars.l.quæ de tota §.incerte ff.de rei vēd. l.3. §. incertā, & l.locus ff.de acq.poſ.iūctis no.p Bar.in d.ver.quæro ſi reusdicit.

Vigeſimo ſeptimo limita omnia iura communia, ac etiā omnia ſtatuta volentia aliquem poſſe in litem iurare, vel credi iuramēto damnum paſsi, vel ſaltuarii, ſeu camparii, vel creditoris, aut alterius, vel diſponentia aliquem poſſe iurare in ſuplementum probationis procedere quando talia iuramenta præſtarentur in tempore probatorio, cum ſuccedant loco probationis, ſecus ſi præſtarentur ante litem conteſtatam, & ſic in tempore quo probationes fieri non poſſent, vel præſtarentur poſt terminum probatorium, quia non valerent dicta iuramenta, & nihil probarent & ex eis non poſſet ſequi condemnatio, ita dicit D. Aimo Craueta conſilio 196. & ſi abunde colum. 1. & Dec.con.83.in cauſa colum. 2. ver. ſecundo reſpondetur, Et ſi iuretur poſt ſententiam non valet, Bal.cō.119. ſtatuto col.2.& 3.vol.2.& eſt communis op.quòd iuramentum in ſuplementum probationis debet peti ante concluſionem in cauſa in termino probatorio partis volentis iurare, ergo idem in iuramento in litem cum ſit loco probationis, Ruin.con. 35. quod ſententia nu.1.vol.5.l.admonendi vbi Iaſ.in.2.lec.num.318.&.319. ff. de iur. Hipol. ſing.170.animaduertāt, poteſt tamē Iudex prædicta iuramēta ante concluſionem cauſæ deferre, Iaſ.d.l.admonēdi in.2. lec. nu. 318.ver.tertio,& principaliter,ibi quid autem in Iudice. 825

*Senatus reſcripſit q. vbi agitur de ſpolio, & de eo conſtat, quòd non obſtante lapſu temporis poſſet iurari in litem, ut conſtat ex litteris D. Cam. Ponteroli Doct. Laude d e.xi. Augusti. 1563.*

Vigeſimo octauo limita iura, ac ſtatuta omnia volētia aliquem poſſe iurare in litem, vel in ſuplementum, vel credi debere iuramēto damnum paſsi, vel creditoris, aut camparii, ſeu alterius procedere vbi iuramentum ipſum præſtatur Iudice illud deferente, ſecus ſi præſtetur ſponte, ex arbitrio partis actoris, vel accuſatoris, aut camparii, vel alterius, quia nihil valet tale iuramētum, Crau.d.cō. 196.& ſi abunde col.1.nu.2.ver.2.conſidero, Soc.con. 120. etiam in præſenti col.3.ver.quinto fortius vol.1.Bar.con.97. in queſtione prædicta, in fi.tex.in l.videamus §.deferre ff.de in lit.iur.Soc.con. 120. cum in præſenti col.3.ver.5.fortius vol.1. Et iudex acceptando iuramentum videtur deferre, Crau.d.con.196. col.2. ver. in hoc, Bal. con.325.proponitur ver.quoniam vol.2.& in con. 374.quæritur in fine volumine ſecundo. Aliqui tamen volunt quòd vbi ex forma legis, aut ſtatuti, vel pacti ſtandum ſit iuramento alicuius, quòd nō ſit neceſsaria Iudicis delatio, Crau.d.ver.in hoc.Bal.d.l.admonendi,& Alex.in l.ait pretor in prin.ff.de iur.Soc.con 89.dubium circa 826

*Etiā in cauſa ſummaria pcedit quod dixi nu.825. arg.no.per. Iaſ. l. propeſandum. in prin.C.de iu.*

ſi.vol.

fi.vol.Sed quòd requiratur Iudicis delatio,vel acceptatio est verior op.per tex.in d.§.deferre Rui.d.cõ.35.quòd sententia nu.6.vol.5.

827 Vigesimo nono limita omnia iura communia, & statuta volẽtia posse iurari in litem,vel credi iuramento domini, aut possessoris, seu damnũ passi,aut creditoris,seu camparij,vel publicani,seu datiarij,vel saltuarij,seu cessionarii,vel ministralis,seu offitialis, vel alterius non procedere quando accusatus,vel reus conuentus negaret iurare volentem esse talem prout se esse asserit idest negaret eum esse dominum,possessorem,damnum passum,creditorem,camparium, publicanum, datiarium, saltuarium,cessionáriũ,ministralem,seu offitialem,heredem,vel talẽ,prout se esse asserit, tũc enim non auditur actor,nec accusator,nec alius iurare volens nisi prius per testes,vel instrumenta,& aliter quàm per iuramentum probaret se esse talẽ qualẽ se esse asserit, & sic se esse dominũ, possessorẽ, damnum passum,creditorem,camparium,publicanum,datiarium, saltuarium,cesfionariũ,ministralem,offitialem,vel talem qualem se esse asserit, quia vbi negatur qualitas quæ dat iurisdictionem, vel negatur iurisdictio,vel negatur causa,& qualitas quæ dat facultatem iurandi, debet ipsa iurisdictio,seu qualitas,& causa in primis,& ante omnia probari per testes, vel per instrumentum, adeo quòd non potest probari per ipsum iuramentum.Craueta con.196. & si abunde per tot.maxime in col.2.nu.3.ver.3.cõsidero,Io. And. in c.romana de foro com.in 6.& ibi alij doc.Roman.sing.255.aliud concessũ,Ripa l.damnũ col.2.in fi.ver.2.adduco ff.de dã.inf. Alex. l.fi.ff.de in lit.iur.Bal.in adit.Spec in ti.de iura.cal.ner. pone quòd ex forma statuti,Io.Bertach.in Reper.ver.statuta de dãnis, & ver. statutum,quòd stetur iuramento damnum passi intelligitur etiam, ibi item intelligitur quòd accusator probet iurisdictionem, vel dominium suum aliter quàm per iuramentum,& ver.agens,& ver.gabellarius,Dec.con.83,in causa col.pen.ver.5.respõderi potest,Alex. con.41.visis col.2.nu.5.ver.nam quando vol.4. Dec. con.61.& pro tenui col.1.ver.vnde ille, Specul.in tit.de Actore in prin.ver.item qui dicit se heredem Card.con.72 singulatim ad singula dubia in verfic.dubium.& ubi statutum vult posse iurari pro damno dato in bonis alterius,vel alienis,debet aliter quàm per iuramentum probari illa qualitas,quòd bona essent alterius,vel aliena, puta accusatoris,Dec.d.ver.quinto responderi potest,Et si accusatus, vel reus conuentus,neget damnum datum, vel delictum commissum fuisse datum,vel commissum in iurisdictione iudicis sub quo conuenitur vel in camparitia camparij,vel saltuarii accusantis, aut notificantis,sed dicat locum damni dati,vel commissi delicti esse locum alterius

terius iurisdictionis, & districtus,& alterius cāparitię,debet aliter quā per iuramentū probari per actoré,vel damnū passū, vel per accusatoré, seu cāparium,& per aliū,quòd locus dāni dati,seu delicti cōmissi sit de iurisdictione iudicis sub quo sit iuditiū , & de cāparitia cāparij, & similiū,ét quod ex forma iuris cōmunis,vel statutorū esset standum eorum iuramento, quia ét quòd esset stādum iuramēto damnum passi,vel camparii:seu alterius, præmissa non poterūt probari ex ipso iuramento,Craue.d.con.196.& si abūde, Et vbicunque incidit quæstio fori, talis quæstio non potest decidi iuramento damnum passi,nec alterius etiam quòd eorum iuramētoex forma iuris communis & statutorum esset stādum,Ripa.d.l. damnum col. 2.in fi. ver.2.adduco ff.de dam.inf.Alex.& Doc.l. fi. ff. de in lit. iur. Alex.con.35.viso col.fi.vol.4.Io And.c.romana de for. comp. in.6. & in simili videmus quòd licet iura communia deferant iuramentum in suplementum probationis habenti pro se vnum testem, vel aliam semiplenam probationem,tamen vbi agitur de probando dominium,uel iurisdictionem,uel destrictum,mandatum,seu cessionem,uel commissionem,non potest deferri dictum iuramentum habenti pro se unum testem,uel aliam semiplenam probationem,Ias. d.l.admonendi num.112.uer.& ex ista, & ibi Catialupus num.119. & 120.& alii ff.de iur.Bal.l.non solum §.qui alieno ff.de proc. Sic & statutum ciuitatis Nouariæ,Papiæ,& aliorum locorum volens credi iuramento damnum passi,tam respectu damni,quàm eius quantitatis, & personarum dantium damnum,non habet locum contra forensem ad conueniendum eum in loco statuti,ubi alias conueniri non posset,& sic contra forensem ad cōueniendum eum in loco statuti non poterit uigore dicti statuti iurari, Roman. d.sing.255. aliud concessum Io.Aand.& alii in d.c. romana de for. comp. in 6. Ripa d.l. damnum colum.2.in fi.uer.2.adduco,Io.Bertac. in reper. uer.statutorum extensio ibi statutum quòd credatur iuramento iniuriati non ligat forensem accusatum , & declinantem forum, Io. And.in d.c.romana de for.cōp.Sic & 13 nihil possit opponi ex forma statuti contra instrumentum publicum,uel actum rogatū per notarium matriculatum,uel contra duas uel tres sententias conformes quibus stari debet,potest tamen opponi exceptio quòd non est instrumentū publicū,nec notarius saltem matriculatus, & sic ei credi non debet,nisi prius hoc probetur,Bart.l.1.§,& parui.ff.quod ui aut clā,& in l.diuus p illū tex.ff.de test.mil. & agens tāquā talis semper debet probare se esse talem,alioquin succūbit, Dec.cō.222. uiso, & omnis qualitas requisita a lege uel statuto debet prius probari,Bart.l.§.ait pretor ff.ne quid in flu.pub.

Tri

828 Trigesimo limita omnia iura, ac statuta dantia facultatem iurâdi in litem, vel in suplementum probationis, aut volentia credi iuramento damnum passi, vel saltuarii, vel camparii, seu alterius, nõ procedere vbi ex actis constaret quòd accusator, vel actor, vel alius iurare volens esset contrarius sibi, etiam si esset clausula omni meliori modo, pùta quia in accusatione dixisset damnum datum vno loco, vel modo, & in actis dixisset alio modo, vel loco, Alex. con. 91. in causa, & lite col. fi. ver. præterea dictus vol. 6. tex. in l. 1. vbi Ias. & Doc. C. de fur. l. eos. ff. de fal. Alex. con. 110 attentis vol. 5. Et item dicta iura, ac statuta non procedunt vbi ex actis, vel ex iuramento cõstaret quòd iurans non habet veridicam informationem, puta si iurasset pro eo, quia ab vno dici audiuerit, vel de credulitate, Alex. d. cõ. 91. in causa col. 2. ver. cõfirmatur vol. 6. vel esset talis q̃ nesciret veritatẽ, glo. Bar. & Doc. in l. maritus ff. de quæst. Soc. tra. fal. ver. iuramentum in suplementum, & item non est standum dicto iuramẽto vbi ex dicto petentis damnum emendari, vel alterius, vel aliter in contrariũ appareret, vel probaretur iniquũ esse iuramẽtũ vel esset in eo errorẽ, Alex. d. cõ. 91. in causa col. fi. nu. 8. vol. 6. Soc. cõ. 55. præstãtissime col. pẽ. ver. 2. quia vol. 1. Alci. tra. præ sump. reg. 11. in præsũ. 31. c. sollicitudinẽ de appell. & in c. nec tamen de iur. in 6.

829 Trigesimo 1. limita omnia iura volentia aliquem posse iurare in litem, vel in supplementum, & omnia statuta volentia credi debere iuramento damnum passi, vel creditoris, aut saltuarii, seu heredis, vel alterius non procedere quando iurare volens non est verisimiliter informatus, glo. bar. & bal. l. in bone fidei, C. de re. cre. & iur. Afflic. deci. 169. in dicta Car. Rui. con. 35. quod sententia nu. 10. vol. 5. Doc. in l. admonendi ff. de iur. Grat. con. x. & fi. vol. 2. maximè vbi vellet iurare de auditu, vel credulitate, & iura, vel statuta velint iurare de veritate Imol. con. 147. in causa col. 2. ver. nec dicat. nec auditur iurare volens, etiam si diceret se scire per famam, glo. & Bal. d. l. in bone fidei, Afflic. d. dec. 169. num. 2.

830 Trigesimo secundo limita etiam iura, ac statuta prædicta non procedere quando pars non fuisset citata ad videndum iurari, nam tunc non posset per præmissos iurari, Soc. trac. fallen. ver. iuramen. ibi fallit trigesimo octauo. Bald. in tit. de cont. inuest. colũ. 3. in fi. Ang. l. certum §. si quis absentem ff. de confes. Sed quòd citatio non requiratur voluit Alex. con. 130. difficultas vol. 1. sed. prima op. est verior, & communis, cum citatio sit de iure diuino quæ non potest tolli Clẽ. pastoralis de re iu. cum istud iuramentum succedat loco probationis, & iuramenti testium, & quando testes iurant pars debet citari. l. iusiurandum vbi Doc. C. de testi.

Tri-

Trigesimo. 3. limita quoque prædicta iura, ac statuta volentia posse iurari in litem, vel in suplementum probationis, aut de damno dato, vel aliud iuramentum præstari, nõ procedere vbi pars non petiit sibi deferri ipsum iuramẽtum, nam tunc iudex non potest dictum iuramentum ex suo offitio deferre non petenti, Bar. d. l. admonendi circa fi. & ibi Ias. in 2. lec. nu. 316. ver. 2. quærit, ff. de iur. dicit quod hæc est com. op. & hanc esse com. op. dicit Capitius deci. 35. in causa, & Ruin. con. 35. quod sententia nu. 4. vol. 5. Et vsque ad cõclusionem in causa peti possunt ipsa iuramenta per partem sibi deferri, post autem non, & est cõ. op. Ias. d. l. admonendi in 2. lec. nu. 318. ver. 3 principaliter, pôt tamen iudex ipsa iuramenta a parte ante conclusionem causæ petita deferre post conclusionem causæ, Ias. d. num. 318. in fi. ver. quid in iudice. 831

Trigesimo 4. limita & præmissa iura, ac statuta nõ procedere vbi ageretur contra vniuersitatem & in petitione diceretur quòd homines, vel omnes homines talis opidi, dederunt damnum, vel cõmiserunt delictum, nam non sequitur homines, vel omnes homines opidi fecerunt, ergo tenetur vniuersitas nisi præmisso sono campanæ, & communicato consilio opidi illud fecerint, quia vbi non interuenit sonus campanæ, & consilium ipsum agi debet solùm cõtra illos particulares, & non contra vniuersitatem, Alex. con. 47. in causa nu. 10. vol. 6. Parisius con. 27. in præsenti nu. 102. vol. 1 & con. 21. omne vol. 4. Bar. l. aut facta § non vnquam col. fi. ver. vlterius quæro ff. de pen. Ruin. con. 107. viso nu. 4. vol. 5. Fallit vbi sindicus fatetur in iuditio factum a communitate, quia tunc præiudicat communitati, Dec con. 221. non patitur. 832

Trigesimo 5. limita omnia iura, ac statuta volentia credi iuramẽto damnum passi ẽt respectu possessionis, non procedere vbi filius vel alius consanguineus sine titulo esset in possessione, & vellet iurare contra matrem, vel alium consanguineum habentem titulum & non existentem in possessione, quia ille iurare volens præsumitur esse in possessione iure amicitiæ, & familiaritatis, vel sanguinis, & nomine matris, vel consanguinei cuius est titulus, & talis cuius est titulus non diceretur damnum dare, nec spoliare, nec posset contra eum iurari. l. qui iure familiaritatis vbi tex. Bart. Pau. de Ca. & alii ff. de acq. poss. Parisius con. 98. quoniam col. 5. in vol. 2. cum illi contra quem est iuris præsumptio non deferatur iuramentum, Ias. in § sed iste nu. 92. ver. 2. & notabilis inst. de act. Bar. in l. inter §. recte col. fi. ff. de fur. 833

Trigesimo sexto limita etiam iura præmissa ac statuta non procedere cõtra eũ qui facit super suo aliquod opus quod sibi, vel alij 834

 sit vti

sit vtile etiã modice etiam quòd alteri tertio noceat,& afferat damnum, nam contra talem non potest iurari in litem, nec agi de dãno ex quo ille qui facit super suo prę̨sumitur facere, vt sibi, vel alij prosit cum animo non nocendi vicino, licet noceat,& in eo non præsumitur dolus, secus si nulli prodest, & noceat vicino, quia tunc super suo fieri non potest, ex quo præsumitur dolus, Alcia. reg. 3. præsum. in præsum. 23. l. fluminum §. fi. cum. l. seq. ff. de dã. inf. Ripa. l. quominus col. 5. & 6. ff. de flum. Cep. trac. de ser. vrb. præd. in tit. de solo, seu area, ibi. 2. fallit, fac. l. nullus ff. de reg. iur. Dec. con. 221. nõ patitur num. 5. ver. est. ergo col. 7.

835 Trigesimo. 7. limita prædicta iura, ac statuta nõ procedere quãdo dãnificans dño scienti, & acceptanti rem dannificatam restituit nulla protestatione facta per dñm, nam tunc dñs non põt agere, nec iurare pro damno dato, secus si dñs ignorabat, vel fuerit protestatus, Bar. l. 3. §. si reddita in fi. nu. 3. ff commod. & in. l. fi. circa fi. ff. de eo q̃ cer. loc. Imol. c. per tuas de don. int. vir. & vxo.

836 Trigesimo octauo limita iura, ac statuta prædicta non procedere quando actor vel accusator allegaret possessionem quę fuisset, & esset iure facultatis, puta si Gaudentius accusaret Agabiũ, vel ageret contra eum, quia non vadit ad eius furnum, nec molandinum, nam non procedit actio, nec libellus, nec accusatio, nec iuramentũ ẽt si per mille annos iuisset, quia in hoc non cadit præscriptio, & ẽt dñs, vel feudatarius non põt cogere subditos, vt eant ad suum molandinum, vel furnum, & alium non edificent, Iac. de s. Georg. in inuest. feu. ver. & cum molandinis col. 2. nu. 5. ver. sed quæro Ias. l. quo minus, & ibi Ripa nu. 131. & 132. ff. de flum.

837 Trigesimo nono limita etiam iura omnia, & statuta volẽtia posse iurari in litem non procedere in eo qui tenebatur scribere codicem rationum, & non scripsit, nec in eo qui absque iuramento noluit affirmare, vel dicere aliquid, nam talis non poterit iurare in litem contra alium qui de eodem negotio librum rationum nõ confecerit, puta sotius mercaturæ qui non confecit librũ rõm, vel alium librum ad societatem pertinentem non exhibet, nam talis sotius non poterit iurare in litem propter hoc contra alium sotiũ eiusdẽ mercaturæ, qui librũ rationũ nõ cõfecerit, vel cõfectũ non exhibet nec cõtra alium super negotio, ac puncto quod, & quẽ etiã sine iuramento ipse affirmare noluit, vt patet ex dicto Ciceronis in oratione pro Roscio comedo, contra Fanniam chaeream, Quòd si ille suas proferret tabulas proferret suas quoque Roscius, quòd in codicem iniuriatus referre noluit id iurare in litem non dubitet?

tet? quasi dicat quòd talis non sit audiendus, & pro lege authoritas Marci Tulii in eius Orationibus, potest allegari vbi nõ reperitur lex diuina, nec humana in contrarium fac. l. Cicero ff. de pœnis, & pro ista opinio fac. l. in atenam. C. de ino. te. & l. viro atque vxore ff. sol. ma.

Iuramentum autem in litem est triplex secundum Pau.de Cast. 87 Ias.& alios in Rub.ff.de in li.iur. primum super interesse singulari, extra rem,prȩterea quando agitur pro tali re,in quam non cadit affectio,vt in nummis,nam tunc non potest iurare de affectione,sed de alio singulari interesse quod conuenit mihi,ita vt nulli alteri cõueniat,& si sit extra rem,quia non cadit interesse intrinsecum.l.nũmis,vbi tex.& Ias.ff.de in lit.iuran.dummodo agatur ex aliqua ex illis actionibus bonæ fidei,Dominus Antonius Corsetus in tractatu de iureiurando in 5.euidentiali num.13.Ias.d.rub.ff.de lit iur. Aliud,& sic secundum est iuramentum in litem super interesse affectionis,& istud defertur ad probandum extimationem rei secundum affectionem agentis,vt puta si res est circa quam cadit affectio vt liber manu mea,vel patris mei,vel alterius docti apostillatus,posset esse mihi charus centum aureis,quia in eo studui,& tamen communi extimatione non reperirentur nisi decem,istud dicitur interesse singulare,Et quȩ requirantur vt istud iuramentum affectionis possit prȩstari vide Ias.in d.l.in actionibus ff.de in li.iur.Et istud tale interesse ita conuenit mihi quod nulli alteri cõuenit Corsetus.d.ver. aliud,Aliud est & sic tertium est iuramentum super interesse communi,& tunc dicitur in litem quod est veritatis, puta quando de-

fertur, ad probandum veram rei extimationem, & sic interesse cōmune, quando non agitur aliqua ex illis actionibus bonæ fidei, sed actione stricti iuris non arbitraria ratione doli præcedentis, & probatio veritatis est difficilis, quia res est peremrta, & agitur contra dolosum, vel morosum, l. in actionibus cum. ll. seq. ff. de in li. iur. Et istud potest dici necessarium, non verè, sed causatiuè quando deficiunt aliæ probationes, Bar. & Pau. de Ca. in. l. fi. ff. de in lit. iur. & de ipso tripliciiuramento in litem ponit Corsetus in d. tra. de iureiur. in. 5 euidentiali ver. aliud, & Pau. de Cast. & Ias. in Rub. ff. de in lit. iuran. & Ang. Areti. in §. præterea quasdam inst. de act. quos omnes vide

871 In iuramento in litem quod est de affectione inspicitur affectio non præteriti temporis, sed præsentis, & sic rei iudicatæ cum defertur ipsum iuramentum, tex. & ibi Bar. & Pau. de Cast. in l. 3. §. in hac. ff. comod. Sed in iuramento in litem veritatis non inspicitur præsens tempus si forte res nunc minus valet, quia remanerem in damno, igitur inspicitur tempus contestationis litis si tunc plus valuit & si mora, vel dolus pręcessit, & si tunc plus valuisset inspicitur tempus morę, vel doli & si post cōtestationem valuit plus illud inspicitur, quia hoc iuramentum succedit loco veræ probationis, sed si per veras probationes deueniretur ad hoc interesse, deberet inspici tempus quo plus valuit, ergo & ita in iuramento in litem veritatis debet inspici, tex. & Bar. in d. §. in hac num. 6. ver. iuramentum vero, vt declarat Pau. de Cast. in d. §. in hac col. fi. ver. dic ergo, stante tamen statuto quòd de extimatione damni dati credatur damnū passo vsque ad certam summam, passus damnum debet iurare de damne passo tempore damni dati, nec valeret iuramentum si diceret iuro me tantùm damnum passum esse ex tali facto, nisi referret se ad tempus dāni dati, potest enim esse quòd hodie interest eius in plus quàm tempore damni dati, sed hoc non debet inspici secundū Bar. in d. §. in hac num. 9. in fi. col. 4. ver. & ex hoc habes, & vide Angelū Aret. in § præterea quasdam ver. in glo. similibus inst. de act.

872 Primo quæro Titius combussit segetes, vel incisit vineas Sempronii, an ecclesia possit contra Titium agere ad interesse pro decimis tangentibus Ecclesię, & dic quòd sic Innoc. Io. And. & Abb. c. cōmissum de deci. fior. l. ęquissimum §. fructuarius ff. de vsuf. D. Fran. Niconitius alle. 42. in controuersia num. 20. in 2. par. per tex. in l. si seruus seruum §. si oliuam ff. ad leg. aquil. Et contra ipsum incendiarium, & damnum dantem poterit iurare in litem super quantitate, & valore, Parisius con. 134. nulli num. 9. vol. 4.

Secū

Secundo quęro damnum datum fuit in fruměto qnod erat in her 873
ba, puta de mense Martii, vel in planta valde iuuene, quomodo extimabitur damnum, dic quòd non debet extimari frumentum prout si esset maturum, nec arbor prout si esset magna, sed solùm dubius euentus idest quantum potuisset vendi ille dubius euentus perceptionis frumenti, vel arborum, Alb de Ros. in 2. par. stat. q. 78. Cyn. l. fi. C. ad leg. aquil. Bal. con. 182. locata num. 4. ver. non enim, & num. 5. ver. nisi vol. 1. D. Aimo Craueta con. 40. proponitur nu. 10. l. propter spem vbi Alb. & alj. per illum tex. ff. fa. her.

Tertio quæro si Titius reperuit animalia dantia damnum in suo 874
an possit propria authoritate ea capere, & reponere ea super hospitio, vel domi suæ retinere, donec sibi emendetur damnum, dic quòd sic. Io. Pet. de fer. in for. Inquisitionis in glo. ver. contractando nu. 4. Sicuti videmus in simili quòd creditor, vel famulus non tenetur furti subtrahendo tantum quantum sibi debetur Alex. con. 135. circa vol. 1. Gram. con. 50. ęterni, Et maximè ipsa animalia retineri possunt, vt recognoscantur. l. quintus cum. l. seq. ff. ad leg. aqu. spec. tit. de actore ver. sed numquid pecudem, Bar. & Doc. l. hoc amplius §. de his ff. de dam. inf. l. capite quinto cum ibi no. per. Doc. ff. de adul. & facti recognitione vbi Dominus animalium sit soluendo non possunt ea retineri donec soluatur damnũ, Alci. reg. 1. præsump. in pręsump. 50. sed donec soluantur alimenta quæ venerunt in vtilitatem animalis poterunt retineri, Alci. de præsump. x. per l. in summa vbi Sal. C. de pig.

Quarto quęro an dominus teneatur emendare damnum datum 875
per eius bestiam, vel illam dare damnificato pro noxa, seu pro damno, vel delicto dic quòd sic, Dec. con. 229. visis col. fi. tex. vbi Doc. inst. si quad. paup. fec. dic. vide Alberic. de Rosa. in. 1. par. stat. q. 76. pone.

Quinto quæro statuto cauetur quòd pro blasphemia, vel damnis 876
datis, pater pro filio, dominus pro famulo, vel alius pro alio teneatur, an istud statutũ intelligatur sic indistinctè, & dic quòd non, sed primo fallit vt locum non habet vbi Patri, vel domino, vel alii qui tenetur pro alio non posset imputari aliqua culpa, ex quo statutum solum intelligitur vbi eis posset imputari aliqua culpa, Aret. con. 57. diligenter col. 3. ver. præterea, Crau. con. 3. iudex nu. 16. Soc con. 122. num. 1. vol. 1. Et hoc procedit etiam si esset crimen læsę maiestatis vnus teneatur pro alio, Dec. consilio 64. pręsuponitur, Secundo fallit vbi filius, vel famulus esset pupillus, Hyp. de Marsil. sing. 362. statutum & sing. 481. communis, Ias. §. actiones autem num. 83. Inst. de act. c. 2. vbi Anchar. de delic. puerorum

877 Tertio fallit quando esset inimicitia inter delinquentem, & illũ qui ex forma statuti tenetur pro delinquente quia tunc statutum locum non habet, Dec.d.con.64. Pater tamen si fuerit incontinens tenetur pro filio etiam sibi inimico, Alci.in.1.Reg.præsump. in præsump.24.nu.1.

878 Sexto quero reperitur damnũ datum, & nescitur a quo, quis præsumatur illud dedisse & dic quòd damnum præsumitur datum illis modis quibus furta, homicidia, & alia delicta præsumuntur data, Io.Bertachi.in reper.ver.damnum præsumitur per l. nauta §.fi.ff. nau.cau.stab.

879 Primum ergo inditium non solùm ad inquirendum, verum etiã ad torquendum erit vnicus testis de visu damnificantis, vel vulnerantis, aut homicidii, seu alterius delicti, dummodo sit omni exceptione maior, & est com.op.glo.& Doc.in l.si quis.C. ad leg. iul. ma. Doc.l.admonendi ff.de iur.iur. Alex.& Hyp.in.l.1.§.idem Cornelio & in.l.maritus.& in l.fi.ff.de quæst.Lud.Carerius Prac.crim.nu.110. ver.primum, Fallit vbi testis non esset omni exceptione maior, quia omnis minima qualitas & defectus impedit vt nõ faciat inditiũ ad torturam, Bar.& Alex.d.§.idem Cornelio, Parisius con.160.& si cõsiderata num.64.& 65.nisi concurrat leuitas vitæ rei, Lud. Carrerius.d.ver.primum.

880 Secundum inditium ad inquirendum, & torquendum erit inimicitia grauis, seu capitalis, quia omnia damna, incendia, homicidia, vulnera, & alia delicta præsumuntur illata ab inimico graui, seu capitali, Specul.in tit.de præsump.§.species ver.Et idem est, Rom.l.1. §.si quis in villa in.1.no.ff ad sillan.Ang.in l.fi.col.2.ver.possunt.C. de quæst. Fel.c.afferte col.fi.de præsump.Ang.trac.malef.ver.fama publica, Bologn.in addi ad trac.Guid.de Suzar.in tit. de quæst.col. 7.Laur.Calchan.con.220.Ventura, Dec.con.64. præsuponitur col. pen.in fi.ver.inimicus enim & col.fi.in prin.D. Io. de Amicis con. 51.Sed licet sola inimicitia grauis, seu capitalis faciat inditium ad inquirendum, non tamen facit sola inimicitia grauis, seu capitalis inditium ad torquendum nisi cum ea concurrant aliæ coniecturæ, puta fama publica, vel mala qualitas, seu mala vita inimici, vel eius fuga, seu contumatia, vel aliud inditium, seu adminiculum etiam remotum a malefitio, & hæc est com.& magis communis op.D. Lud Carerius in Prac.crim.num.118.ver.quartum inditium, Thom. Gram.Voto 34 tremendi num.7.ver accedit & voto 30. redemptoris num.20.Aug de Arim. in Addit. ad Ang.d.ver. fama publica, Gand.rubr.de quæst.Io.de Imol.l.fi.ff.de her.instit.Hypol. de Marsil. in Practica criminali.§.diligenter, & in l.1.§.præterea ff. de quæst.

Et idem

Et idem vbi inimicus capitalis esset cõsuetus talia facere, quia oritur contra eum inditium non solùm ad torturam, verum etiam ad condennationem secundum Crauetam con.35. ex pluribus num. 3. ver.quod odium, & Laur.Calch.con.63.ventura col.3.ver.secunda ratione, Et idé si inimicus capitalis, seu grauis fuerit minatus, quia tunc solùm inditium inimicitię capitalis facit inditium ad torturam licet inimicus non esset consuetus talia facere, vbi statim, vel parũ post damnũ, vel incendiũ, aut delictũ fuit sequutũ, Crau.d.ver. quod odium, Calch.d.ver.secunda ratione, Et præmissa amplientur procedere etiam in inimicitia, de recenti reconciliata, quia tũc reconciliatio recens non tollit effectum inimicitię, & est com. op. Hyp.d.§.præterea, Lud.Car.d.ver.quartum inditium, Blanchus.d.l. fi.nu.135.ver.cum etiam & num.161.ver. reconciliatio, & hæc volunt Inno.& omnes Doc.in.c.cum oporteat de accusat. vt dicit ibi Fel.num.4.ver.numquid. Fallit primo in inimicitia reconciliata de antiquo, Lud.Car.d.ver.quartum inditium, D.Iac.Nouellus tra. ad defensam in Rub.an inditia pro reo danda sint.num.42. ver.inimicitia, Innoc.Io.de Ana.& Doc.in d.c.cum oporteat de accu. Bal. Lipsius C.fam.her.& in auc.si dicatur.C.de test. Fallit secundo quã do inimicita fuisset leuis, quia tunc ex eo nõ oritur inditiũ, & est cõ. op.Blãch.d.l.fi.nu.175.ver.inimicitia an faciat, Doc.d.c. cũ oport.

Tertium inditium erit si in loco damni vel furti, seu homicidii, aut alterius delicti commissi reperiatur in terra humida, niue, vel puluere, aut grano forma pedis alicuius, vel scala, arma, aut alia re alicuius, quia ille cuius erunt præmissa, ex hoc solum poterit inquiri, sed non torqueri nisi concurrant aliæ coniecturæ, puta mala fama illius, vel eius fuga, vel quòd sit solitus talia facere, vel grauis inimicitia, aut mẽdatium, vel alia coniectura, Bar.d.l.fi.& ibi Blãc. nu.426. versi.forma, & nũ.427.versi.res aliqua & nu.428, ver. scala, Bal.con.427.quædam vol.5. Paris de puteo tra.de sindic. ver. an stetur dicto tertii col.7.ver.an si reperiatur, D. Iac. Nouellus trac. ad defensam nu.151.ver.schala, Et hoc inditium tollitur probando bonam vocem, & famam illius in cuius domo vel dorso visa est res, & quòd non sit solitus comittere talia, vel probando a quo habuerit mutuo res ipsas, vel probando quòd alter accepit res ipsas, puta schalã, vel arma, D.Iacob.nouellus d.ver.schala, Sal.l.fi.C.de quęst. Blanchus d.ver.schala. 881

Quartum inditium erit contra illum apud quem res furto subtracta, vel damni dati, vel occisi aut delicti commissi sit reperta l. in ciuilem & l.ciuile C.de fur.Bar.d.l.fi.vbi Blanchus nu.416. ver. furtiua, & numero. 417. versiculo quod autem, Salic. & Angel. l. 882

fi.C.

fi.C.de quæft. Er ita etiã fecundum communiter contingentia accidit,& vfu compertum eft pluries effe verum,Sed tunc non erit inditium ad torturam,nifi ille apud quem præmiffa reperiuntur fit confuetus committere furta,Alex.con.5.in cafu nu.2. vol. 1. Blanchus d.nu.417.nifi probet a quibus præmiffa habuerit, D. Iac. Nouellus tra.ad defenfam nu.148.ver.res & nu.149.ver. quod inditium , Sed fi probetur quòd fit perfona grauis,& honefta,vel bonæ vocis, & famæ ille apud quem res ipfa fit reperta , & nulla alia adfint inditia,nec adminicula non poterit torqueri,etiam fi non conftet a quo habuerit.Blanchus.d.ver.furriua,Bal.& Sal.d.l.in ciuilẽ Sal.& Ang. l.fi.C.de quæ ft.D.Iac.Nouellus.d.ver.quod inditiũ,Iaf. & alii Doc. l.in actionibus num.40.ff.de in lit.iur.Hyp.prac.cri.§. diligẽter nu. 91.& 96.

883 Quintum inditium damni dati,incendii,furti, & homicidii, & alterius delicti erit fuga,vbi poft delictum commiffum,etiam ante accufationem & inquifitionem,ac citationem contra eum factã quis fe abfẽtauit,vel aufugit,feu latitat,talis enim fugã,feu latitatio facit inditium ad torturam vbi cum fuga concurrunt alia adminicula,puta fama,vel inimicitia,vel alię circumftantæ,& adminicula,& coniecturæ fimul cum leuitate perfonæ, fola autem fuga poft delictum commiffum ante citationem non facit inditium, fed fufpitionem ita latè Lud.Carerius Prac.crim.nu.112.ver.tertium, & not.in l.lege Cornelia ff.ad fillan.Bar.Rom.Iaf.& Doc.in.l.admonendi ff. de iur.Fuga ẽt faceret inditium vbi quis fuit fugatus cum rumore propter delictum Bar.l.fi.ff.de quæft..Lud.Car.d.ver. tertium, Fallit quando fuga poffet modo aliquo colorari,quia tunc non facit inditiũ,puta fi dicat fe non deliquiffe, fed fe abfentaffe quia timebat de facto occidi a confanguineis occifi,vel de facto capi, & detrudi in carceres,vel dicat fe iuiffe pro voto explendo, aut pro mercantiis,& fi hæc poterit probare probabit,alioquin ftãdum erit eius iuramento,cum præmiffa confiftant in eius animo,Lud.Car.d.nu.112. ver.tertium,cum feq.ibi limita tamẽ Bal.& Doc.l. in bonę fidei C. de iur.glo.& Doc.§.fed ifte inft.de act.Mod.d.l. admonendi, Fel. c. nullus de pręfump.Sola etiam fuga poft accufationem , vel denontiam,vel inquifitionem ante citationem abfque aliis adminiculis, & inditiis nullum facit inditium,nec fufpitionem,Bar.l.1.ff.de bo. eo qui fibi mor.confci.Lud.Car.d.ver.3.Et etiam fi reus ftaret cautus domi,vel alibi ne capiatur nõ facit inditium,Bar. Alex. & Ang. l.fi.ff.de quæft.Rom.d.l.lege Cornelia,Lud.Car.d.ver. tertium in fi. ibi fecundo cafu,Fuga autem facta poft citationem,fi cum ea concurrant bannum,puta octo dierum,vel.xxx.facit inditium ad torturam.

ram,Lud.Car.prac.crim.ver.tertiũ in fi.nu.113.in fi. ibi si vero aufu git post citationem,Bal.l.1.C.de her.inst.Pau.de Ca.l. raptores. C. de Epi.& cle.& hoc secundum qualitatem personæ,vel vbi sunt alia inditia,Lud.Car.d.ver.si vero aufugit post citationem in fi. Par.de Puteo trac.sind.ver.tortura il.3.ver.sequitur quæstio in fi.Tho.gra. con.37.Fuga autem,vel attentio fugæ a carceribus in quibus iustè detinetur facit inditium,Lud.Car.prac.cri.num.116. ver. secundo casu,Fallit quando quis aufugit animo redeũdi puta vt iret ad Principem,vel ad votum faciẽdum,& ita fuit reuersus,Lud.Car.d. ver. secundo casu,Bar.l.quid sit fugitiuus §.sicuti ff.de edil. edic. Bal. l. 1.C.de ser.fug.Fallit etiam quando iniustè detinebatur, Lud. Car. d.ver.secundo casu,Hyp.Prac.cri.§.diligẽter,& in Rub. C.de prob. Mod.d.l.admonendi.

Sextũ inditiũ dãni dati,furti,falsi,homicidii,& alterius delicti,est vbi damnum datum,furtum,falsum,vel aliud delictum,cædebat ad commodum imputati,& non alterius,Bart.d.l.fi.& ibi Blanchus nu. 421.ver.res subtracta & nũ.255.ver.qualitas ff.de quæst.Sal.& Ang. l.fi.C.de quæst.per tex.in l.1 .§.sed si quis instrumenta. C.de la. libtol.sed illud non facit sine aliis adminiculis inditium ad torturam Blanchus.d.ver.res subtracta. 884

Septimum inditium erunt minæ vbi minans erat homo potens qui de facili potuisset minas exequi,vel erat solitus minas suas exequi,& vir malæ famæ in eodem genere mali,Nam si post minas factum fuerit damnum vel delictum,erunt minæ ipsæ inditiũ ad torturam,Idem si alia plura concurrant inditia,vt inimicitia,& fama, & alia tunc sufficerent ad condemnandum,& hęc est com. op. Lud. Car.Prac.crim.nu.126.ver.duodecimum inditium,Fallit vbi minãs erat impotens ad talia faciendum , vel homo bonæ vocis , & famæ, & non solitus ad talia faciendum, nec solitus minas exequi , quia tunc non faciunt inditium,maximè vbi calore iracondiæ factæ fuissent minę,nisi alia concurrant & est com.op.Lud.Carer.d.ver.duodecimum. 885

Octauum erit inditium,variatio & mendatium,quæ si sint sola faciunt suspitionem,sed non inditium ad torturam nisi sit cum aliis adminiculis,& coniecturis,seu inditiis quia tunc erit inditium ad torquendum,& est com.op.Lud.Car.Prac.crim.nu.119.ver.quintũ, Bart.& Doc.l.de minore §.plurium & in l.fi.ff.de quęst. 886

Nonum inditium est quòd vicinus loci damni dati, vel furti, seu homicidii , vel alterius delicti commissi præsumitur præmissa fecisse, adeo quòd potest torqueri , & idem contra habentem notam domum, in qua pręmissa sint perpetrata, 887

quia

quia poterit torqueri,tex.in.l.dominus horreorũ,& ibi Bar. & Bal. ff loc. Blanchus.d.l.fi.nũ.412.ver.vicinus.Et hoc vbi agitur criminaliter,& est pœna corporalis,qa pro pœna pecuniaria,quis non potest torqueri,nisi sit pœna corporalis,Cra.con.137. Magister nu.xi.

888 Fallit in vicino bonæ famæ quia contra eum non militat ipsum inditium,Blanchus d.l.fi.num.413.ver.limitatur ff. de quæst. Ias. l. in actionibus col.pen.ff de in lit.iur.

889 Decimũ inditium ẽt ad torturam erit si quis visus fuerit exire locum damni dati,vel furti commissi cum aliquo,etiam si ignoretur quid sit sub veste,nisi talis exiens sit vir probus,Blanchus.d.l. fi.nu. 418.ver.visus.

890 Vndecimũ inditium erit etiam ad torturam vbi persona suspecta visa fuit de nocte ire ad loca suspecta,puta in quibus damnum, furtum,aut delictum sit cõmissum, vel ex eis reuerti,Blanchus. d.l. fi.num.419.visus exire tempore noctis,

891 Duodecimum inditium erit ad torturam fama publica si cũ aliis inditiis,& adminiculis concurrat,alioquin sola fama publica nõ erit suffitiens inditium ad torturam,& est com.op.Lud. Car. Prac. crim.nu.ixi.ver.secundum inditium,Bar.d l.fi.vbi Blanchus nu.311. ver.fama,Ias.& Doc.l.admonendi ff.de iur.D. Aimo Craueta.con. 41.nu.6.Fallit primo in diffamato,& homine malæ famæ,& conditionis in eodẽ genere mali,quia talis ex sola fama poterit torqueri Lud.Car.d.ver.secundum inditium.Fallit secundo in fama vehemẽti,quia illa sola facit inditium ad torturam,Fel.& alii in c. veniens de testi.Ias.d.l.admonendi,Lud.Car.d.ver.secundum inditium,vbi etiam dicit quòd relinquitur iudicis arbitrio quæ dicatur fama vehemens,Hyp.sing.97.fama,Fallit tertio quando fama habet ortum a personis honestis.& fidedignis, quia tunc ipsa sola fama facit inditium ad torturam,Lud.Car.d.ver.secundum inditium,Hyp.prac. crim.§.plurium,& sing.97.fama.Ang.in g o.non a maleuolis, Bal. & Sal.l.ea quidem.C.de accus.Quinto fallit quando cum fama cõcurrit dictum Syndici denontiantis maleficium cum iuramento, Lud.Car.d.ver.secundum inditium,Fallit sexto quando fuit probata fama,& vltra famam fuerunt probatę qualitates,& causę ex quibus fama originem habuerit, puta inimicitia , vel alia consimilia quia tunc fama faciet inditium ad torturam,Blanchus d. l.fi. num. 313.ver.fama ibi si vero vltra.

892 Tertiumdecimum,& aliud inditium erit ad torturam pax habita prætio,secus si gratis,Ias.& Doc.in l. transigere C.de transf.Lud. Carer.Prac.cri.nu.125.ver.vndecimum inditium, & numero. 145. ver.trigesimum,Hyp.Prac.crimin.§.diligenter.ver. quæro vlterius.

Fallit

Fallit quando pax facta fuit in genere cuicunque qui offederit Notario stipulante, vel cum protestatine quòd fit non animo confitiēdi delictum sed expensas, & rancores animi euitandi, Lud. Care. d. ver. vndecimum inditium. Ias. & Doc. d. l. transigere, Hyp. 1. §. diligēter, & ita etiam vidi iudicari per Mag. Doc. D. Iosephum Zanardū Laudum Placentinum, compatrem meum, prętorem Nouariæ bene meritum.

Pratica autē vera ad probandū valorē rerū in omni casu etiā in casu l. 2. C. de rescind. ven. & ad probandū dāni quantitatem, & extimationem erit, quòd iudex deputet exploratores, siue extimatores duos, qui ipsa omnia extimare debebunt, ac referre iudici, & est cō. op. Cagn in l. 2. nu. 256. & ibi Bar. nu. 20. ver. sed propter & Bal. Pau. de Cast. Sal. & alii. C. de res. vē. Qui tamen extimatores prius iurare debent de extimando bona fide & sine fraude. tex glo. Bar. Bal. & Doc. in l. hac edictali §. hic illud. C. de sec. nu. & citari debent partes quando iudex, vel extimatores vadunt ad videndum locum, vel rem pro extimatione facienda, Cagn. d. l. 2. num. 262. Bar. l. theopōpus ff. de dot. prele. Et etiam post didicita testificata mitti possūt ipsi explorat. & extim. ad extimandum, Bal d. l. 2. vbi Cagn. nu. 265. 893

894 Nouaria Vrbs prius Aria dicebatur ab Hercule Ario ægyptio cōdita, teste Marco Portio Catone, qui in eius libro originum sic scribit, Nouaria ante ab Herculis ægiptij nomine Libya, & a cognomine Aria ægyptio vocabulo Leonina, Sed a Liguribus instaurata Nouaria dicta est, Aria enim lingua Caldea siue ægiptia idem est quòd Leo apud latinos, sic & apud Hebreos Ari idem est, quòd leo apud nos, in qua Vrbe Viri Ill. semper fuere præsertim Calcinus & Robaldonus Tornielli in Vrbe Nouariæ Vicarii, Imperiales a quibus descendit Mag. D. Io. Aloysius Torniellus Vergani Dominus pater d. Angelę Torniellę Vxoris meæ, a qua Franciscum Mariam I. C. Iosephum, & fratrem Io. Aloysium equitem sancti Ioannis Hierosolimitani Plotos filios meos masculos suscepi, qui anno præsenti 1556. viuunt. Ex Illustri etiam Catiorum Familia, ex qua Mag. D. Clara Catia mater mea oriunda fuit, innumeri viri ēt euaserunt. Fuit ēt ex mea Plotorum stirpe vir Illustris Litifredus Episcopus Nouariensis, sub Honorio II. & Innocentio II. Pontificibus Maximis, qui Basilicā S. Gaudentij restituendam curauit: Canonicos, quorū domicilia fusa per Vrbem & dispersa erant, vnis ædibus conclusos simul habitare voluit, aliaq́. multa vtiliter, auctoritate Apostolica communitus, egit, Floruit hoc tempore Petrus Lombardus Nouariensis Sententiarum Magister. Fuitq́. ex eadem mea familia Ioannes Plotus Iurisconsultus, testimonio Bartoli a Saxo ferrato

lau-

laudatus,primum Archidiaconus,deinde,vt ex tabula dyptica Episcoporum Nouariæ patet,Nouariensis Ecclesiæ Episcopus,qui pro manutenendo Vrbanum Sextũ Pontificem maximum in sede Apostolica contra Robertum Antipapam appellatum Clementem sextum ex speciali commissione eiusdem Vrbani sexti strenuè se gessit anno. 1387.Vnde Nouaria ciuitas Herculea & Nouarienses Viri Herculei dicuntur. Et fuit ipse Hercules natus in prima hominum propagatione ante excidium Troianum plusquam decẽ millibus annis ægiptiis,qui sunt plusquam octocentum anni ex nostris annis,Pater autem ipsius Herculis fuit Osiris,& fuit Hercules Arius Nouariæ conditor antiquior cæteris omnibus Herculibus, vt inquit Io.Annius Viterbensis in Comentarijs Antiquitatum Berosi in tit.de Regibus Asyriorum,Hercules autem ipse Arius ægiptius teste Beroso Babilonio in eius quinto libro Antiquitatum venit in Italiam transeundo per Celtas,& in ea expulsis Tyrannis,& Gigãtibus per triginta annos regnauit,multas Ciuitates sub eius nomine condendo,inter quas condidit,teste Catone,Nouariam,quæ etiam Romanorum temporibus erat Ciuitas,quę suis legibus,& suis moribus viuebat,& honores Romę capescepat,& non onera cum a P. Cornelio Tacito in eius libr.17. Annalium,Mediolanum,Nouaria, Eporedia,ac Vercellæ nominentur firmissima Transpadanæ regionis municipia,& teste Alciato in.l.municipes ff.de ver.sig. Municipia dicerentur,ac dicantur solum Vrbes quę suis legibus,& suis moribus viuerent , & honores Romę capescerent , & si dicta Municipia quasi honorarij muneris capaces,licet onera non tenerentur, to.ti.ff.de muncip.Vnde cum Nouaria prius Aria diceretur,nota quòd vbi nomen antiquum est mutatum per nouum,quòd non sufficit in libellis,accusationibus,instrumentis,nec aliis exprimi nomen antiquum nisi exprimatur nouũ §.nos vero vbi Cagnol.& Parpalia in Prohem.ff.vet.per illum tex. Sed si nomen antiquum non est mutatum per nouum.Sed nomini antiquo est additum,nomen nouum tunc vtrumque nomen antiquum & nouum debet exprimi, Bar.& Cagnol.& Parpal.d.§.nos vero,tex.in.l.Lucius ff.de fid.lib. sufficit tamen vnum ex eis exprimi.Ias.l.qui extrinsecus num.6. ff. de ver.ob.fol.96.

Hæc sunt quæ fluctuante vniuersa Italia bellicis furoribus,& maxime vrbs Nouaria patria mea nobilissima,composui, dum variis negotiis publicis, & patriæ,& Bellorum essẽ occupatus, quæ gloriosę Virgini Mariæ dicaui, ac dico.

FINIS.

433

# De Blasphemia TRACTATVS D. IO. BAPTISTÆ PLOTI

I. C. COLLEGII NOVARIEN. EQVITIS ET COMITIS, AC PERNATI DOMINI,

*In eius manuscriptis repertus:*

Continens etiam plures declarationes Constitutionum Dominij Mediolani.

*Cum Pontif. Max. Catholicæq; Maiestatis, ac aliorum Principum Priuilegijs.*




*NOVARIÆ In ædibus Francisci Sexalli.*

Superiorum permissu. 1586.


# EORVM QVÆ IN TRACTATV BLASPHEMIAE CONTINENTVR.


De-

F I N I S.

# DE BLASPHEMIA TRACTATVS D. IO. BAPTISTÆ PLOTI. I.C. COLLEGII NOVARIEN. AC EQVITIS, ET COMITIS; IN EIVS SCRIPTIS REPERTVS;

## *Continens plures declarationes Nou. Constitutionum Dominij Mediolani.*





QVVM Blasphemiæ peccatum sit tam atrox, quàm quod maximè, in quo'indies (proh dolor) plerique mortales, salutis æternæ immemores, incidunt, contra quod acerrime est animaduertẽdum si quidem per illud immediatè Diuina offenditur Maiestas, & longè grauius sit ęternam quàm temporalem lædere maiestatem, & maius delictum sit quod fit cõtra Deum, quàm id quod patratur cõtra homines, auct. Gazaros C. de heret. & Manich. c. vergentis in senium ex. de heret. Alex. con. 233. Domini Redemptoris col. 1. nu 2. versi. quinimo videtur in fi. volũ. 6. & quum adhuc pauci hanc tam vtilem, ac quotidianam materiam attigerint, decreui, diuino prius implorato suffragio, pauca de blasphemia differere, nõ vt homines blasphemare discãt, sed vt vnusquisque ab ea caueat, vbi nouerit per quæ verba, aut facta, vel cordis cogitationem comittatur, & vt discentes quę pœnæ blasphemos maneãt, earumq. formidine deterriti, in posterum abstineant, iuxta illud, Oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnę, & vt iudices pariter hæc sciẽtes eã puniant, & quidẽ acerrimè, arg. l. 1. in prin. ff. de iust. & iur. Blasphemiæ igitur materiam agrediar, vt omnes homines ab ea abstineãt, & non abstinẽtes a Iudicibus attociter puniantur, & ne ex ignorãtiæ capite possint se excusare, dicendo, non putabam hoc dicendo, faciendo, vel cogitando, esse blasphemiam, nam sicuti dicebat Scipio, Turpe est militi principis dicere non putabã, ita turpissimum est militi CHRISTI in hac militanti Ecclesia, ac Christiana Republica degenti, vt perueniat ad cœlestem & triumphantem militiam, blasphemare, vel aliter peccare, dicendo, non putabam. Sed primo videamus quid sit blasphemia.



1

1 BLASPHEMIA est crimen læsę maiestatis diuinę atrocissimũ: nephãdissimum: & omnium quorumcumque aliorum delictorum, & malefitiorũ maximũ.grauissimũ,& pessimũ,per quod de Deo optimo maximo,qui est via,veritas,vita,& lux,vel de eius virgine matre Maria sacratissima, aut sanctis eius falsa dicuntur,vt ait s. Augustinus in eius libro contra mendatiũ. quẽ refert,& sequitur diuus Petrus Lombardus sentẽtiarũ Magister,& Theologorũ Monarcha Nouariensis meus, in suis Epistolarũ s.Pauli cõmentarijs doctissimis,cap.4.ad Ephesеos,inci.pobsecro itaq; vos ego vinctus in Domino &c. Est enim blasphemia cum attribuitur Deo quod ei nõ conuenit,vel cum ab eo remouetur,quod ei conuenit,vel cum attribuitur creaturę,quod Deo omnium Creatori cõuenit,& appropriatur,& sic in effectu blasphemia est de Deo falsa loqui vno ex tribus modis prædictis,vt inquit in 2.2.q.13 artic.1.col.1.ver. præterea a quibusdam dicitur &c.in tit.De peccato Blasphemiæ quod opponitur confessioni fidei.Et beatus Antonnius in 2.par.summę tit. 8. cap.7.sub rub.de blasphemia col.1.cum seq. summa Caietana ver. blasphemia,summa Angelica in ver.blasphemia importare videtur,ibi quot sũt species blasphemiæ,summa Baptistiniana, siue Rosella ver.blasphemia,summa Armilla ver.blasphemia,Ioannes Viguerius in eius libro Institutionum sacræ Theologiæ in tit.de blasphemia,Dominicus Soto in lib.8.de iustitia & iure.q. 2. Artic. 3. in tit. verũ periuriũ sit peccatum mortale,& veneran.Frater Alphõsus à Castro Zamorẽsis in lib.de iusta Hereticorum punitione cap. 12.sum.Siluestrina in ver.blasphemia,ac frater Io.Maria Verratus Carmelita in sermone Dominicæ in passione super sacro Euangelio s.Io.cap.8.Dicebat Iesus turbis Iudeorum & principibus sacerdorum, quis ex vobis arguet me de peccato &c. Et præmissa etiam vera esse,& quòd blasphemia dicatur vbi prẽmissa tria concurrant, vel solùm vnum,quodlibet ex ipsis tribus testificãtur summi sacrorum Canonum iuris põtificij,ac sacrarũ legum iuris ciuilis Doctores nostri,Socinus consi.102. incip. In nomine Domini nostri Iesu Christi amen,in præsenti consultatione col.2.num.4.& 5.& 6.vol. 1.Nicolaus Boerius Decis.ccci,Christi &c.præsupono col.1. nu. 1. & 2.& col.3.num.3.ver.sed beatus in 2. par.& Alber. de Ros. in Dictio.ver.blasphemia secundum Ambrosium & Io.Montolo. in Prõptuario ver.blasphemare,Corneus con.181.Incip. in nomine Domini nostri Iesu Christi licet videatur,col. 1. in prin. vol,1. Afflictus, lib.3.constit.Neapol.in rub.54.in constit.blasphemantibus,num.12. versicu. nona dubitatio est &c. Lucas de penna in l. omnes iudices C. de delat. lib.x. Iodochus Damhouderius in eius Enchiridio,siue

Prac.

prac.ctim.tit.61.in rub.de crimine læsæ maiestatis diuinę,nom.xi. ver.est igitur blasphemia &c.Bertachinus ver.blasphemia secundũ Ambrosiũ,& ver.blasphemia dicitur omne maledictũ de Deo & san ctis eius & c. Bossius in tit.de inquisit.n.131.ver.& puniri debet.infi.

2 Et communis opinio sacrorum Theologorũ ac Doctorum omni um, Canonistarum & legistarũ est quòd blasphemia etiam propriè loquendo dicitur non solum omne verbum blasphemię dictum contra Deũ,vel sacratissimam Virginem Matrem Mariam, aut san ctum,vel sanctam,verum etiam omne verbum male dictum,vel per perã dictũ, aut contumeliosum, seu opprobriosum, vel iniuriosũ, seu turpe,vel obscenum,aut maledicum,vel maledictum,siue scele ratum,seu inhonestum,vel vituperosum,seu indignum,aut pudibũ-dum,vel maledictum,siue maledicentia,seu omne verbum dictum in contemptum,vel in despectum,siue in vilipendium, aut paruipẽ dium,vel derisionem,vel in conuitium,aut in iniuriam contra Deũ vel gloriosissimã virginẽ Matrẽ Mariã,vel aliquẽ sãctũ, aut sãctam propriè etiam loquendo dicitur blasphemia, & omnes canones & leges ciuiles,statuta,cõstitutiones,proclamata, & ordines quibus pœna imponitur contra blasphemos, vel pro blasphemia censetur imposita pro quolibet verbo solo ex præ dicta , & vbi loquuntur de blasphemia,censentur loqui in quolibet casu, quo vnum ex prędi-ctis verbis fuerit dictum,nec est aliqua differentia inter blasphema re & maledicere,seu aliquod ex præmissis verbis proferre contra Deum aut virginem matrem Mariam Deiparam,aut sanctum, vel sanctã aliquam,quia semper dicitur blasphemare etiam propriè lo quendo.Bar.in l.item apud labeonem §.ait prætor num.4.ver. quę ro vtrum inter blasphemare & maledicere sit aliqua differentia, & ibi Alex.& Doc.in apostil.ad Bar.ff.de iniur.Ang. de Gambellioni-bus Aret.tra.de malefitijs in glo.ver.verba contumeliosa,& iniurio sa col.3.ver.quæro an inter blasphemare, & maledicere, & ibidem Aug.de Arimino in addit.& Ias.in §.item si quis num.60. ver. alibi dicit inst.de Act.& in l.ait pretor.§.iurari col.3.nu.12.ver.quę autẽ dicatur propriè blasphemia ff.de iureiurã.vbi allegat glo.in c.qua lis.xv dist.& Bal.& Ang.in l.1.C. si quis imp. mal. & Ang. & Io. de Imola in l.his verbis §.1.ff.de hęr.inst.per illum tex.& Bal.in l. igno rantia C.de cri.stel.& Doc.in c.1.& 2.de maledic. Et hoc idem affir mat Alex.in con.233.incip.Domini Redemptoris nostri inuocato suffragio ponderatis his nu.3.ver.hoc refert vol.6. vbi allegat Bar. in d.l.apud labeonem §.sed quod adiicitur ff.de iniur.& Bar.in auc. vt non lux.con.nat.per illum tex.& Bal.in l.2.in fi. C.de reb. cred.& iureiur.Et idem voluit Soc.consilio.102.incip. In nomine Domini

Iesu Christi amen, in præsenti consultatione col. 2. in fi. nu. 6. ver. & omne verbum quòd est maledictum contra Deum, est blasphemia, quia blasphemare & maledicere, quò ad Deum idem sunt, vol. 1. & con. cxix. incip. Dominus Labia &c. præsupponitur col. 2. ver. cóclu dendum est ergo vol. 4. Corn. con. 181. licet nu. 1. vol. 1. D. Aegidius Bossius in tit. de inquisitione, nu. 130. ver. & nemini dubium est, & nu. 131. ver. & puniri debet cum seq. vbi inquit quòd omne verbum sceleratum, vel impudicum, aut maledicum, aut inhonestum, vel in despectum contra Deum, vel Virginē, aut sanctos, vel sanctas quòd est blasphemia, propiè loquendo, & quòd similiter est blaspemia vi tuperosè loqui de Deo, aut Virgine, vel sancto, aut sancta, seu loqui, aut iurare per membra Christi, vel Virginis, aut sancti, vel sanctæ, quæ habuerunt, sed etiam essent turpia si de similibus membris hominum mortalium quis loqueretur: Nam hæc omnia & similia & quodlibet ex eis, etiam propriè loquendo, sunt blasphemiæ, vbi de similibus membris Dei, vel Christi eius filii, aut Virginis Marię, aut sancti, vel sanctæ fieret sermo, nec est aliqua differentia, inter blasphemare & vnū ex prædictis verbis, vel nominare mēbra Christi, vel Virginis, sancti, vel sanctæ pudibunda, vt per Bossium d. tit. de inquisit. nu. 130. ver. Et nemini dubium est & num. 131. ver. & puniri debet, cum seq. Hostien. in sum. de maledicis §. 1. col. 1. Et d. Iodocus Damhouderius in prac. crim. tit. de crimine læsę maiestatis diuinę num. xi. ver. est igitur blasphemia, & nu. 14. ver. blasphemia insuper fit, & nu. 30. ver. Enormitatem quoque, & nu. 31. ver. quo quidem textu. Thomas Gram. Decis. 50. incip. Marcus spatarius num. 6. Cataldinus de Boncompagnis in tract. sindicatus q. lxxix. in ver. adde quòd statuta, Celsus Hugonis dissuti in apostil. ad Bal. in d. l. 2. in fi. C. de reb. cred. & iur. Afflic. in constit. Regni blasphematilus Nic. Boerius decis. ccci. incip. præsupono quot modis, & Nicol. de Montelbero con. 48. incip. An dicere, vol. 1. con. crim. Diuer. Doc. & Annibal Troisius ciuis Cauensis in comento pragmaticę Regni incip. Ferdinandus, in prin. Et hæc est com. op. Nam omne conuitiū aut omnis contumelia, vel turpe, aut iniuriosum verbum, aut omne verbum maledictum, vel prolatum ad despectum, vel derisionem Dei, vel Virginis, vel sancti, vel sanctæ, & omne aliud verbū ex prędictis omnibus per me superius enarratis est blasphemia & hæc est cō. op. vt inquit Clarus in pract. in §. blasphemia in prin. vbi alleg. Bar. in d. l. apud labeonē quā legit cū l. iniuriarū §. sed dicitur quem legit cū §. ait prętor nu. 4. ff. de iniur. & ibidē Clarus attestatur hāc esse cō. op. & allegat Aug. de Arim in addit. ad Ang. de mallefic. in glo. ver. verba iniuriosa nu. 13. & D. Lācillotū Cōrad. Laudē. in eius prac.

prac.in tit.de iniur.num.25.ver.pœna itidē alia est lib.1.cap.ix. de prętore §.3.de offic.pret.in.cau.crim.& ibidē Lācil.ait hāc esse cō. op.& vlterius idē Clarus allegat. Didac.Couar. in c. quāuis fol.57. nu.8.de pactis,& ita fuit per sententiā decisū p sac.cōcil.Regni Nea politani,cōfirmādo in hoc sētētiā latā a magna curia Vicarię,a qua fuerat appellatū ad ipsū sacrū cōciliū,vt attestatur D. Thomas Gra. d. decis.50.incip.Marcus in fi.& in cōstit. Regni blasphen antibus Clar d.§.blasph ver.sed numqd dicere,& Pet.Foller. in prac.crim. Secūdū illā op.tāquā verā & cōmu.iudicauit. sac. conc. Burdegalē se,vt refert D.Nico. Boer. d.decis. ccci.psupono quot modis vol.2. & Tho.Gra.d cōstit.Regni blasphemātibus & in d.decis. 50. incip. Marcus & D. Clarus d.§.blasphemia ver.sed nūquid dicere & D. Di dacus d.c.quāuis nū.9 de pac.& Folerius vbi sup.at ita etiā declara uit Excell.Mediol.Senatus,vt refert D.Clarus d.§.blasphemia,ver. sed nūquid & hæc est vera & veriss.ac cō op.Doct.ōniū,a qua nullus Christianus,& verus Dei cultor & amator debet recedere in cōsu lendo,disputādo,& iudicādo,ac decidēdo,c. ne innitaris de cōstit. maximè cū hęc op.faueat Religioni diuinæ,ac pietati erga Deū,ac Virginē,& sāctos,ac sāctas,& cōsulat saluti animarū,nam cōstat sū mā esse rationē quæ pro Religione facit l.sūt personę in fi.ff. de Re lig.& sump.fun Et hęc ōia probantur ex rub.iūcto c.fi.de maledicis in quo quidē c.fi. fit mētio de pœna cōtra blasphematores,& tamē rub.est de maledicis & non de blasphematoribus ad denotandū q blasphemare,& maledicere,vel aliud verbū inhonestum, vel turpè aut iniuriosū,vel in cōtēptū,aut in despectū, vel in derisionē,dictū contra Deū,vel Virginē,aut sāctos,vel sāctas,est idē met q blasphe mare ēt propriè loquendo,& ita arguit Io.de Anania in d.c.fi. col. 12.nu.17.in fi.ver.Extra glosam quæritur de tribus ex.de maledicis. Loqui ergo falsa de Virgine Maria, vel sācto aliquo, vel sancta est blasphemia vt patet ex his quę dixi sup.Ergo qui aliquod falsū di xerit cōtra Virginem,puta quòd postquam peperit Christū ex Spi ritu Sancto, quòd alios genuerit filios, prout dicebat Heluidius hereticus reprobatus a s.Hieronimo,dicitur qui talia dixit blasphe mus, ex quo sēp fuit Virgo ante partū,in partu,& post partū,vt latè Diuus Hieronimus scripsit cōtra Heluidiū,Si quis etiam de sancto. vel sācta aliqua diceret falsa,esset blasphemus,puta si diceret sāctū Ioannē Euangelistā nō fuisse Virginē,prout sēper fuit in veritate Virgo,vel diceret sāctū Frācisců nō habuisse dono stigmata sacra à Christo,put ea habuit,vel diceret s Clarā fuisse nuptā carnaliter, vel alia falsa similia cōtra sāctū,vel sāctā debacaretur,& dicēdo,fal sa pferret absque dubio talia falsa dicendo contra sāctū, vel sāctā

esset blasphemus &

incideret in pœnā blaſphemiæ,quia dicere falſa contra Deum,vel ſanctos aut ſāctas eſt blaſphemia vt ait ſāctus Anſelmus ſuper eius comento Epiſtolarum s.Pauli cap.3.ad Theſalonicenſes in littera A.& in comēto s.Pauli cap.3.ad Epheſeos in littera B & Corn.con. 181.licet nu.1. vol.1. iūctis aliis per me ſuperius not. Blaſphemia autem contra ſanctum,vel ſāctam quomodo fiat,deſcribit s. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus,Theologorum omnium ſui tēporis facile princeps,in eius cōmento Epiſtolarum s.Pauli, cap. 3. ad Epheſeos in littera B. ſuper dicto diui pauli. 3.ad Collocen. Sic enim inquit, Blaſphemia eſt prolatio verborum contra Deum, vel ſanctos eius,blaſphemia enim eſt per quam de ipſo Deo falſa dicuntur,vel ſāctis eius,& idem Beat.Anſelmus c.3. ad Theſalonicenſes in littera A.ſic in effectu ait deponite blaſphemiā,ideſt prolationē mēdatii contra Deum, contra ſanctos eius, & de ſanctis eius,blaſphemia enim eſt per quam de Deo ipſo dicūtur falſa, vel de Sāctis eius,nec ſolū n blaſphemiam caueatis, ſed etiam quēlibet turpem ſermonem non emiſeritis de ore veſtro,nec per hunc, & os veſtrū & aures audiētium,& mentes eorum maculetis, Petrus Philippus Corneus Peruſinus ſanguine & ſcientia Doctor illuſtris in conſi. 181.incip.In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti licet videarur nu. 1.vol.1.ait blaſphemia contra Deum,& ſāctos,videtur eſſe quoties aliquis detrahit potentiæ,vel alteri qualitati quæ eis conuenit, & allegat Beatum Thomam ſecunda ſecundæ q. 13. Artic. 1. Et ego dico amplius quòd blaſphemia fit & dicitur contra Deum & virginem, & Sanctos,vel Sanctas quoties,vel eis, aut alicui ex eis attribuitur quòd non conuenit ei,vel eis,vel alicui ex eis,vel cum ab eo, vel eis, aut alicui ex eis remouetur quod ei, vel eis, vel alicui ex eis cōuenit,vel cum attribuitur aliis,maximè mortalibus & peccatoribus quod eis conuenit,vt dixi ſupra ver.blaſphemia,eſt cum attribuitur.Eſt etiam blaſphemia ſi contra Deum, vel ſacram virginem Mariam,vel Sanctos,vel Sanctas,aut vnum ex eis proferātur verba maledica,vel maledictionis,vel verba iniurioſa,aut contumelioſa,ſeu turpia,vel inhoneſta, aut pudibunda,vel ſcelerata, ſeu indigna,aut falſa,vel ſimilia de quibus dixi ſuperius.ver.vera & cōmunis opinio Doctorū,vnde dicens maledicta ſit Virgo Maria, vel maledictus ſit Sāctus Io. Baptiſta,vel Sāctus Frāciſcus,eſt blaſphemus vt patet ex his quę dixi ſup.Loquēs etiā per verba naturalia, ſed pudibunda Virginis Mariæ,vel alicuius Sācti,vel Sāctę,vt faciunt aliqui dicentes potta della Vergine Maria vel alterius Sanctæ dicitur blaſphemare,& debet puniri, licet enim habuerint Virgo Maria

ria & Săcti & Săctæ omnia mébra eorũ sexui respectiuè conuenientia prout habent alii homines vtriusque sexus, congrua congruis referendo, tamen non licet loqui de eorum mẽbris etiã naturalibus pũdibundis, quia dicitur blasphemia cum sint verba turpia & inhonesta, vt patet ex his quæ dixi sup. Sed loqui, vel iurare per mẽbra nõ pudibũda virginis Mariæ, & Sanctorum, ac Sanctarum, puta per eorum caput, vel cor, aut brachium, vel capillos nõ est blasphemia, quia & loqui per eadem membra Christi non est blasphemia quia Christus tamquam homo & virgo Maria & Săcti & Săctæ habuerũt & respectiuè habent omnia membra quæ habent alii homines Car din. Caietanus in sua sũma ver. blasphemia, circa fi. Et pro hac op. faciunt quæ dixi sup. Præmissa intellige dummodo contra ipsa mẽbra honesta virginis, vel săctorum, aut sanctarum non dicantur aliqua verba scelerata, vel turpia, vel inhonesta, seu maledicẽtia, quia tunc essent blasphemiæ, sicuti si dicerentur contra ipsã Virginem, vel Sanctum aut Săctam, & est com. op vt videre poteris ex his quę dixi supra. Tribuens autem săctissimæ Virginis Mariæ, vel Săcto aut alię Santę membra quęnon habuit nec habet, puta dicens per membrum virile S. Agathę, vel per vuluam s. Francisci, vel duo capita s. Blasii est blasphemus, quia eis attribuit quod non habẽt nec habuerũt vt dixi supra.

Viso Quid sit blasphemia, modo quotuplex sit est discutiẽdũ, & 3 dic ꝙ est triplex, Prima, quæ fit tantũ corde, & nõ ore, vbi quis in corde suo attribuit Deo, quod ei nõ cõuenit, vel a Deo remouet ꝙ ei conuenit, vel tribuit creaturæ quod soli Deo Creatori conuenit, pręmissa insipiens in corde suo ruminando, vel faciendo, & non ore. Secunda dicitur oris Blasphemia quia stultus quod corde cogitauit, profert etiã ore aliquid circa præmissa. Tertia dicitur blasphemia facti, puta vbi quis facto blasphemat, puta frangendo, vel percutiendo imaginem Domini nostri Iesu Christi, vel sacræ Virginis Mariæ, aut sanctorum, vel sanctarum, Dauid de cordis blasphemia facit mentionem dum Psalmo sic cecinit, dixit insipiens in corde suo non est Deus. Et D. noster Iesus Christus de cordis & oris blasphemia loquitur, dum in Math. ait ex corde exeunt. De blasphemia duplici, cordis tantùm, & blasphemia oris scribit S. Thomas de Aquino in secunda secũdæ q. 13. incip. Deinde considerandum & in 4. sen. dist. 14. & Beatus Antoninus Archiepiscopus in 2. par. summæ tit. 8. cap. 7. sub. rub. de blasphemia, Et de blasphemia tripli ci cordis, oris, & facti Summa Angelica ver. blasphemia, in prin. ac sum. Siluestrina ver. blasphemia in prin. Soc. con. cxix. col. 2. ver. cõfirmatur hoc idẽ in fi. vol. 4. vbi Săctus Thomas, s. Antoninus, sũma Ange

7

Angelica, summa Siluestrina, & alii superius relati, dicũt q̃ vbi quis in corde tantùm, derogat diuinæ bonitati, negando aliquid de Deo quod sibi conuenit, vel asserit in corde aliquid de Deo quod sibi non conuenit, vel in corde tribuit creaturæ, quod est tribuendum Creatori, quòd est blasphemia cordis tãtùm, si verò talis blasphemia fiat in ore, & blasphemia oris, quæ blasphemia oris opponitur confessioni fidei & caritati diuinæ, vt dicunt præmissi Theologi, blasphemia facti est si quis imagines sanctorum seriò verberat, conscindat, vel in terram proijciat l. non contrahit ff. ad legem iul. ma. ibi nec qui lapide iactato incertò, statuam fortuitò attigerit crimen læsæ maiestatis commisit, ergo si seriò fecisset, & non fortuitò, bene commisisset, imo plus probat. tex. in c. si canonici §. cæterũ de offic. ord. in 6. quod percutiens tales imagines, etiam non seriò, grauiter punitur, & de facti blasphemia tractat Iodocus Damhouderius in Enchiridio in Rub. de crimin. læsæ maiest. di. cap. 61. nu. 25. ver. cæterum notandum est, & dicam infra.

4 De triplici blasphemia videlicet cordis, oris, & operis ponit s. Thomas 2. 2. q. 14. tit. de blasphemia in Spiritum Sãctum in 1. Artic. ver. ad primum ergo dicẽdũ cordis blasphemia, sicuti & heresis cordis nõ potest probari in hoc mundo, vbi nec verbo, nec scriptis, nec facto venit ad illam, ergo nec puniri in hoc seculo potest, quia Ecclesia militans non iudicat de occultis, ergo occultus blasphmator sicuti & occultus hereticus non potest in hoc seculo puniri, quia eorum blasphemia & heresis stat in eorum corde, cuius scrutator est solus Deus & hæc est Theologorum fere omnium receptissima sententia, vt attestatur Clarus, in prac. crim. §. heresis, ver. Quæro an occultus hereticus, vbi allegat Simancham tit. de heret. c. 42. num. 1. cum seq. Et hoc idem voluit Lud. Carer. trac. de heret. num. 3. ver. & dixit Felin. trac. de conatu col. 2. ver. quartus casus est, Et licet quò ad Deum, qui noscit secreta cordis hominum, sit hereticus & blasphemator, & per consequens quò ad Deum excommunicatus, quia sola voluntas cordis, vel credulitas constituit quem hereticũ, & blasphematorẽ, tex. in c. excommunicamus §. credẽtes de heret. Fel. d. ver. quartus casus est, Bal. l. si quis non dicam rapere col. 1. nu. 2. ver. venio ad op. in fi. C. de episc. & cler. Et habetur in sacro Euang. qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo, attamen in hoc seculo blasphemus occultus & hereticus occultus non potest puniri, quia ecclesia militans non iudicat de occultis cordis, cuius solus Deus est scrutator, Bal. d. ver. venio ad op. in fi. Fel. d. ver. Quartus casus est Lud. Car. d. ver. Et dixit Ill. D. Iulius Clarus d. ver. quæro an occultus, & hæc est com. op. non

enim

enim deficit ius sed probatio l.duo sunt titii ff.de testam.tut.Fallit vbi iudici,vel inquisitori constaret de heresi cordis,vel blasphemia cordis,per confessionem heretici cordis, vel blasphemi in corde, quia licet in eo non appareant alia signa heresis nec blasphemiæ, iudex,& inquisitor posset & debet eos punire etiam quòd solum in corde fuerint heretici, aut blasphemi. Nam in heresi & blasphemia sola deliberatio mentis sufficit ad perpetrationem delicti,eo quia talia delicta non requirunt aliquid ab extra, sed perfitiuntur sola mentis cogitatione,& ita inquit bal.d.l.si quis non dicam rapere col.2.nu.2.ver.venio ad oppositum,ibi istud tamē fallit in heresi C.de Epis.& cler.Fel.tra.de conatu,col.2.ver. quartus casus est, Io. de Anan. in c.si quis Episcopus colum. 2. in fi.nu.6.ver.numquid autem ad perpetrationem de heret.& in c.consuluit colū.3.ver. adde prædictis de vsuris,D.Frācıscus Ponzinibius Placen.tract.de lamiis num.69.ver.sexta est quod licet, Lud.Carer.tract.de heret.num.3. ver.Et dixit:per D.Clarum prac.crim.§.fin.q.91.ver.quæro numqd ex sola cogitatione. Et hæc est cō. op.quam nota,quia hoc procedit fauore fidei,& cultus diuini,quia in heresi,& blasphmia sufficit mētis cogitatio & deliberatio. Nam in aliis delictis regulariter mētis cogitatio non punitur,vbi stat in meris eius terminis vltra non progrediens,l.cogitationis ff.de pœnis l.si fugitiuus & l. sæpe in fi. ff.de ver.sig.& l.infitiādo ff.de fur.bal.hyp.& alii d.l.si quis non dicā rapere C.de epis.& cler. Alb.de Ros.in 2.par.stat.q.168.incip quærit,& Bal.l.non.ideo minus,col.6.ver.Sexto quæritur de accus.Ponzin.trac.de lamiis num.69.ver.sexta est quod licet.Et præmissa intelligo procedere etiam si aliter non constaret de delicto heresis aut blasphemię nisi per solam confessionem blasphemi aut heretici,quia sufficit vt cōdemnetur,dummodo talis cōfessio sit verisimilis,vel vera,Ponzinib.trac.de lamiis num.70.ver. septima quòd licet,Lud.Car.trac.de heret.num.3.ver.& dixit,& in dubio confessio præsumitur vera & verisimilis,nisi confitens probauerit contrariū, l. generaliter.C.de nō num.pec.In aliis autem delictis ex sola confessione quis dānari non potest, nisi constet de delicto, aliter quā per confessionem,Ponzin.d.uer.septima licet,vbi allegat Bar. l. 1. §.item illud ff.ad sillan.Fel.c.auditis de pręscrip.Bal.Aut. sed nouo iure,C.de ser.fug.D.Bosius tit.de delicto. Crede autem quòd de heresi cordis, & blasphemia cordis,quis non possit puniri, etiam si eam fateretur, vbi in corde non fuit deliberatio heresis, vel blasphemiæ, sed quidam primus motus cordis blasphemandi,vel heresis,nec verbo, aut scripto,nec facto venit ad actū blasphemiæ, nec heresis,& in tali primo motu,quis non perseuerauit,sed eum pœni

B tuit

tuit incontinenti,quia primi motus non sunt in potestate hominis Bal.d.l.si quis nō dicam rapere,col.2.n.2.ver.venio ad oppositum, ibi,quia motus cogitandi non sunt in potestate nostra.C. de Epis.& cler. Debet tamen talis Deum orare,vt eum non inducat in temptationem,& liberet eum ab omni malo,& a talibus peruersis,etiã primis motus cogitationibus, vt habetur in oratione Dominicali, qua dicimus pater noster &c Et ne nos inducas in temptationē,sed libera nos a malo,Nam & diuus Paulus vas electionis orabat Deū, vt a talibus peruersis cogitationibus eundem liberaret,quia sentiebat stimulum carnis,& aliam legem repugnantem &c.

5 Non solum corde,vel verbo fit blasphemia,verum etiam facto solo absque verbis,& corde fit blasphemia,factis enim, vel actu sicuti verbis declaratur animus.l.Paulus respondet,ff.rem rat.hab.si quis ergo Dei,vel Crucifixi,aut sacrę Virginis Matris,Marię, vel sancti, aut sanctę,imaginem,vel picturam seriò,siue dedita opera, & ex industria verberet,conscindat,vel in terram proiiciat,aut deleat,vel in eam spuat,vel luto,vel aliis spurcitiis maculet, aut deturpet, ex hoc tam actu nephario,etiam absque aliquibus verbis,dicitur blasphemare,& incidit in crimen blasphemiæ,& læsę maiestatis diuinæ.Nam si quis seriò & dedita opera imaginem,vel picturam Imperatoris,aut Regis,vel alterius principis destrueret, vel deleret, vel lapides in eam proiiceret,vtique incideret in crimen læsæ maiestatis humanæ,& deberet puniri,vt est tex.arguendo a contrario sensu in l.non contrahit & in l.qui statuas,ff ad leg.iul.maiest.& patet ex tex.in d.l.non contrahit ibi, nec qui lapide iactato incerto, statuã fortuito attigerit.crimen Maiestatis commisit.Ergo multo magis præmissa faciendo contra picturas,vel imagines Christi,& eius Matris,& sanctorum,ac sanctarum incidit in crimen blasphemię, & lęsæ maiestatis diuinę,cum grauius sit æternam quàm temporalē lędere maiestatem,Auc.Gazaros. C. de heret. si seriò & ex industria fecisset præmimissa,& non fortuitò,proculdubio cōmisisset ipsum crimen lęsę maiestatis, cum validissimum sit argumentum a cōtrario sensu l.1.ff.de offic.eius cui mand.est iurisdic. Et quòd præmissa faciens dicatur blasphemus & esse blasphemiã,& blasphemare vult in spetie D.Iodocus Damhouderius in prac.cri. cap.61.in rub. de crimine læsę maiestatis diuinæ, num.25.ver. cæterum notandū est, & Mat.Afflic.in constit.Regni blasphemantibus ver.octaua dubitatio est,Io.de Anan.c.fi.nu.14.ver.quęro iusta prædicta de maledic. Fran.Tigrini,& Doc.l.non contrahit ff.ad leg. iul. ma. Quicunque ergo dolosè,& dedita opera fregerit, aut deleuerit, vel percusserit aut deturpauerit statuam, siue imaginem,vel picturam, aut tabulã

in qua fit imago Dei, vel Crucifixi aut gloriosis. virginis matris Mariç, vel sanctorum, aut sanctarum, vel alicuius ex eis, dicitur ipso facto blasphemare, & debet pœna mortis, & vltimi suplitii puniri, ita not. inquit Angel. in l. ex Senatus consulto per illum tex. ff. ad leg. cor. de Sicariis, vbi lex inquit in hunc modũ, ex Senatus cõsulto eiusdem legis, pœna damnari iubetur, qui mala sacrifitia fecerit, habuerit, & idem Ang. Disput. incip. in refulgenti, Et eundem Ang. refert & sequitur Hypolitus de Marsiliis in practica criminali §. & quia, numero vigesimo quinto versiculo vlterius scias, & pro hoc est bonus textus in capitulo secundo. §. finali de offic. ord. in 6. & ibi glosa & Doctores per illum textum, Bartol. Cassane. in consuetud Burgund. rubrica prima des iustic. & droictz, dicelles numero 59. ver. additio quantũ ad blasphemiã, Lancil. Conrad. §. tertio de officio Prętoris in causa criminali num. vigesimo quinto. in fine ver. sicut pœna, Iodocus prac. crim. rub. de crim. les. ma. di. num. 25. ver. cæterum notandum est in fi. per. tex. in d. l. ex Senatus consulto ff. de sic. & in l. 1. C. Nemini lic. sig. Saluat, & ibi glo. & Doc. Vnde ius canonicum ex concilio generali Lugdunensi, & Gregorius decimus summus Pontifex Maximus, cõtra eos qui præmissa fecerint sic statuit, in c. 2. §. cæterum de offic. ordin. in 6. sanciend. in hũc modum, videlicet. Cæterum detestabilem abusum horrẽdæ indeuotionis illorum, qui Crucis Beatæ Mariç Virginis, aliorumq́ sanctorũ imagines, seu statuas, irreuerenti ausu tractantes, eas in agrauationem cessarionis huiusmodi prosternunt in terrã & vrticis, spinisq́. supponunt, pœnitus reprobantes, aliquid tale fieri de cetero districtius prohibemus: statuentes vt in eos qui contrafecerint, vltrix ꝓcedat dura sententia, quę delinquẽtes sic puniat grauiter, quòd alios a similium præsumptione compescat. Et ita formaliter inquit tex. in c. 2. §. cæterum, de offic. ord. in. 6. Ex quo textu nota, quòd signum Crucis Domini Nostri Iesu Christi, in qua pepẽdit salus Mũdi & Redemptor Dominus Noster Iesus Christus, nõ debet vituperari, sed honorari, Et quòd plus est, festum s. Crucis debet solemniter celebrari. c. Crucis de consec. dist. iii. Archid. d. c. 2. §. cęterum. Et conculcans dolo malo, & in vilipendium Crucẽ, & sic signũ Saluatoris Domini N. Iesu Christi, vel de ea aliter faciens vilipendiũ debet morti, & vltimo tradi suplitio, & ita consuluit Bart. consilio 6. incip. mulier striga, numero octauo, versicul. item cõfitetur, quod consilium est impressum in primo tomo consiliorum criminalium diuersorum Doctorum, in quo quidem consilio consuluit Bar. quòd cum quędam mulier dedita opera confecisset crucem ex palleis



11

vt illam pedibus conculcaret eamq́. sic conculcasset eius pedibus, quòd talis mulier debebat morte & vltimo affici suplitio per tex. in l.1.C.nemin.liceat signum Saluar.Christi humo,vel in silici,vel in marmore insculpere aut pingere. Et signum Crucis adeo est hono randum quòd sub pœna mortis & vltimi suplicii non debet sculpi, nec pingi in loco, quod possit pedibus calcari, & ita ait tex. in d. l. 1.C.vt nemini lic.sig.sal.Christi humo,vel in silice, vel in marmore insculpere aut ping. In quo loco Imperatores, Theodosius, & Valent. Augusti sic statuerunt,videlicet.Cum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionē tueri,signū Saluatoris Christi nemini licere,vel in solo,vel silice, vel in marmoribus humi po sitis insculpere,vel pingere,sed quocumque reperitur tolli,grauissima pena mulctando eum qui contrarium statutis nostris tentauerit spetialiter imperamus,Et ibidem glo.in ver.grauissima,in d.l.1.interpretatur pœnam grauissimam id est pœnam mortis,vt etiā ibidem dicunt Salic. Ex eodem tex.c.2.§. cæterum de offic. ord. in 6. in ver.statuas,collige quòd statuæ Dei,vel Virginis Marię Matris, vel sanctorum, ac sanctarum non debent violari,nec viruperari, nec deturpari,nec frangi,& ita S.Gregorius Papa ad s. Serenū Episcopū Masiliensem rescripsit, vt patet in eius libro Epistolarū lib. nono cap.ix.cuius Epistolæ verba habentur transumptiuè in c. perlatum de consecrat.dist.4.

6 Imagines Dei ac Crucifixi,& Virginis Matris marię, & sanctorū, ac sanctarū,ad memoriam & recordationem eorum quos præsentant debent venerari,sed ipsis imaginibus non seruitur cultu diuino,nec debent violari.c.perlatum & c.venerabiles de cōsec. dist. 3. vbi sunt textus s.Gregorii ex sexta sinodo pręmissa dicentis, Et licet Felix quidam hereticus, & Leo Tertius Imperator, & Ioannes Vuiclef, ac Martinus Lutherus prolapsi fuerint in heresim, deleri faciendo Dei ac sanctorum imagines,tamen in omnibus sacrosanctis Catholicis & generalibus conciliis condēnati fuere, & in eis sancitum fuit imagines ac statuas & picturas Dei,Virginis, ac sanctorum & sanctarum permanere debere,vt refert Reueren. pater Fra. Domin.Soto tit.de iustitia & iure q.4.de præceptis decalogi Artic. 2.& solemnis author Vualdensis tomo 5. de Sacrām. cap. 150. Triplex enim consideratio debet haberi de ipsis imaginibus adorādis prima si adorentur adoratione latriæ,hoc est cultu Deo debito, ac si numen in ipsis diuinum insit, & hęc est idolatrię impietas,quæ a Deo prohibetur tamquam nefandum crimen,primo pręcepto contrarium,ob idq́. simul componitur non facies tibi sculptile, neque adorabis ea, idest non facies vt tamquam Deum adores, & hoc pa

cto-

eo intelligendus est tex.s.Gregorij ad s.serenum Episcopum Massiliensem,qui refertur in c.perlatum de cōsec.dist.3.vbi laudat beatum Serenum quòd imagines adorare vetuerit, insimulat autem q illas infregerit;adorabantur enim à Massiliensibus tāquā Dii;Ideo munus erat Episcopi docere non sic esse adorandas, frangere autē nequaquàm,vt declarat Reuer.Fr.Domin.Sotto.q.4.artic.2.de iust. & iur. circa fi.ver.prima si adorentur.Secundo huiusmodi adoratio consideratur tamquam periculo ei posita idolatrię, & hac ratione Deus in veteri testamento antiquum populum ab huiusmodi imaginibus,vehementissimè absterrendum duxit, quippe quem nouerat ad id vitium propensissimum,non ob id solum quòd leuis erat ac sensibus deditus,atque adeo sensualibus simulacris,prout quando Vitulum aureum adorauerat,verum quòd tū in Aegipto fuisset nutritus, vbi astra Cœli & infima terræ animalia adorabantur,tum & inter Chananeos,& Iebuseos,aliosq́. idolatras vitam ageret: itē quia illo tunc temporis cum Deus non sicut nobis in forma humana apparuisset,nulla tunc vt Damascenus scribit lib.4.cap. 17. exprimi poterat sensuali effigie.Et ideo neque sacrorū simulacrum vllum tunc permittebatur, sed tantùm illa quibus diuina Maiestas cum terrore conspectui illius sensualis populi obiiceretur. In hoc enim munus illa Cherubin,Exod.25.præcipiebantur ex vtraque parte oraculi effingi, non inquam vt sicuti a nobis modo Angelorum imagines tamquam aduocati nostri adorantur,susciperentur,sed vt tremenda diuina maiestas fieret illis venerabilior, vt refert Dom. Soto.d.q.4. Artic 2.de iust.& iur.in fi.ver.secundo huiusmodi adoratio. Tertia denique imaginū cōsideratio est quatenus in illis Deus ipse, & sancti repræsentantur; sunt enim imagines,statuæ, & pictuę Dei, Virginis,& sanctorum quædam vulgarium scripturæ,Diuos ipsos in memoriam reuocantes,tū vt ipsos de suis claris gestis veneremur, tum etiam vt nos ipsos eorum exēplis informemus,Atque hac ratione bonum est ipsas imagines venerari,vt ait Fr.Dom.Sotto d.q 4.Artic.2.de iust.& iure in fi. ver. tertia denique imaginum cōsideratio,vnde ad pedes imaginis D.N.Iesu Christi Filii Dei omnipotentis potest hoc pulchre dictum scribi,Christū non istum, sed Christum adoro per istum.Hęc etiā ad Christi figura poni poterit,

Nec Deus est, nec homo, pręsens quā cerno figura,
Sed Deus est homo,quem signat sacra figura.

Arbitror opere prętium esse videre, an dicatur blasphemia, siue 7
contra Deum optimum Maximum,siue contra sacratissimam Virginem Matrem Domini Nostri Iesu Christi Filii Dei Omnipotentis,siue contra sanctos,vel sanctas,aut sanctum,vel sanctam,fiat,vel dica-

logorum canonistarum,& legistarum opinio a qua nullus discrepat nisi sit hereticus, vt patet ex prædictis Doctorum authoritatibus.

Et si apud nos mortales, si fit iniuria filio, aut sponsæ, vel vxori, alicuius, etiam pater, sponsus, maritus, socer, dicitur eam pati, vt habeat actionem iniuriarum tex.in §.patitur autem, quis & ibi glo. inst.de iniur.vbi Ang. Aret.& alii Doc.& tex.in l.eum qui nocêtem §.fi.& in l.item apud labeonem §.sponsum ff. de iniur. Et si iniuria facta vni de cognatione, vel agnatione, aut affinitate, vel de Domo aut parentela censetur facta omnibus de illa agnatione, cognatione, & affinitate, domo, & parentella, adeo quòd nullus ex eis potest in ipsa causa esse iudex, nec testis & quilibet de ipsa domo, vel agnatione, aut cognatione, seu parentela potest agere actione iniuriarũ criminaliter ad accusandum, licet non possit agere ciuiliter ad extimationem iniuriæ, etiam quòd crimen sit priuatum tex. in l. lex Cornelia in prin.& ibi glo ver.eorum,& Bar.col.1.nu.1.& ibidem Alex,& Doc.in apostil.ad Bar.ff.de iniur.Bald.l.1.col.2.C.de rap. virg.& in l.1.per.illum tex.C.si quacunque præd.pot.Alex.con,115. col.1.vol.4.& con.24.col.5.vol.2.& con.14.col.1.vol.3.& consi.70. col.3.& con xcix col.2.vol.1.Fel.c.litteras de præsump.Bar.l.cum scimus C. de agric. & cen.lib.xi.Abb.Panor.in c.cum oporteat col. 2.de accus.Rob. Maranta in par.6.de ordine iuditiorum in sexta & vlt.par.incip.sexta & vltima pars num.58.ver.Et ex prædictis infero,& nu.59.ver.item ex prædictis,& nu.60.ver. limita tamen. Et in tantum hoc procedit quòd si aliquis passus fuit iniuriam in suã personam,& ante accusationem, vel post transegit cum offendente & remisit sibi omnem iniuriam, potest alius consanguineus offensi accusare criminaliter illum offendentem, nõ obstante remissione offensi, illa ratione atenta, quia iniuria facta vni cẽsetur facta omnibus de sua agnatione, cognatione, & affinitate, parentela, ac domo, vt supra dixi, quia remissio,& transactio vnius non nocet alteri accusare volenti, quia talis dicitur suam propriam prosequi iniuriam, Bar.l.transigere col.fi.& ibi Bal.col.pẽ.circa fi.& Ias.C.de trãsac.Maran.d.ver.& ex prædictis infero, nec prodesset accusato dicere, Ego habui remissionem ab eo qui fuit principaliter offẽsus, quia iste agnatus venit pro iniuria propria, item non potest prodesse dicere quòd tu fuisti præuẽtus ab offenso qui prius accusauit, quia nõ dicitur præuenisse qui destitit per transactionem, vel remissionem Bal.in dicta l.transigere columna finali,& ibidem Fran.de Accoltis Aretinus columna pen.in fi.& Ias.C.de transactionibus, Rober. Maranta dicta sexta parte de ord. iud. numero 58. versiculo & ex

præ

15

& Bar. in l. si. ff. de pri. del. sed tales cōsanguinei, & affines etiā si essent fratres iniuriam passi non possunt agere ciuiliter pro tali iniuria, ad extimationem iniurię, nec aliam pœnam eisdem applicandam Bar. Alex. Frā. Aret. & Doc. in l. si ita stipulatus § Grisogonus in fi. ff. de ver. oblig. Bar. in l. lex Corne. col. 1. ff. de iniur. Soc. cō. 228. col. 3. in fi. vol. 2. Bal. c. 1. §. similiter col. 1. in fi. quib. modis feu. amit. Rober. Maranta d. 6. par. de ordine iuditiorum num. 61. in fin. ver. & per istam distinctionem puto, Et hoc puto verum nisi iniuria dicta, vel facta vni sit etiam facta vel dicta alteri, seu omnibus de agnatione, puta vni fuit dictum quòd sanguine est vilis, nam hęc iniuria dicta videtur omnibus de illo sanguine, si sunt nobiles, & possunt omnes non solùm criminaliter, de quo non est dubium, verū etiam ciuiliter agere ad extimationē iniuriæ, vel marito dictum fuit quód est cornutus, vel bechus, vel maritus meretricis, nam tūc hęc iniuria, non solùm mariro principaliter videtur dicta, verum etiam censetur dicta principaliter vxori & ideo, licet vxor pro iniuria dicta marito non possit agere, defendi enim vxores a viris, non viros ab vxoribus ęquum est tex. in §. patitur instit. de iniur. Attamē pro prædicta iniuria dicta marito, quòd est cornutus, bechus, vel maritus meretricis, potest vxor & ciuiliter ad extimationem iniurię & criminaliter agere pro tali iniuria dicta marito, & remissio & pax mariti non nocebit vxori agenti ciuiliter, vel criminaliter accusanti pro tali iniuria, quia tunc vxor non agit pro iniuria mariti, sed pro iniuria sua propria, & sic ipsa constitutio Mediolani volēs quòd pro iniuria verbali non agatur nisi ad quærelam, & instantiā partis, non nocebit vxori, quia ciuiliter & criminaliter agere poterit, etiam quòd maritus remisisset, cum & vxor etiam dicatur pars pro tali iniuria dicta marito, Ang. Aret. d. §. patitur col. 2. ver. Nota vxorem inst. de iniurijs. Et tūc omnes illi de agnatione pro iniuria verbali dicta vni de agnatione, quæ omnes tangat, puta quòd est sāguine vilis, vel dicta mariro quòd est cornutus aut bechus, vel maritus meretricis, possunt & ciuiliter agere, & crimininaliter accusare, & remissio ac pax vnius, puta mariti, vel illi cui dictū fuit quod est vilis sanguine non nocebit alii agenti, vel accusanti, nec vxori quia suam iniuriam dicūtur prosequi, & dicūtur partes, & sic dicta constitutio in §. inoleuerat non nocebit taliter sic agenti, etiam quod ille cui principaliter dicta fuerit iniuria non egerit nec accusauerit, & si egit, remissionem fecit. Sed quæro vsque ad quem gradum admittantur consanguinei ad accusandum, & prosequendum suorum iniuriam tamquam propriam vt supra dixi, & dic quòd parētes, patroni, vel patronæ & eorum liberi, frater, & soror, socer vxor,

1.num.69.ver.istud enim peccatum superat. Et hoc comprobatur, quia longe grauius est æternam quàm temporalem ledere maiestatem,& maius est delictum quod fit contra Deum, quàm illud quod patratur cōtra homines,tex.in auct.gazaros C.de heret.& manich. & in c.vergentis insenium ex.de heret. Alex.con.233.Domini Redēptoris nostri inuocato suffragio,ponderatis his col.1.nu.2.ver.quinimo videtur in fi.vol.6.Et hoc suadetur quia in Exodo c.xx. in primis Decalogi præceptis a Deo Moysi datis,cōtinetur prius pręceptū colendi Deum,& non assumendi nomen eius in vanum,antequā dicatur non occides,non mechaberis,non furtum facies,non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium &c.Ergo assumere nomen Dei in vanū,& tanto magis illud blasphemare,est peius peccatum,quàm hominem occidere,furtum facere,mechari, falsum testimonium dicere,adulterium committere,& alia similia peccata facere,arguendo ab ipso ordine litterę,& pręceptorum sacri Decalogi a Deo Moysi dati.Cauendum est ergo omnibus ab hoc accerrimo, & atrocissimo delicto blasphemiæ ,propter quod Deus fames, pestes, hominum mortalitatem,& Ciuitatum,ac opidorum,& locorum ruinas,& terremotus,ac dessolationes oriri facit,vt inquit Iustinianus Imperator in Auct.vt non luxur.cont.naturam,vbi tex. & ibi not.Doc.Nec est mirum si Deus, ob crimē blasphemiæ,famem, pestem,bella,& mortem inmittat Populis,quia peccatum blasphemię superat tria horribilia peccata,videlicet,primo superat peccata infidelium & paganorum,secundo superat peccatum homicidarum,tertio superat peccatū Iudeorum, Christum Dominū nostrū, mundi Redemptorē crucifigentiū,vt inquit Bar.Cassan.nu.69.ver. Istud enim peccatum &c.primum enim superat peccatum Paganorum & infidelium,nam vt ait s.Thomas 2.2.q.13.in tit.de peccato blasphemiæ quod opponitur confessioni fidei, infidelis & paganus ea de Deo dicit,quæ licet falsa sint,tamen credit esse vera,Christianus verò blasphemans loquitur cōtra veritatem quam credit.secū dum peccatū quod superat blasphemia est peccatum homicidarū licet enim quantum ad nocumentum,maius est peccatum homicidium quàm blasphemia , eo quòd magis nocet homini interfecto quàm blasphemus Deo blasphemato,cui nihil nocere potest, sed quantum ad obiectum,maius peccatum est blasphemia quàm homicidiū,qa homicida licet occidēdo hominē offēdat Deū,tamē principaliter intēdit offēdere hominē,sed blasphemus intēdit principaliter,& directè offēdere ipsū Deū,& dicit etiā magister Ioannes alemanus ordinis minorum in suo quadragesimali sermone 63. q alii peccatores inferūt cōtumeliā Deo in rebus suis , vel seruorū suorū

C 2 sicut fur homi

homicida raptor &c. blasphemus autē infert Deo in propria persona,& subdit ibidem ij se magister Ioannes Alemanus q blasphemia peior est idolatria ,quia Idolatria honorem suum aufert Deo ex ignorantia,blasphemus autem non solùm aufert honorem Deo, sed etiam eidem contumeliam infert sciēter. Tertium autem peccatum quod superat blasphemia est peccatum Iudeorum & aliorū qui Christum crucifixerunt, vnde S. Augustinus inquit,plus peccāt blasphemantes Christum triumphantem in Cœlis , quàm qui crucifixerunt eum ambulantem in teris, & ratio est ut ait Alexander de Alis in 2 par.summæ,quia Iudei non bene cognouerunt ipsum esse Deum dicente S.Paulo Apostolo,si cognouissent numquam Dominum gloriæ crucifixissent &c sed qui nunc blasphemant cognoscunt ipsum esse Deum.præterea iudei non promiserunt ei fidem in sacro Baptismate sicut Christiani.& ideo maior est iniuria ratione maioris ingratitudinis, quia Christiani maiora receperūt beneficia à Deo quam iudei,Et dicit etiam s.Hieronimus super Matheū quod blasphemus peior est Iudeis,cum Iudei scindebant vestimenta sua cum primum audiebant blasphemiam,vt tali signo ostenderent dolorem cordis de iniuria Dei,sicut fecit princeps sacerdotū quando putauit,& male putauit Christum blasphemasse, sicuti patet Math.cap.25.Christiani autem audientes Deum blasphemari modo non ostendunt signa doloris, sed sepe rident & ipsi blasphemant.Et hęc sunt verba pissima & sanctissima elloquentissimi s. Hieronimi,quæ etiam refert Bar.Cassaneus d.con.1. num.69. ver. istud enim peccatum superat tria horribilia peccata &c. Est etiam blasphemię peccatum,adeo atrox,quòd quamuis Maumetes pessimus Heresiarca,& infidelis fuerit, tamen, hanc veritatem in eius Alchorani legibus sanciuit,nephas esse ac grauissimum peccatum blasphemare Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria Virgine & Spiritu Sancto conceptum , & ideo qui Iesum Christum blasphemauerit,per medium debere seccari, & crudeliter interfici,& ita Maumethes,siue mauis Machometus in eius alchorani statuit legibus quòd moriantur & seccentur per medium omnes illi qui Iesum Christum Dominum nostrum blasphemauerint vt refert Bart.Cassaneus con.1.incipien.Burgundiones col.36.num 69.ver. ✻ o Burgundia in fi. Et terribile,& valde formidabile est exemplum quod inducit s. Gregorius in dialogo quarto de pueroquodam annorum quinque,qui a parentibus suis Ciuibus Romanis in delitiis nurritus,pro quolibet minimo Deum maledicere consueuerat,& cum peste superueniente in Vrbe puer ille infectus esset patri cum

inbra

in brachiis tenenti; puer clamare cœpit; obsta pater, Mauri homines capere me volunt, fatiemq. suam abscondere in sinu patris q. tenebat; ne scilicet videret demones, qui apparuerunt in forma Ethiopum nil tamen pater videbat, sicq. exterritus puer Deum blasphemauit, interq. verba vltimum spiritum exhalauit ductus a demonijs in damnatorum infernum, quorum officium ita cito didicerat. Et vltra s. Gregorium ac s. Thomam etiã refert post eos s. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, in secunda parte totius summę tit.7.cap.5.de blasphemia, idest maledictione quę fit multipliciter cõtra Deum, vel creaturas §.2.in fi.ver. terribile est & valde formidãdum &c. Et Nicolaus Boerius Pręses Burdegalensis decis.ccci. incip. Christi benedicti ac intemeratæ & gloriosæ Virginis perpetuę eius pię matris, quorum causa agitur, inuocatis amẽ, pręsuppono quot modis &c.col.4.num.5 ver.& pro hoc terribile in 2. par. Et Bartholomeus Cassaneus d.con.1.& Hostien. in sum. de maledicis, Christus Deus omnipotens, Roberto Regi Francorũ, filio Hugonis Capeti in Ciuitate Aurelianensi reuelauit, quòd pacem in Regno nõ haberet suo donec blasphemias & crimina notoria extirpasset, vt ait glo. Prag. san. in Pi ohem. fol.1x.col.iii.in prin. & refert Nic. Boerius præses benemeritus d.decis.ccci. Christi &c. præsupono, col.5.ver. vnde alia Dei reuelatio fuit, beatus Petrus Damiani, & s. Antoninus in 2. par. sum. tit.8.cap.7.de blasphemia §.iii.ver.quantum ad secundum in fi.ac Boerius d.decis.ccci.col.5.ver. Petrus etiã Damiani, & Bart. Cassaneus d con.1.nu.70. in fi. ver. Narrat etiam &c. referunt quòd cum duo amici, & compatres in Bononiæ partibus ad mensam in conuiuio discumberent allatus fuit gallus coctus, & vnus eorum arrepto gladio pulmentum in frustra dissecuit & minutim eius membra diuisit, tritumq. piper cum liquamine perfudit, quo facto alter ait profectò compater sic minutim diuisisti & explicuisti gallum istum, vt s. Petrus, si vellet reintegrare non posset, cui alter subiotulit plane, nõ modo si sanctus Petrus, sed si Christus imperaret gallus iste non resurgeret, quo dicto repente idẽ gallus viuus coopertus plumis nutu Dei exiliuit, alas percussit & cecinit & plumas excussit, totumq. liquamen super eos qui vescebãtur aspersit, & illico sacrilegi blasphemi in piperis aspersione lepra perfusi fuere, quę plaga lepræ in posteris eorum hereditaria permãsit in finem vsque vnde in famulatum subacti sunt Bononiensis Ecclesię, quæ Beati Petri insignitur Vocabulo. Legitur etiam quòd miles quidam in Diœcesi Remensi cum die quadam blasphemaret Deum, statim percussus morbo caduco coram assistentibus cadens, ac per diem sequentem totum corpus dilacerans animam diabo-

lo co-

lo comendans expirauit vt recitat Bart. Cassaneus d. con. 1. nu. 70. in fi. ver. legitur etiã quòd miles: vbi plura alia exempla recenset. Debent autem Principes & Iudices seuere punire blasphemos, alioquin ipsi peccant mortaliter, quia facilitas veniæ, vel pœna parua & contemptibilis prębet incentiuum delinquendi, vt inquit s. Antoninus Prę sul Florentinus in 2. par. totius summæ tit. 7. cap. 5. de blasphemia, ideſt maledictione quæ fit multipliciter cõtra Deum, vel creaturas §. 11. ver. & offitiales in talibus locis, vnde sanct. Gregorius ait consentire videtur errans, qui ad resecanda quę corrigi debet nó occurrit. c. cõsẽtire d ist. 83. s. Anton. d. ver. Et offitia.

11 Et nota quòd pœnis blasphemię debet puniri non solùm blasphemus, sed ẽt debet pro eadẽ blasphemia puniri ille, puta Titius, qui non blasphemauit, sed malum aliquod iniustè faciendo alicui, puta Sempronio illum vulnerando, aut verberãdo, vel turbãdo in possesfione sua; vel illi negando dare quod est suum, est causa quòd ille Sempronius blasphemauit nomẽ domini, vel Virginis sacratisſimę Mariæ Matris, aut sancti, vel sanctæ alicuius, etiam quòd talis blasphemia fiat præter, & contra voluntatem Titij, tamen Titius debet puniri pœnis blasphmiæ dictæ per Sempronium, etiam quòd Titius non blasphemasset, quia dedit causam Sempronio blasphemãdi, ex iniusto opere, aut dicto, vel facto ipsius Titij cõtra Sempronium & pœna Titii pro dicta blasphemia, non liberabit Sẽpronium, sed vterque Titius & Sempronius debent puniri ob ipsam solam blasphemiam Sempronij, vltra quòd Titius etiam debet puniri de malo eius opere aut dicto iniusto per eum commisso contra Sempronium, vt est de hoc textus in 2. lib. Regum, cap. 12. & cap. 24. & hoc idẽ est de iure communi, secundum quod non solùm blasphemus pœna blasphemiæ debet puniri, sed etiam ille qui non blasphemauit, puta Gaudentius, sed ex eius iniusto operę dicto, vel facto, contra tertium commisso, puta contra Agabium fuit causa, quòd ille tertius puta blasphemauit, certe debet etiam pœna blasphemiæ per Agabium dictæ, puniri ipse Gaudentius: etiam quòd Agabius præter & contra intentionem Gaudentii blasphemasset, vt est tex. iuncta glo. cum ibi not. per doc. in l. quoniam multa facinora C. ad legem Iuliam de vi publica & pri. in qua quidem l. quoniam multa facinora, C. ad leg. iul. de vi pub. est textus ad litteram quòd accedens ad rem ab alio possessam, causa expellendi illum de possesfione, si ea occasione homicidium interuenit, siue ex parte insistẽtis, seu spoliantis, siue turbãtis, siue ex parte resistẽtis, siue turbati, siue spoliati, quòd ob ipsum homicidium etiam a se non commissum est ad mortẽ dãnandus, nó distinguendo a qua parte, nec a quo fuerit occisus, quia

sem

ſemper pro tali homicidio etiam ab alio facto, tenetur aggrediens, ſiue turbator, aut ſpoliator poſſeſſionis alterius, etiam ſi ipſe non occidiſſet, & nihilominus tenetur etiam occiſor & ſi agreſſus, vel turbatus occidit, & poterat ſine ipſo homicidio ſe defendere, tenetur de eo etiam ipſe agreſſus, & turbatus occidens, & de eodem homicidio patrato ab agreſſo ſiue turbato poſſeſſore, tenetur & puniri debet, etiã quòd ipſe agrediens, vel ſpolians, aut turbator, etiam ſi tale homicidium non commiſiſſet, quia cauſam dedit ex tali inuaſione, vel turbatione committendi dictum homicidium ex quo nihil vetat plures de eodem homicidio teneri ac puniri, tex. in d. l. quoniã multa facinora & ibi glo. ver. interremptus & ibi Bar. Bal. & Salic. C. ad legem iul. de vi pub. & priuata. Nam debuit cogitare author violentiæ, quòd violentia eſt apta ad cædes, & vulnera inducenda, & alia damna inferenda: & propterea ipſe tenetur pœna homicidij, etiam prçter, & contra eius propoſitum, ab alio commiſſi, ex quo dabat operam rei illicitæ, tex. in d. l; quoniam multa facinora, & ibi not. Salic. col. 1. & 2. poſt Bar. Bal. & alios C. ad legem iul. de vi pub. & pri. & facit l. 3. C. de his qui ad eccleſ. confug. & l. 1. §. cũ arietes ff. ſi quadrup. paup. fec. dic. & c. fi. de homicid. in 6. Ergo & quilibet priuatus, qui iniuſtè alium offendit in ære, vel perſona, aut honore, & ille qui eſt Princeps, & malè regit, & gubernat, & delinquit, & qui eſt iudex, male iudicat, vel ſe male gerit, ex quo dãt operam rei illicitæ, & offẽſi ex talibus illicitis operibus, blaſphemant, tenẽtur ipſi priuati & Principes, ac iudices pœnis blaſphemiæ prædictæ, etiam ſi ipſi non blaſphemaſſent, ſed alij ob eorum mala opera blaſphemant tex. in d. l. 1. quoniam multa facinora cum ibi not. per glo. Bar. Bal. & Salic. C. ad l. iul. maieſt. & eadem ratione dico, quòd ludens cum alio ad luda prohibita, quia dat operam rei illicitæ, & ſic ludo prohibito, quòd tenetur pœnis blaſphemię dictæ p eius ſotium ludentem, blaſphemãtem in ludo, vel poſt ludum, occaſione ludi, etiam quòd ipſe non blaſphemaſſet & ſic ipſe non blaſphemans, & ſotius blaſphemans de eadem blaſphemia debẽt puniri d. c. 12. lib. 2. Regum, & d. l. quoniam multa facinora vbi tex. glo. & Salic. col. 1. & 2. C. ad l. iul. de vi pub. & pri. Nam ille ludens non blaſphemãs, ſcire debebat ꝙ ſotius eius blaſphemaſſet, vbi ipſe nõ blaſphemaſſet, quia ex ludis oriũtur, & fiunt blaſphemię, vt eſt tex. in Auct. alearũ vſus C. de Relig. & ſũp. fun. aleæ luſu, & aleator, & ibi Salic. & Doc. & per Benedict. de Benedict. de Capra in cõcluſione, & regula 86. incip. alearũ taxill. in prin. Steph. Coſta trac. de ludo, & receptor, ſiue receptator, & ſuſceptor ludentium in eius domo habitationis, tanto magis tenetur ad pœnas blaſphemię

factę

am si non sequatur effectus tex.& Doc.in l.quisquis C.ad leg.iul.maiest.quanto magis incidere debet in crimen læsę maiestatis diuinę & sic in pœnam blasphemiæ qui incepit dicta verba,licet ea nō perfecerit,cum longè grauius sit æternam quàm temporalem ledere maiestatem Auth.Gazaros C.de Heretic. Et de iure,is qui cum telo ambulauerit,homines necandi causa,sicuti is qui hominem occiderit,vel cuius dolo malo factum erit commissum legis Cornelię de sicariis pœna coercetur,vt est tex. in l. is qui telo C.ad leg. cor. de sicar.quæ lex est canonizata in c. quisquis cum militibus eadem enim seueritate voluntatem sceleris,quo effectum puniri iura voluerunt,& in c.si quis cum telo de pœniten.distinctione prima.

Quero,aliquis impius dixit,puttana vergine,nec subdidit Maria, 13
vel dixit ad despectū Virginis,nec ꝓtulit Mariæ,vel dixit al dispetto della nostra dōna,an dicatur ꝑ præmissa verba blasphemasse,an vero excusetur sub prætextu,quòd dicat intellexisse de aliqua virgine,vel dōna;seu domina,vel madōna,siue signora in hoc mūdo viuēte non sancta,& non de sacra Virgine Maria Matre Dei nostri Domini Iesu Christi,quia quilibet potest verba sua ambigua in eius fauorem interpraetari l. si quis intentione ff.de iudic.& quilibet præsumitur bonus,& verba,& actus,& gesta debent in dubio interpretari in bonam partē l. merito ff. pro sotio. Sed tu dicas quòd prędicti censentur & dicuntur blasphemi,quia appellatione Virginis, & Donna,& Madonna,ac Domine,& signora,intelligitur in dubio de excellentiori,& sic de sacratissima Virgine Maria,quæ ex spiritu sancto peperit Dominum nostrum Iesum Christum,sic & cū dicimus ius intelligitur ius Romanorum ,non autem ius municipale alicuius alterius Ciuitatis puta Mediolani,Papiæ Nouarię & similium,sic & cum dicimus poetam apud Grecos intelligitur egregius Homerus & apud nos doctus Virgilius per excellentiam & figurā antonomasiam tex.in §.sed ius quidem ciuile ver. sed quoties non addimus instit.de iure nat. gen. & ciuili. Verba enim debent intelligi in potentiori,& nobiliori significatu vnde appellatione dominii intelligitur in dubio de directo & non de vtili l.1.§.si in perpetuum ff.si ager. vectig.vel emphit pet.vbi tex.glo.& Doc.Ias.l.fin. nu. 12.C.de sac.ecclef.& verbum dominium simpliciter prolatum intelligitur de directo & sic de potentiori,quia verba & in fauorabilibus & in odiosis intelliguntur semper in potentiori significatu Hier.Gratus con.ix.inuocato diuino suffragio facti spetiem subiici am num.87.vol.1.per tex.in c.si quem de senten.excom.iuncta glo. d.§.in perpetuum,& glo.in l.minor xxv.annis in §. si seruus ver. super erit ff. de euic.& tex.in c.si pater de testam.in 6. iuncta doctri-
D na

na Bart.in l.1.C.si plures vnà sent.cond fuer. Ergo Virginis,donne, madonne,signore appellatione intelligitur de sacra Virgine Maria in dubio tamquam de excellétiori,& non de alia maximè vbi addetur nostra, puta della Vergine nostra,della nostra Donna, de nostra Madonna,Illa enim dictio nostra operatur quòd magis clarè fuit intellectum de sacra Virgine Maria matre Dei Christi,quæ est omnium apud Deum aduocata nostra vt cãtat Ecclesia in cãtu Salue Regina,dum inquit,eia ergo aduocata nostra:& statutum excludens matrem stante patruo,non censetur excludere matrem stante solùm patruo magno & est com.op. Et pro ista op facit alia iuris regula qua dicimus quod verba debent intelligi per prius & non per posterius l.qui liberis §.hæc verba ff.de vulg.& pup.substit.Dec. cõ. 679.viso num.2.& 3.ergo appellatione Virginis,& donne,& madonne,& signore,intelligitur in dubio de priori & excellentiori & sic de gloriosa Virgine matre Maria,& non de alia,& sic per prius & non per posterius. Nam & ex communi vsu loquendi si dicimus nostra Donna la Vergine nostra Damma,la Madonna,nostra Signora semper intelligitur de virgine Maria Matre Dei tantum & verba debent intelligi secundum communem vsum loquendi,& attenditur potius communis vsus loquendi quàm propria verborum significatio,tam in fauorabilibus,quàm in odiosis & pœnalibus l. liberorum §.quòd tamẽ Cassius ff.de leg.3 Bar.& Doc.in rub.ff.de op. no. nonc.Lat.Orianus in c.quoniam contra falsam in glo. ver. testium depositiones num.176.ver.quæritur.in fi. Anchar.con.583.apud me & con.333.Corn.con.48.incip.quia in littera c.vol.2.Ias.l.1.§. hæc quoque stipulatio ff.de ver.ob. Nam etiã verba testium & instrumentorum intelliguntur secundum communem vsum loquendi ad reprobandum instrumentum,vel testes,Bal.tit.de pace Cõstan.in glo. ver. die lune vndecimo exeunte num.2.in fi. Et verba testium debẽt intelligi secundum communem vsum loquendi Roman. consilio ccci.Et est regula generalis quòd in omni materia,tàm fauorabili, quàm odiosa,& pœnali debent verba intelligi secundum communem vsum loquendi l. liberorum §. quòd tamen Cassius ff. de leg. tertio vbi tex.& Doctores,& tex.Bar.& Doctores in lege cum de lanionis §.asinam ff.de fund. instruc.vnde Horat. Poeta Venusinus in primo libro Artis poeticę sic cecinit.

Multa renascentur quę iam cecidere,cadentq́.
Quæ nunc sunt in honore vocabula: si volet vsus:
Quem penes arbitrium est,& vis & norma loquendi,

Ergo

Ergo qui dixit pręmissa verba etiam si nō expresserit nomen Virginis Marię debet censeri blasphemus & puniri vt dixi supra aliquis impius, & hoc maximè quia est res mali exempli dicere præmissa verba, ergo ea dicēs debet puniri tamquam blasphemus, quia sufficit mala volūtas vt puniatur pœna ordinaria blasphemiæ d.c. excō municamus §. credentes de hereticis. Baldus dicta lege si quis non dicam rapere. Et licet ad hoc vt dicatur communis vsus loquendi requiratur quòd talis vsus durauerit per decem annos, & idem in communi vsu vtendi, glosa, & Bartolus in lege labeo, ff. de sup. leg. Baldus. l. omnes dies festos C. de fer. Lafrancus Orianus dicto capitulo quoniam contra falsam in glo. versiculo testium depositiones numero. 176. versiculo quæritur vltra de prob. & ibi Mod. in apostillis. Et talis communis vsus loquendi debet probari & est difficilis probationis, nec creditur illum alleganti, nisi eū probauerit Paulus de Castro consilio 284. præsupposito quodam statuto Io. de Anania capitulo primo de sagitar. Socinus consilio 37. viso, columna. 4. in fine, versiculo præterea aduertat, volum. 3. Nec creditur Doctoribus allegantibus communem vsum loquendi, vel consuetudinem sic esse asserentibus, maximè extra patriam qua versati non fuere ratione originis, vel domicilij, vel offitij, puta Bartolo respectu Ciuitatis Nouariæ quo numquam fuit. Et michi Ioanni Baptistę Ploto respectu Perusij quo numquam fui, maximè cum ita asserentes deponant sine iuramento, cum & testibus nō credatur nisi cū iuramēto & parte citata, ergo non debet credi Doctoribus asserentibus, sic esse consuetudinem, vel communem vsum loquendi, nisi probetur per testes iudicialiter examinandos, Ioannes Andreas in capitulo fundamenta de Ellec. in 6. Franciscus Cremensis familia, sed patria nobilis Placentinus sing. 91. & ibi Moderni in apostil. per Ripam Respon. 3. incipien. Agit Ioannina de Rugnonibus columna quarta. versiculo nec obstat authoritas Felini. Tamen respondeo in casu nostro non esse opus probare ipsum communem vsum loquendi, ex quo de iure Virginis, vel donne, siue domine, & madonne appellatione per excellentiam intelligitur de ipsa gloriosissima semper virgine Maria, dicto §. sed ius quidem ciuile, versiculo, sed quoties non addimus, instit. de iur. nat. gen. & ciuil. Respondeo etiam talem communem vsum loquendi conformem iuris præsumptioni per excellentiam & figuram antonomasiam, cum sit valde notorius, quod non eget probatione, sed de eo iudex a se ipso vt de publico & notorio potest se informare Alexander lege prima C. vt quæ desunt Aduoc. par. iud. sup.

41 Et nouę Constitutiones Cæsareæ Dominij Mediolani sub rub. de pœnis §.homicida, puniunt affectum licet non sequatur effectus homicidij animi deliberati, in hunc modum loquêtes, videlicet, homicida capite puniatur ita quòd moriatur, & tamquam homicida puniatur quicumque, etiam non sequente morte, tantummodo vulnerauerit, aut insultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si non ledat, vel occidat, parimodo intelligatur quicumque huiuscemodi pensato malefitio, auxilium dederit, cõsiliumuè, quamuis etiam is manus ad opus non extendat. Et hæc sunt verba formalia dictæ nouæ Constitutionis. Ergo si ex forma nouarum Constitutionum Mediolani Dominii, punitur pœna ordinaria mortis, & vltimi suplitij capitalis, ille qui animo deliberato aliquem occidendi, eum vulnerauit, vel cum telo euaginato cõtra eum insultum fecit animo tamen deliberato & pensato eum occidendi etiam si non ledat, vel occidat, & quicumque huiuscemodi pensato malefitio auxilium dederit, consiliumuè, quamuis etiam is manus ad opus non extendat, quanto magis debet puniri pœna ordinaria iuris communis, & nouarum Constitutionum indicta contra blasphemantes, non solùm ille qui protulit integraliter verba blasphemię verum etiam ille qui impetum, aut conatû fecit vt blasphemaret, sed actum non perfecit, vel quia ab aliis fuit reprehensus, vel eum pœnituit, vel verba blasphemię cepit dicere, sed non integraliter, cum maius sit crimen blasphemiæ, quàm homicidii, vt dixi supra, & fac. auct. multo magis C. de sac. ecc. Homo enim prohibetur occidi ex lege diuina, quia est creatus ad imaginem, & similitudinem Dei, dixit enim omnipotens Deus, vt habetur in libro Genesis cap. 1. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã & facies hominis est ad similitudinem pulchritudinis cœlestis & propterea quis in fronte, vel facię describi, aut bullari non debet etiam via iuris, nec in eis describi eius pœna l. si quis in metallum C. de pœnis, ergo multo magis si prohibetur offesa hominis, & sic creaturæ, propter Deum Creatorem & eius præceptum, quia dixit non occides. Et si ex forma iuris communis, & dic. nouarum Constitutionum punitur conatus seu affectus faciendi homicidium animo deliberato, licet non sequatur effectus, & homicidium factum non fuerit d. l. is qui cum telo C. de sicariis, & d. §. homicida, multo magis puniri debet conatus seu affectus plasphemandi, licet sequuta non fuerit blasphemia, ex quo ex ea immediate offensio dirigitur cõtra Deum optimum maximum, Creatorem Cœli, & Terræ, & hominũ tex. & Doc. in d. auct multo magis C. de sac. eccle. Neque obstat si diceretur, aduerte Plote, quia ipsa Constitutio Dominij Mediolani

sub rub.

rub.rub.de pœnis §.homicida inquit homicida, capite puniatur ita quòd moriatur, & tamquam homicida puniatur quicumque etiam non sequente morte, tantummodo vulnerauerit, aut insultum cum telo euaginato, fecerit animo tamen deliberato occidendi, etiam si non læ dat, vel occidat &c. quòd illa dictio tamquam est nota improprietatis. l. pecuniam quàm ff. si cer. pet. vbi tex. & ibi not. Alex. tex. in l. iubemus §. sanè el. 1. ver. predia autem C. de sac. eccles. Bar. l. 1. in fi. prin. ff. de offitio eius cui man. est iurisd. Bal. l. apud antiquos C. de fur. vnde lex canonica dicens quòd impetrans litteras apostolicas ad lites nomine alicuius absque eius mandato quòd puniatur tamquam falsarius, nisi sit de personis coniunctis a quibus de iure non exigitur mandatum, vt est tex. in cap. nonnulli §. sunt & alii de rescriptis, intelligitur quòd talis puniatur tamquam falsarius, non ex pœna ordinaria falsi posita a iure canonico in c. ad falsariorũ de crim. falsi, nec ex pœna ordinaria legis corneliç de falsis posita in tit. ff. ad l. cor. de falsis, sed debet mitius puniri pœna arbitraria, nõ tamquã propriè sit falsarius, sed tamquam impetrãs per falsi sugestionem iuxta not. in c. super literis, de rescriptis, nõ enim taliter impetrans rescripta nomine vnius ita deliquit tam acriter prout ille qui falsum rescriptum & falsam bullam confecit, ideo taliter impetrans, licet puniri debeat tamquam falsarius, tamen debet puniri non tamquam propriè falsarius, sed tamquã impetrans per falsi sugestionem pœna mitiori arbitraria, & non pœna ordinaria, quç imponitur falsariis, & ita dixit Io. And. in d. c. nonnulli, quẽ ibidem allegat & sequitur Bal. col. 1. ver. Ibi tamquam falsarius ex. de rescriptis & hoc not. etiam ibidem Fel. in d. c. nonnulli §. sunt & alii col. 6. nu. 44. ver. amplia septimo & vltimo, in fi. ibi dicit tamen hic Io. And. post. Aegid. ꝙ iste nõ punitur pœna falsi, ex. de rescrip. vbi Felinus allegat Io. And. & Aegid. ac Bal. & Anton. de But. & Imolam hoc idem voluisse ibidem. Vnde si statutum disponit vt aliquis puniatur tamquam falsarius, non intelligitur de pœna ordinaria falsi legis Cornel. nec de pœna ordinaria falsi imposita a statutis, & nouis constitutionibus contra falsarios, sed intelligitur de pęna arbitria, & mitiori, Bal. d. c. nonnulli col. 1. ver. ibi tamquam falsarios, in fi. de rescriptis, Fel. d. c. nonnulli §. sunt & alii, col. 6. nu. 44. ver. Amplia septimo, in fi. ibi dicit tamen hic, de rescrip. Hypol. de Marsil. sing. 236. incip. Dictio tamquam est nota improprietatis, in fi. & idem Fel. in c. nolite col. 2. nu. 3. ver. in quãtum tangunt hic omnes de dictione tamquam in fi. ibi dixit etiam eleganter Bal. ex. de maior. & obed. Ergo quòd dicta constitutio Cęserea Dominii Mediolani sub rub. de pœnis, §. homicida, dum inquit quòd tamquã homici

micida puniatur quicũque animo deliberato occidẽdi vulnerau erit aliquem etiam morte non sequente, aut insultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si non lędat, vel occidat, debet intelligi ipsa cõstitutio, quòd ille qui animo deliberaro occidendi vulnerauit, aut insultum cum animo deliberato occidendi, telo euaginato fecit, licet non occidat, nec lędat ꝙ puniatur tamquam homicida, quòd debeat intelligi non de pœna ordinaria mortis ob homicidium, sed de pœna arbitraria & mitiori, quia non tantum deliquit iste, prout ille, qui verè occidit cum effectu animo deliberato occidendi Bal.d.c. non nulli col. 1. ver. ibi tamquam falsarios in fi. de rescrip. Fel.d.c. nonnulli §. sunt & alii, col.6.num.44.ver.amplia septimo & vltimo, in fi. ibi dicit tamẽ hic de rescrip.& idem Fel.in c.nolite col.2.nu.3.ver.in quantum tãgũt hic omnes de dictione tamquam in fi. ibi dixit etiam elegãter Bal. de maior.& obed. Hypol.de Marsil.sing.236.incip. dictio tamquam est nota improprietatis in fi. Quia ad ista respondetur quòd est considerandum quòd ipsa noua constitutio dominii Mediolani sub rub. de pœnis, §.homicida, inquit homicida capite puniatur, ita quòd moriatur, & tamquam homicida puniatur quicumque, etiã non sequente mortę, tantummodo vulnerauerit, aut insultum cũ telo euaginato fecerit animo tamen deliberato occidendi, etiam si non lędat, vel occidat, &c. vnde cũ superius ipsa cõstitutio dixerit homicida capite puniatur ita quòd moriatur, & postea copulatiuè subiungat, & tamquam homicida puniatur quicumque etiam non sequente morte tantummodo vulnerauerit aut insultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si non lędat vel occidat &c. sequitur, quòd ob virtutem dictæ copulę & tamquã homicida puniatur &c. quòd sicuti superius constitutio dicit quod homicida capite puniatur, ita quòd moriatur, quòd parimodo debet pœna capitis puniri, ita quòd moriatur, ille qui tantummodo vulnerauit, aut insultum fecit, animo tamen deliberato occidendi etiam si non lædat, vel occidat, & hoc propter virtutem dictæ copulę, & cuius natura est, quòd copula cadit inter ęqualia aut parum distãtia sicuti & alternatiua, & extimatio, ac prætium, damnum, ac lucrum vnius alternatiuæ seu copulæ debet intelligi secundum prætium, extimationem, damnũ, & lucrum alterius alternatiuę seu copulæ tex. glo.& doc. in l.1. vbi Socin. in prin. extendit ipsum tex. loquentẽ in alternatiua ẽt ad copulatiuã ff. de reb dub. Roman. con. ccxxxi. incip. pręmissorum doctorũ cõclusionẽ ego sequor num. 2. ver. secundo vero moueor, nam vna pars alternatiuę siue copulatiuę intelligitur & interpretatur secũdũ aliã partem alternatiuę,

siue

siue copulatiuę, etiam verba ampliando, vel restringendo aut intel ligendo contra propriam verborum naturam vt est est tex. in d. l. 1. & ibi ponderat Socin. nu. 3. ver. Quinimo probat iste tex. ff. de reb. dub. & licet ibidem Socin. dicat quòd vnum verbum positum in vna parte alternatiuę restringitur contra proprietatem verborum posi torum in alia parte alternatiuæ vt cadat inter æqualia, aut parum distãtia vt per Soc. d. l. 1. nu. 3. ver. quinimo probat iste tex. ff. de reb. dub. tamen eadem ratione idem est dicendum in copulatiua & al ternatiua, quòd vna pars copulatiuæ, aut alternatiuæ amplietur se cundum aliam vt cadat inter æqualia aut parum distantia Roman. d. con. ccxxxi. incip. pręmissorum doctorum num. 2. ver. secundo ve ro moueor per tex. in d. l. 1. ff. de reb. dub. Et quia contrariorum ea dẽ est disciplina, & dispositio glo. Clem. fi. ver. repulsione de appel lar. glo. & Doc. l. si, quis negotia ff. de neg. gestis, Ripa latè in rub. ff. de acquir. pos. col. 1. num. 4. ver. secũda regula sit, & ibi Alex. & alij Mod. Et sicuti vna pars alternatiuę imponens pœnam corporalem, ita etiam alia pars alternatiuæ debet intelligi de pœna corporali, vnde statutum dicens quòd aliquis puniatur pœna pedis, vel alia in telligitur de alia simili corporali & nõ de pecuniaria, & si pro insultu sine sanguine imponitur a statuto pœna decem librarum, & cum sã guine imponitur maior pœna arbitrio iudicis, intelligitur de maio ri pecuniaria, & non corporali, quia vna pars alternatiuę intelligi gitur secũdum aliam Bal. l. 11. col. fi. ver. cõsidera etiam C. de prob. Ang. Fau. de Ca. & Cepol. in l. si fugitiui & ibi Dec. col. 6. nu. 89. ver. In secundo casu quando in fi. ibi, & ibi dictis adde Bal. C. de ser. fug. Bal. l. conuenticulam col. 4. C. de Epis. & cler. Fel. c. inquisitionis col. fi. de accusat. ita etiam eadem ratione vna pars pœnalis corporalis copulatiuæ posita declarat aliam partem copulatiuam vt intelliga tur de pœna corporali de qua altera pars loquitur, sic & vna pars copulatiuæ pœnalis pecuniaria operatur quòd alia pars copulati ua intelligatur de pœna pecuniaria per tex. in d. l. 1. & ibi not. Soc. in prin. ff. de reb. dub. vbi allegat Roman. d. con. ccxxxi. incip. pręmis sorum doctorum nũm. 2. ver. secundo vero moueor. Et est regula ge neralis, quod vna pars scripturę puta testamenti per aliam decla ratur l. qui filiabus in prin. & l. fi. seruus pluriũ in fi. ff. de leg. 1. Et idem est in legum & statutorum interpretatione quia vna pars de claratur per aliam vt est tex. not. in l. vtrum, vbi Bart. & Ang. ff. de petit. her. Bar. l. prætor §. eritq́. differentia ff. vi bo. rap. Soc. d. l. 1. nu. 2. versiculo. Et est regula, & versiculo ex quibus idem infertur ff. de reb. dub. Sic. & electio quæ attribuitur iuxta l. Titio ff. de. leg. 11. censetur in dubio data inter æqualia, vel parum distantia

& ideo

& ideo iudex qui poteſt punire in mille,vel alia pœna debet imponenere ſimilem,vel parum differentem Socin.d.l.1.nu.4.ver. ſecundo nota,per illum tex.ff.de reb.dub.Bal.l.& ſi poſt tres col.xi.ff. ſi quis caut.Ergo hoc idem erit in copulatiuis,quòd ſi ſtatutum imponit pœnam corporalem, puta amputationis manus & quamlibet aliā pœnam quæ iudici placuerit quòd intelligitur de qualibet alia ſci licet corporali Socin. d. l. 1. in prin.vbi allegat Roman.cō.ccxxxi. incip.præmiſſorum doctorum nu.2.ver.ſecundo vero moueor,ff.de reb.dub.Ergo cum ſtatutum & ipſa conſtitutio dicat,homicida capite puniatur,ita quòd moriatur, & tamquam homicida puniatur, quicumque etiam non ſequente morte,tantummodo vulnerauerit aut inſultum cum telo euaginato fecerit animo tamen deliberato occidendi,etiam ſi non lædat,vel occidat,ſequitur quòd ad hoc vt illa copula,& tāquam homicida puniatur &c. quòd ſicuti ſuperius dictum fuit in ipſa conſtitutione quòd homicida doloſus qui cum effectu animo deliberato fecit homicidium quòd capite puniatur, ita quòd moriatur, quòd eodem modo capite debet puniri ita quòd moriatur quicumque animo deliberato occidendi aliquem vulnerauerit etiam non ſequente morte, vel telo euaginato inſultum fecit animo tamen deliberato occidendi etiam ſi non lędat,vel occidat &hoc propter illam copulam,& tamquam homicida puniatur &c.cū de natura copulę ſit quod debeat interpretari quòd ſtet inter æqualia,vel parum diſtantia ſicuti alter natiua tex.in d.l. 1. & ibi not. Soc. in prin.& num.3.& 4.cum ſeq.ff.de reb.dub. Rom. con. ccxxxi. incip. prėmiſſorum Doctorum nu. 2.Dec. d.l. ſi fugitiui nu. 89.ver.in ſecundo caſu quando C.de ſer.fugit. Et quia natura copulę eſt augumentare & ſignificare augumētum,non autem reſtringere,ergo illa copula & tamquam homicida puniatur &c.auget quod pœna capitis,ita quòd moriatur,ſit non ſolùm vbi homicidium animo deliberato ſit in effectu commiſſum,verum etiam vbi in effectu non fuit commiſſum,ſed ſolùm attentatum animo deliberato occidendi licet occiſio,vel læſio facta non fuerit,l.ea tamē adiectio vbi tex.Bar.& Doc.ff.de leg.3.Dec.rub.C.de mand.prin.nu.9. & copulę natura eſt ampliare præcedentia Soc.con.2.vol.4.Et ampliare diſpoſitionē,vt Niconitius allegat,& copula & copulat ęque principaliter,& non acceſſoriè Abb.Panor.c.quærelam num 5.& 6. per glo. ibi de Simon.operatur etiam copula, quòd qualitas quæ ineſt in antecedētibus,vt homicida capite puniatur,ita quòd moriatur quòd cenſetur repetita in ſequētibus,vt etiam capite puniatur,ita quòd moriatur,ille qui non occidit ſed animo deliberato occidendi vulnerauit,vel cum telo euaginato,animo deliberato occidendi, fecit inſul-

Et licet nõ occiserit vel leserit, ex quo cõstitutio dicit homicida capite puniatur, ita quòd moriatur, & tamquam homicida puniatur quicumque etiam non sequente morte tantummodo vulnerauerit &c. quia illa clausula & qualitas quòd homicida capite puniatur ita quòd moriatur videtur repetita in sequentibus omnibus casibus per illam copulam. Et tãquam homicida &c. ex quo copula operatur quòd qualitas quę inest in antecedentibus intelligatur repetita & inesse in sequentibus Cur. Iun. con. 70. incip. tota vis num. 5. ver. coadiuuatur, tex. & Doc. in l. fere §. gaio vbi Bar. ff. de fun. instr. Nam copulatiuorum natura est quod vniformiter omnia copulata determinentur Signor. de Homod. con. 69. num. 17. & con. 118. nu. 6. Et natura copulæ est denotare paritatẽ in copulatis glo. l. si sic ff. quemad. ser. amit. & not. in d. l. fere §. gaio ff. de fun. instruc. Bal. & Doc. l. 11. C. de suc. edic. Dec. l. nam & si fur. § si seruus cõunis num. 1. ff. si cer. pet. Et copulæ natura est denotare veritatem in copulatis. Et sic dum dicit constitutio. Et tamquam Homicida puniatur &c. quod puniatur pęna capitis ita quòd moriatur affectus faciẽdi homicidium animo deliberato, licet sequutus non sit effectus prout supra dixit puniri homicidam, cum vterque habeatur pro vero homicida, & natura copulæ est denotare veritatem in copulatis Dec. l. nam & si fur § si seruus nu. 1. ff. si cer. pet. Et hoc maximè procedit quia ipsa cõstitutio puniens pęna ordinaria mortis, illum qui animo deliberato occidendi, vulnerauit, vel insultum cum telo euaginato fecerit, animo deliberato occidendi, licet non occiserit, nec leserit, est conformis cum iure communi, ex quo ius comune idem vult vt est tex. in l. is qui cum telo. C. de sicar. & iustit. de public. iud. § item lex cornelia de siccariis, Ergo ipsa constitutio intelligitur secundum ius commune vt pęna capitis ita quòd moriatur puniatur, Non solùm ille, qui animo deliberato occisit verum etiam ille qui vulnerauit, aut insultum fecit, animo tamen deliberato occidẽdi licet nòn occiserit nec leserit l. sciendum vbi glo. ver. non compelli, ibi secundo an sit hodie correcta ff. qui satisd. cog. l. sed et posteriores ff. de legib. & l. 11. cum not. ibi per Bal. & Doc. C. de noxal. action. Ergo etiam qui non blasphemauit integraliter, sed conatũ fecit pro blasphemando: vel cepit dicere verba Blasphemię licet ea integraliter non dixerit, debet puniri pęna Blasphemiæ d. l. si quis non dicam rapere C. de Episc. & cler. & l. is qui cum telo C. de sicar. & d. §. item lex cornelia de siccariis instit. de public. iud. & d. §. homicida de pęnis in Nouis cõstitutionibus Dominii Mediolani, quia si hoc procedit in homicidio attentato animo deliberato, licet non perfecto nec consumato, vt puniatur proinde ac si fuisset consumatum pęna ordinaria mortis, d. l. is qui cum telo & d. § Item lex cor-

E nelia

nelia de ficcariis & d.§ homicida. Ergo multo magis procc-
Blasphemia etiam cepta, vel quam quis conatus fuit dicere, licet
non perfecerit eam dicendo vt puniri debeat pena blasphemiæ cũ
blasphemia maius sit delictũ quã homicidiũ vt dixi superius. Et fa
cit Auth: multomagis. C. de Sac. Eccles. Nam & de iure diuino puni-
tur affectus licet non sequatur effectus cum Christus omnipotens
in sacro dicat Euangelio, Qui viderit mulierem ad concupiscendũ
eam, iam mechatus est illam in corde suo. Nõ obstat modo dicere,
quod dictio tamquam est nota improprietatis, et quòd statutum
volens quòd aliquis puniatur tamquam falsarius non debeat intel
ligi quod puniatur pena ordinaria falsi sed alia arbitraria & mitio
ri, vt dixi supra, Ergo quod idem debet intelligi in casu nostro di-
ctę constitutionis Mediolani sub Rub. De pęnis §. homicida, dum in
quit. Et tamquam homicida puniatur quicumque, etiam nõ sequen
te morte, tantũmodo vulnerauerit &c. Quia respondetur quòd hoc
non procedit in casu nostro, ex quo superius ipsa constitutio dicit
homicida capite puniatur ita quòd moriatur, et postea copulatiuè
subiungit, statim, Et tamquam homicida puniatur quicumque etiã
non sequente morte tantummodo vulnerauerit &c. Quo casu pro-
pter illam copulam, Et illa dictio tamquam est expressiua verita-
tis, & omnimodæ similitudinis vt sicuti punitur pœna capitis ita
quòd moriatur ille qui animo deliberato fecit homicidiũ, Ita etiã
eadem pęna capitis ita quòd moriatur puniri debeat quicumque,
etiam non sequente morte, tantummodo vulnerauerit &c. Et hoc
ob virtutem dictæ copulæ & ac etiam quia hoc est conforme cum
iure comuni volente hoc idem vt dixi supra latè ver. quia ad ista re
spondetur, cum sequẽ. vsque ad versic. nõ obstat, & in casibus con-
trariis de quibus dixi superius versic. Neque obstat, & versic. vn-
de si statutum, nõ aderat aliqua copula sequens nec clausula ante-
rior puniens aliquem pęna ordinaria falsi, & in illis casibus de iure
communi quis non puniebatur pęna falsi ordinaria, vnde sunt ca-
sus separati & ex separatis non infertur l. papinianus exuli ff. de
Minor. vnde in casu nostro dicti §. homicida, illa dictio tamquam
est expressiua veritatis & pro hoc faciunt not. per Bart. in l. fi. col.
pen. ver. sed hinc insurgit dubium in fi. Ibi sed dico quòd dictio qua
si est expressiua veritatis ff. ad leg. cor. de sicar. Et dictio tamquam
denotat similitudinem vt patet in sacro Euangelio tamquam ad la
tronem exi istis comprehendere me, Alber. de Ros. Diction. vers.
tamquam, & ipsa Constitutio fingit illum qui animo deliberato oc
cidendi vulnerauit, vel insultum cum telo euaginato fecit animo
deliberato occidẽdi, licet nõ occiserit nec leserit, esse homicidam
& tamquam homicidam vult debere puniri, dum dicit, homi-

capite puniatur ita quòd moriatur, & tamquam homicida puniatur quicumque etiam non seqnente morte, tantummodo vulnerauerit &c. Ergo talis, qui animo deliberato occidendi, vulnerauit, vel qui insultum cum telo euaginato fecit animo tamen deliberato occidendi licet non occiserit, nec leserit debet pœna capitis ita quòd moriatur puniri, ex quo constitutio ipsa fingit eũ esse verũ homicidam, & animũ dolosum, & affectum vult puniri in omnibus prout si secutus fuisset affectus, & sic homicidiũ Bar. l. si is qui pro Emptore col. 11. num. 32. vers. querendum etiam est numquid ista fictio, cum seq. ff. de vsucap. Nam vbi agitur de homicidio facto ex proposito, & animo deliberato, vel de homicidio faciẽdo ex proposito ac animo deliberato, licet sequutum, & factũ non fuerit homicidium, omnes conscij, & dolosi talis delicti, etiam si non leserint nec vulnerauerint, tenentur pœna legis corneliæ de sicariis ad mortem, etiam si essent centum & vnus tantum vulnerasset animo deliberato occidendi, licet non occiserit quia habetur plus respectus ad animum quam ad factum seu actum glo. l. fi. in fi. & ibi Bar. num. 1. & 2. ff. ad leg. cor. de sicar. tex. & Doc. in l. is qui cum telo. C. de sicar. Et ipsa constitutio debet interpretari, & intelligi secũdũ ipsum ius comune l. 2. C. de Noxal. act. vbi tex. & Doc. & glo. in l. sciendum vbi glo. ver. non compelli, ibi secundo an sit hodie correcta ff. qui satisd. cog. & ibi Alex. & Doc.

15. Sed quid si sunt plures congregati, seu collecti, & constat quòd vnus tantũ ex eis blasphemauit, tamen quis nam fuerit ignoratur. Et dic quod aut constat quòd omnes erant simul congregati, & collecti animo deliberato, & cũ proposito blasphemandi quod est presumẽdũ maximè vbi fuissent heretici, aut scismatici, aut soliti blasphemare iuxta c. semel malus de reg. iur. in 6. Et tũc pro dicta blasphemia facta per vnũ tantũ omnes debent puniri ẽt si ipsi nõ blasphemassent. Nã & si plures deliberauerũt aliquẽ occidere, siue essent simul vniti, siue non, & vnus tantùm occisit, omnes tenentur pęna capitis ita quod moriantur ob pœnam illius homicidii, & idem si vnus animo deliberato occidendi fecit telo euaginato insultum, aut intulit vulnus animo deliberato occidendi omnes alii conscii, & participes dicti animi deliberati tenentur ad pęnam mortis etiã si ipsi non offendissent, nec vulnus intulissent, nec fecissent insultũ, quia inspicitur in his animus, & non factũ principaliter, & hoc siue ignoretur occisor, siue insultũ faciẽs, siue nõ ignoretur, sed sit certus, Ergo & ipsi omnes tenentur, & quilibet ipsorũ pro blasphemia vnius debet puniri insolidum siue sit certus blasphemator, siue incertus, videlicet quilibet ipsorum insolidum, & sepatatim debet

E 3 pro

35

pro tali blasphemia puniri, itaquòd solutio, & pęna vnius, non sit alteri, sicuti fit in casu dicti homicidii facti, vel attentati animo deliberato occidendi, quòd omnes tenentur pœna mortis pro facto vnius tantùm etiam si ipsi non vulnerassent l. 1. in prin. & ibi Doc. ff. de sicar. l. fi. vbi glo. fi. in fi. ibi. Nam si ex proposito tûc etiam si non percussisset, ff. ad leg. cor. de sicar. & ibi not. Bart. in d. l. fi. in prin. num. 1. & 2. ff. de sicar. glo. in l. item mella §. si alius tenuit, & ibi glosa versiculo Iulianus ait insolidum ff. ad leg. aquil. Et licet Alexand. consil. 2. incip. Domini Redemptoris nostri inuocato suffragio, viso processu in causa inquisitionis, col. 2. ver. Nec obstat id quod not. glo. in l. fi. ff. de sicear. vol. 2. dicat quòd ipsa glo. in quantum dicit quòd si non apparet cuius ictu decesserit, quòd omnes teneantur, quòd debet intelligi quòd omnes teneantur, non ad pęnã corporalem, nec legis corneliæ de siccariis, sed ad pęnam pecuniariam & per Alex. d. cõ. 2. col. 2. ver. Nec obstat id, vol. 2. vbi dicit ita voluisse Io. & Azon. & Oldrad. Dinum & omnes Doct. Bononiæ legentes contra Bart. Aut erãt simul congregati, casu, vel alia de causa licita, & ignoratur quis nam fuerit ex ipsis qui blasphemauerit, & tunc aut testes dicunt cognouisse talem blasphemãtem ad vocẽ, sed eum non vidisse blasphemare, & tunc erit inditiũ ad torturam, contra illum, cuius vocem testes dicunt cognouisse. Nam testes dicentes cognouisse aliquem ad vocem de nocte, vel die, faciunt contra illum inditium ad torturam. Ias. l. non minorem nu. 5. ver. limita singulariter C. de trãsac. Bal. l. si non speciali col. 1. C. de testam. & hoc idem dixi in l. si quando C. vnde, vi. nu. 845. ver. fallit quarto quando aut testes dicũt ad vocem neminem cognouisse ex talibus, casu, aut alia causa licita, congregatis, qui blasphemauerit, licet audiuerint quòd vnus ex illis qui casu aut ex causa licita erant congregati blasphemauit, & tunc dico quòd respectu pęnę corporalis vel alterius magnę pœnæ pecuniariæ, quę corporali æquiparatur, & quę pro dolo imponitur, omnes debẽt absolui, quia sic etiam est in homicidio casu, vel in rixa commisso, quia si habuit vnũ, aut duo vulnera, & rixantes, vel aliàs congregati ex causa legiptima, vel casu, erant plures, quàm sint vulnera occisi, tunc omnes in dubio debẽt absolui, glo. l. item mella §. si alius tenuit vbi glo. ver. Iulianus ait, in fi. ff. ad leg. aquil. Bart. d. l. fi. col. 1. ver. querit glo. quid si non potest apparere, cuius ictu, in fi. ibi alii Doc. moderni dicunt, quòd si quidem maleficium fuit factũ ex proposito loquitur glo. ista. Aliàs si non ex proposito, loquitur glo. contraria vt si non apparet cuius ictu periit omnes debent absolui & hoc verum in lege cornelia, quę requirit dolum ff. ad leg. cor. de sicar. melius est enim nocẽtem absol-

quàm innocentem condemnare l.absentem ff.de pœnis, tu pœnæ mitioris & arbitrariæ,& maximè legis aquiliæ, tunc omnes debent puniri in pecunia, quia sic suadet publica vtilitas, vt delicta nõ remaneãt impunita,& quia omnes sunt ac fuerũt in actu delinquendi,& in culpa cum nõ accusent nec probent quis fuerit blasphemator aut occisor tex.in d.l.itẽ mella §.si alius tenuit ver. quòd si nõ apparet omnes quasi occiderint,& ibi glo. ff.ad leg. aquil. Bart. d.l.fi.col.1.ver. querit glosa, ibi sed in lege aquilia in qua venit leuissima culpa,tunc omnes tenentur,ff.ad leg.cor.de sicar. Et ita latè docet Dyn.in c.in obscuris in fi.de reg. iur.in 6.Aut erant congregati plures ad actum illicitum, puta pro furando, aut homicidium faciendo,aut pro violentiam committendo, in expellendo aliquem ab eius possessione,seu pro inuadẽdo possessionem alterius,Et tunc si in tali congregatione,& conuenticula fit homicidium,sicuti pro tali homicidio tenetur caporalis,qui fecit talem conuenticulam,pro faciendo violentiam alicui, vt eum expelleret a possessione,etiam si non ipse,sed alius fecisset homicidium, quia ipse caporalis debet puniri ad mortem & pęnam vltimi suplitii, vltra quòd etiam ille qui fecit homicidium debet puniri,ita etiam caporalis iste debet puniri pro blasphemia ipsa, licet ignoretur quis blasphemauerit ex illis,qui erant in eius comitiua,seu vnione, aut conuenticula,ex quo ipse tenetur pro blasphemante, etiam quòd sciri non possit,quis blasphemauerit. Et si potest sciri ipse etiam vnà cum caporali etiam non blasphemante debet puniri pœna blasphemiæ tex. & Doc.in l. quoniam multa facinora & in vers. verba cedesq. C. ad leg.iul.de vi publica.

19 Sed pone statutum dicit si quis animo deliberato seu præmeditato, aut pensato occiderit, aut blasphemauerit, aut vulnerauerit sit pęna corporalis,vel pęna mille,seu centum aureorũ: Et si pręmissa sint absq.animo deliberato,& præ meditato sit pœna mitior, puta quinquaginta aureorum, & reperitur factum homicidium aut illatum vulnus seu dicta blasphemia an præsumantur præmissa delicta aut alia delicta commissa animo deliberato & pręmeditato seu tractato & apensato,an veró in rixa, vel casu, seu aliter absq.animo deliberato, & dic quòd in dubio debet semper præsumi in mitiorẽ partem,& sic non pręsumitᷣ homicidium,& vulnus ac blasphemiam fuisse commissam ac dictam animo præ meditato,& deliberato,nec pensato, nec tractato,sed in rixa vel casu seu aliter absq. qualitate animi deliberati,& præmeditati, ac pensati,& incumbit onus fisco vel accusatori probandi qualitatem animi deliberati, & pręmeditati Aret.cõ.80.incip.sicut decet col.11.in fi.ver.quoniam sicut actus qui

qui potest esse indifferens, Ill. D. Aegidius Bossius tit. de num. 46. in fi. ibi credo quod incumbat percusso quia nō præsumitur, & num. 49. ver. in hoc tamen dominio, & num. 50. cum seq. & num. 52. ver. nec sufficit quod testes dicant talis insultauit Petrum nil dicto de rixa, quia debent illam clarè excludere Alex. con. 115. circa medium vol. 3. Aret. con. 31. col. pen. Bar. l. non solum §. sed vt probari ff. de op. no. nonc. Cepol. con. 58. col. 3. & dixi in con. 130 incip. Christus num. 79 ver. tertio etiam quia, impresso in 1. tomo cō. cti. tex. & doc. in l. si de interpretatione ff. de pœnis, & in l. merito ff. pro socio, & in l. qui accusare. C. de eden. verbum autem facti animi deliberati, & facti apensatè, vel ex proposito, idem est Bossius tit. de homicidio nu. 53. ver. Nec fit differentia, per tex. in l. respiciendum §. delinquunt vbi Bar. & Doc. ff. de pœnis Bal. l. data opera C. qui accusar. non pos. Ang. trac. mal. ver. fecit insultum in questione de Ebrio ad fi. quibus adde Blanchum in l. fi. ff. de quæst. Nam verbū deliberatè & apensatè, & ex proposito est quædam meditatio, & quoddam interuallum ad actum qui postea in animo destinatus, & deliberatus sequitur tot. tit. ff. & C. de iur. delib. Bal. l. potuit in vi. q. C. de iur. delib. & in l. cum antiquioribus col. 1. C. de iur. delib. Ang. trac. malefic. ver. apensatè, & ita per præmissa voluit Bossius tit. de homicid. nu. 54. ver. verbum enim deliberatè, ergo nisi probetur ipsa deliberatio, & præmeditatio non punietur occidēs vel vulnerās, aut blasphemās, ex qualitate animi deliberati ita acriter, sed pęna statuti loquentis cōtra delinquentes animo deliberato, sed ponientur mitius, ex quo non præsumitur animus deliberatus nisi probetur Bossius d. tit. de homicid. nu. 52. ver. Nec sufficit, & dixi supra latius ver. sed pone statutum, studiosè idem est quod malitiosè, dolosè, & apensatè, ac deliberatè Ang. Auct. de defen. ciuit. §. de cetero in fi. & auc. de nup. §. si vero ab initio, & in Auct. vt exac. instan. §. fi. & in Auc. de restit. in prin. in vers. Nota hic de significato Bal. Auc. ad hęc in prin. C. de lat. lib. tol. & in l. ex verbis C. de Don. int. vir. & vx. Ang. Aret. trac. mal. ver. dolosè, & apensatè, Fel. c. veniēs de simon. circa fi. & in c. præterea post prin. in ver. in tex. ibi studiosè de testib. cog. Io. Bertachin. Reper. ver. studium, in fi. ibi studiosè idest dolosè, & malitiosè. Ergo si statutum punit actius blasphemiā studiosè dictam, vel homicidium studiosè factum intelligitur studiosè idest deliberatè ac apensatè, & dolosè a studendo dolis malis, & eos in exequutionem postea mittendo, & accipitur in hoc casu verbum studiosè in malam partem, hoc est dolosè, & deliberatè.

17 Occurrit questio de eo qui dixit al corpo che non voglio dir di Dio, siue ad dispectum, quod nolo dicere Dei, vel meretrix siue puta

nolo dicere Dei, & dic quod talis debet dici blasphemus & protestatio seu negatio contraria facto quæ non releuat, aut & dicens alicui tu mentiris, saluo honore tuo vel salua reuerentia tua, dicitur inferre iniuriam Bart. l. si quis extraneus in prin. ff. de acq. her. Alb. de ros. in 2. par. stat. q. 42. incip. sed quid si quis dixit tu mentiris saluo honore tuo D. Abb. c. cum T. de re Iud. Ias. l. vt vim, col. pen. in fi. nu. 37. in fi. ver. Et tamen dicere alicui tu mẽtiris & ibi Dec. Bar. l. item apud labeonem §. ait pretor ff. de iniur.

18 Quarto extat statutum in aliquo loco, quod blasphemans puniatur in cẽtum, quorum dimidium detur pio loco, & aliud dimidium Baroni, aut domino loci, seu accusatori, & Baro, seu dominus loci, vel accusator consenserunt tali blasphemanti & sic delicto blasphemię eundem libenter audiendo, vel fuerunt in culpa, an eis applicabitur ipsa pœna, & dico quod non, sed talis pęna applicabitur parti offensæ, & sic Deo, & per consequens locis piis, quia quotiescumque pœna ex forma statuti, aut legis debet applicari vni puta Domino castri ob introitum, vel furtũ factum in vineam alterius, pœna non debetur domino castri, quando ille qui fuit ingressus fuit ingressus de licentia domini castri, vel in eius vtilitatem, & tunc pœna debetur parti offensæ & sic domino vineę, & non castri tex. in l. sed si hac §. prostituta vbi Alber. & Gul. de cun. & Bal. not. per illum tex. & ibi Ang. Alex. & alii Doc. ff. de in ius vocan. tex. in l. quamuis, & in d. l. sed si hac §. prostituta ff. de in ius voc. & in l. 1. C. si mancip. ita ven. ne prostituatur, vide cur. Iun. trac. feu. fol. 43. nu. 6. Aluarotum fol. 74. nu. 9. & in §. sancimus itaq. in Auc. de rap. mul. & §. pen. in Auct. scenicas, non solum mulieres, & l. 1. §. pen. C. de rap. mul. 10. Bertachin. Reper. ver. pœna applicatur fisco ibi pęna per introitum in vineam debet applicari, Sigismond. in trac. statutorum Baldi ver. pęna ibi statutum est in quadam terra Baronis, Alber. de Ros. in 2. par. stat. q. 97. incip. quid si statuto castri caueatur quòd intrans vineam. Sic & Dominus cui bona confiscantur ex delicto alterius, non debentur ei bona, si ipse dominus dolosè procurauit per eum fieri tale delictum, sed bona ipsa debentur parti offensę aut eius heredibus Abbas, Panorm. c. postulasti in vlt. not. de concessione preben. per illum tex. Lancil. Dec. l. si ab hostibus §. fi. & ibi alii Doc. ff. sol. mat. Ill. D. Rolan. a valle trac. lucri dotis. q. 61. incip. dubium offertur num. 6. ver. Et etiam inquir, & hoc tenẽt Doc. Mod. d. l. ab hostibus §. fi. ff. sol. mat. Maritus etiam licet lucretur dimidium dotis vel vniuersam dotem vxoris præ defunctæ ex forma statuti seu pacti dotalis, tamen non gaudebit benefitio dicti statuti seu pacti, nec habebit lucrum dotis si ipse maritus occidit

vel

vel occidere fecit vxorem tex. in l. ab hostibus §. si vir & ib' Bar. in fi. Alex. Ias. & omnes Doct. ff. sol. mat. Bar. & Doc. in l. ff. de his quib. vt indig. Campeg. trac. dot. in 5. par. q. 2 Bal. nouel. trac. dotis in 8. par. priuil. 31. Hypol. de Marsil. l. nichil interest in prin. ff. ad leg cor. de sicar. Dec. con. 525. col. 1. Et hæc est com. op. vt inquit Ill. D. Rolan. a valle trac. lucri dotis q. 61. incip. dubium of fertur nu. 14. & num. 16. in fi. Nic. Boerius Decis. 244. Imo quòd plus est Maritus non lucratur dotem ex forma pacti vel statuti sibi debitam premoriente vxore vbi vxori infirmę non adhibuit medicum, vel si adhibuit illum adhibuit imperitum D. Rolan. a valle trac. lucri dotis q. 64. incip. Queritur an maritus, glo Bal. & Doc. omnes in d. l. ab hostibus §. si vir. ff. sol. mat. Et hæc est com. op. & ita tenent omnes doc. vt inquit D. Rol. a valle d. q. 64. incip. queritur an maritus. Hec tamen negatiua debet probari per obiicientem culpam marito Bar. d. §. si vir. Rolan. d. q. 64. nu. 12. sic & maritus occidens vxorem perdit mero iure ius eidem succedendi Bal. quem omnes comuniter sequuntur in l. 1. col. fi. ver. Extra quæro C. vnde vir, & vxor, D. Rol. a valle d. q. 61. dubium offertur num. 11. ver. v. dixit, vbi ait quòd hęc est com. op. Ex negligentia etiam inferiorum potestas non deuoluitur ad superiores quando superior dolose procurauit illam negligentiam, quia non debet dolus sibi prodesse nec ex eo reportare commodium Abb. d. c. postulasti in vltimo not. de concess. prebendæ Rolan. a valle. d. q. 61. dubium offertur nu. 5. ver. 2. facit. Et vbi ex statuto, licet impunè occidere Bannitum si quis dolosè procurat bannum alterius vt facilius eum possit occidere non gaudet priuilegio immunitatis Abb. Panor. d. c. postulasti in vlt. not. de concess. preb. Lácil. Dec. d. l. ab hostibus §. fi. ff. sol. mat. Rolan. a valle d. q. 61. incip. dubium offertur nu. 7. ver. subdens quoq. Si quis etiam impetrauerit beneficium vacans, vel vacaturum, licet veniat beneficium vacans per mortem violentam vt per doc. in c. susceptum de Rescrip. in 6. tamen si impetrans fuisset causa mortis illius cuius beneficium impetrauit nô valet impetratio Io. de Anania. c. fi. colum. 3. de homicid. & ibi hoc etiam tenet Fel. & in c. in nostra, correlatio 37. in fi. quarto facit. Rolan a valle d. q. 61. nu. 9. ver. Donatio etiam inter virum, & vxorem non confirmatur morte si vxor a viro sit interfecta Rolá. a valle d. versic. 4. facit vbi allegat Bald. Non potest etiam aliquis ex testamento nec ab intestato ei succedere quem ipse interfecit, sed talis succesio spectat ad fiscû & non ad alium in gradu sequentem Bar. l. cum ratio §. fi. ff. de bo. dam. Dec. d. con. 525. Verba enim generalia debent referri ad merentes non autem ad indignos vel odiosos etiam si essemus in ma

teria

fauorabili,& in vltimis voluntatibus tex. in l. Lutius §. Luti us re... ff.de leg.2.vnde papa, & alius princeps, & statutum & lex non censetur velle prouidere indignis,quia odiosi non comprehē duntur in gratiis l.testamento,cēturio ff.de manumis. testam. Bal. c.si col.1.de præsumption.Ias.l.ab hostibus § si vir,col.1.ff.sol.mat. Hypol.de Marsil.con.93.col.2.tex.& Doc.l.vt gradatim ff. de mun. & hon.Rol.a Valle d.q.61. dubium offertur num.15. & 16.

19 Vnde Nouæ constitutiones Dominij Mediol.sub Rub. de Feudis § si contingat,& sub Rub.de iur.& Priuil. Fisci § vbi subditus pheudatariis:et iura communia,ac priuilegia feudalia volentia Feudatariis esse applicandas pœnas,ac mulctas, & bonorum confiscationes eorum subditorum delinquentium, non procedunt vbi ipsi fuissent dolosi,aut conscii,vel culpabiles talium delictorum,quia tunc non ipsis feudatariis,sed parti offensæ dictæ pœnæ,mulctæ, & confiscationes eorum subditorum debent applicari tex.d.l.sed si hac §. prostituta,vbi Bal.Ang.Alex.& Doc.per illum tex.ff.de in ius vocā. Et hoc patet ex aliis superius per me addductis. Et hęc nota pro limitatione Doctorū, qui dicunt quòd da iure communi pęnæ, mulctę, & confiscationes, ēt si fiant ob crimen læsæ maiestatis, diuinæ vel humanę applicantur Feudatariis habētibus vtile dominium,& non principi,habenti directū dominium, vt per Mart. Garratum Laudens. cō. 37. in facto præsupponitur egregios Io. Odonū.Crau. latè con.cxxviii.diuino implorato præsidio, & per Alber.Brunum consil.31.incip.in causa,vbi vult feudatariis pœnas & mulctas esse applicandas,etiam quòd ipsi non cognoscant:Et etiam quòd princeps accipiat in saluamguardiam,gubernationem,& regimen ,ac protectionem suam feudatarium,inhibendo, quibuscumque subditis mediatis,& immediatis,ne audeant illi , vel eius bonis offendere sub magnis pœnis cameræ ipsius principis applicandis,committēdo eius offitialibus eiusdē principis,& in casu oppositi omnibus partibus faciant iustitiam,certæ pœnę ipse debent intelligi , quòd respectu subditorum immediatè principis applicētur principi,sed respectu subditorum dicti feudetarij, etiā quòd mediatè sint subditi principis,pęnę debentur ipsi feudetario,Ias.con.lvii.redēptoris &c. visis litteris col. pen. ver. 9.diligenter est aduertendū, & ver. dum postea columna 3.Primo enim hęc limitantur non procedere , vbi feudetarii ipsi fuissent dolosi , aut conscij, vel culpabiles delicti comissi per alium , maxime eius subditum,quia tunc non ipsis feudatariis sed parti offensę,aut heredibus applicantur penę, mulctę,& confiscationes bonorum delinquentis d.l.sed si hac § pro stituta vbi tex.Bal.Ang.Alex.& Doc.ff.de in ius vocan.Secūdo hoc

procedit in pœnis,mulctis,& confiscationibus,quę fiunt iure
nario,vigore legum,statutorum,Nouarum constit. Decreto. um,or
dinum,ac proclamationum,vel vigore arbitrii dati iudicibus a iure
communi, vel statutis,aut nouis constitutionibus: tunc enim pœnę
mulctæ,& confiscationes,siue sint ordinarię,siue extraordinariæ,&
arbitrariæ debēt applicari Feudatariis etiam si ipsi non iudicarēt,
sed princeps, aut Senatus,uel alius ab eis delegatus, Alb. Brun. d.
con.31.incip.in causa Ias.d con.lvii.Redemptoris crucifixi &c.visis
litteris saluæguardiæ, col.pen.ver.9.diligenter est aduertēdum &
ver.& dum postea princeps mandat magnas pœnas imponi vol. 3.
sed respectu pœnarum arbitrariarum & extraordinariarum quæ si
unt præter,vel contra ius commune,statuta,decreta, proclamatio-
nes,constitutiones,& ordines,ex principis potestatis plenitudine
vel ex libero arbitrio Senatus,cui princeps concessit arbitrium iu-
dicandi liberum in ciuilibus, & criminalibus,prout est concessum
Senatui Mediolani:& respectu Pœnarum quæ de iure cōmuni, vel
ex forma statutorum,ac decretorum: & Nouarum Constitutionū,
aut proclamationum,& cridarum,imponuntur arbitrio principis,
vel Senatus,tunc dico quòd tales pœnę,mulctę,& cōfiscationes,ap-
plicātur non feudetariis,sed Fisco principis supremi,etiam respe-
ctu subditorum feudatarii. Nam ex quo hæc stant in principis, vel
Senatus libero arbitrio ,quia etiam nihil possent arbitrari nisi in
absoluendo,& non condemnando,& ab eis non licet appellare nec
reclamare l.1.in prin.& §.sciendum ff.a quib.appel.nō lic. ergo nō
possunt conqueri feudatarij si princeps aut Senatus arbitrātur pœ
nam ipsam Fisco ipsius principis,& non feudatariis esse applican
dam,quia hoc respicit supremum dominium, & supremam Princi
pis potestatem, cui per infeudationem non videtur derogatum.
Tertio fallit in Dominio Mediolani in quo non confiscantur bona
indistinctè in fauorem feudatariorum etiam respectu subditorum
eorum delinquentium,sed cum distinctione de qua in §.vbi subdi-
tus feudatarii,in rub.de iur.& pri.fisci,sed nota quòd decretum ip-
sum est contra ius commune dum vult quòd offendens subdito im-
mediato principis pœnæ debeātur principi,quia de iure cōmuni ēt 12
si quis offenderet principi confiscatio debetur feudatario Cra. d.
con.128.col.2.ver. Nec obstat.&c.

Pone extat statutum quòd blasphemator puniatur in centum, Et 10 13
quilibet posit accusare,seu denontiare, aut capere blasphemato-
rem,& lucrabitur dimidium dictæ pœnę,si quis accusat,aut denon
tiat,vel capit talem blasphematorem,vide Corsetum sing.ver.sta- 14
tuto cauetur quòd manifestans tamquam officialis puta prætor,
aut

dicēs fiscalis seu baricellus, aut capitaneus iustitiæ, vel tamquam consul vel Ancianus, siue Parochianus qui tenetur ad præmissa, ex offitio suo non habebit ipsum præmium, quia quod quis gratis facere debet, si pecunia fit turpiter fit ex quo præmissa, ex offitio facere debebāt bal. cō. 394. vol. 1. & in l. ex varia C. de delator. lib. 10. l. si quis in graui §. vtrum, vbi per illum tex. ff. ad sillan. vbi doctores dicunt quòd stante statuto quòd occidens bannitum lucretur centum, quòd si quis occidit bannitum vel fortuito casu, vel ad propriam defensionem, vel vt siccarius, vel vt officialis, quia tenebatur facere, ex offitio non debet habere ipsa centum, & hoc refert & sequitur Steph. de Brisia tract. de interpret. legū, Rub. Qualiter lex restringatur ex mente ver. causa quadruplex est, in fi. vbi ex hoc infert quòd si statuto cauetur, quòd res immobilis non possit alienari forensi, & quòd denuntians talem rem venditam esse iusdicēti quòd lucretur dimidiam partē, si ipse iusdicens vel ministri sui denuntiant non debent habere dictū lucrum, quia quod quis gratis facere debet, si pecunia fit, turpiter fit, vt per Steph. de Fider ibidē.

21 Quæro quid si statutum puniat blasphemātes per verba quæ omnes blasphemātes non vidētur cōprehendere, puta inquit si masculus blasphemauerit, vel si vir blasphemauerit puniatur tali pœna, quo casu vbi de masculo, vel de viro facta est mentio specialis non cōprehenditur fœmina, & tunc masculinū nō concipit fœmininum vt per Ias. l. si quis id quod ff. de iur. om. vel statutum inquit blasphemantes puniantur in centum, & vlterius sint infames, & priuentur omni honore, ac offitiis, quo casu iudeus, & christianus infamis nō comprehenditur tali statuto &c. Soc. con. 62. vol. 1, & Fran. M. Plotus filius meus in addit. ad cō. Garrati con. 47. Quomodo puniatur iste & dic quòd est casus omissus a statuto, Ergo debet puniri secundum formam, & pœnam iuris communis, ita Alber. de Ros. in 1. par. stat q. 9. incip. Item quæro questionem rotatam, col. fi. ver. sed hoc casu quando statutum ibi vnde forte tunc mulier puniretur secundum formam iuris cōmunis, per Soc. d. con. 62. vol. 1. consiliis.

22 Querē an forensis ligetur pœna statuti loquentis contra blasphemos, & videtur puniendus secundum statuta. Alb. de Ros. in 1. par. stat. q. 15. Bal. l. data opera C. qui acc. pos.

Sed quid si statutum dicat si quis subditus deliquerit an cōpre-
23 hendatur forensis pœna statuti, an verò secundum ius commune teneatur P. Rebuffus primo tomo trac. de don. in fin. glo. 3. fol. 375.

24 Aliquis blasphemauit Deū, & Virginē, vel duos sāctos an debeat duplici pœna puniri. Responde quòd non, quia multiplicario blasphemię simul facta non facit nisi vnicum delictum, ita in terminis

dicit Bal.l.ſi familia col.fi.ver.3.quando delictum ff.de iur.c Cepol.con. 76.viſa inquiſitione Pet.Pau.de Anna.in addit.a prag. 50.Ferdinandus num.2.ver.ſed iuxta iſtum tex. fallit vbi ſtatutum expreſſè diceret quē acrius puniri,ſi ſimul plures ſanctos blaſphemauerit,ſecus ſi loqueretur,ſanctum,Pet.Pau.d.ver.ſed iuxta,vnde ſtatutum,& conſtit.dicens quem puniri,de blaſphemia, pro qualibet vice, non debet puniri, niſi pro vna blaſphemia, in caſu Cepol. con.76.viſa inquiſitione vide Bart.l.item apud labeonem §.ait prætor circa prin. ff.de iniur.

25 In Antiquis vrbis Nouariæ ſtatutis conditis dum Vrbs Nouariȩ eſſet Reſpublica,ad formam tituli pacis Conſtantiæ;extat ſtatutū tenoris infraſcripti videlicet. Ne ſalutis æternȩ inmemores eorū animam paruipendentes, quæ cunctis rebus huius ſeculi eſt prȩtioſior,& omnibus debet præferri , frequentent blaſphemare nomen ſanctisſimum Dei Virg.matris Mariȩ,& Sanctorum Gaudentij , & Agabij Epiſcoporum Nouariæ, ſancitum eſt, quòd blaſphemantes Deum,vel Virginem,aut s.Gaudentium,vel s.Agabium , puniantur pro prima vice,in lib.centum Papienſium,& ſecunda vice puniantur in eiſdem lib.cētum & ponantur ad catenam infamem tribus diebus,& pro tertia vice,eis ſeccetur lingua,vt in eo puniantur in quo deliquerunt,Et hoc ſtatutum vidi ſcriptum in Archiuio Vrbis Nouariæ,licet in ſtatutis nunc impresſis , quibus nunc vtimur non ſit inſertum.vnde quæro ſi quis alium Sanctum non comprehēſum in dicto ſtatuto blaſphemauerit,an debeat eadem puniri pœna.Et dic quòd ſi quis alium ſanctum, non nominatum in dicto ſtatuto blaſphmauerit,qui tamen ſit maior ſancto Gaudentio, & s. Agabio,nominatis in ſtatuto,puta s.Io.Baptiſtam,de quo dixit Dominus,inter natos mulierum,non ſurrexit maior Io.Baptiſta,vt habetur in Scriptura s.vel blaſphemauit s.Petrum,vel s. Paulum , aut S.Andream Apoſt.vel alium Sanctum , eiſdem D. s. Gaudentio , & Agabio maiorem ,quòd tanto magis habet locum pœna eiuſdē ſtatuti,glo.in l.omnes dies, ver.apoſtolicæ,in fi.& ibi doc.C.de Feriis facit Auten.multo magis.C.de ſac.eccleſ. Et latè Nic. Euerardus in loco,ſed ſi blaſphemauerit alium Sanctum æqualem Diuis Gaudentio,& Agabio Epiſcopis Nouariæ,puta s.Euſebium Epiſcopum Vercellarum,aut.s.Syrum Epiſcopum Papienſem, dic idem , quia debet puniri eadem ſtatuti pœna , ex quo militat eadem ratio , & eadem ȩqualitas l. adigere §. quamuis ff. de iur. pat. glo. & Iaſ.in l.a Titio ff.de verb.oblig.& ita ſi ſtatuētes fuiſſent veriſimiliter interrogati reſpondiſſent,ergo hoc habetur pro ſtatuto l. tale pactum §.fi.vbi glo.& Iaſ.in fi.ff.de pactis.Sed ſi aliquis blaſphemauerit

Sanctum, in statuto non nominatum, inferiorem san ... audentio,& s. Agabio nominatis in statuto, vel non per omnia eis æqualem, prima facie videretur dicendum quòd disposita in fauorem ipsorum sanctorum Gaudentii, & Agabii, contra eos blasphemantes, non habeant locum contra blasphemantem alium sãctum eis inferiorem, vel per omnia eis non æqualem, in statuto non nominatum per glo. in d.l. omnes dies, ver. Apostolicę. C. de Feriis, quę vult quòd disposita ibi ab Imperatore in fauorem,& honorem Apostolorum, quòd eorum dies festus sit feriatus, non habeãt locũ in s. Martino, licet esset par Apostolis, sed per omnia non erat par Apostolus glo. d. ver. Apostolicum d.l. omnes dies C. de Feriis, sed ne remaneat impunitus, sic Blasphemans alium Sanctum, in statuto non nominatum,& inferiorem sanctis nominatis in statuto prędicto, debet sic blasphemans puniri pœnis statutis a iure communi, quia casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis l. comodissimę ff. de lib.& posthum. nec debet tale delictum remanere impunitum, quia interest Reipublicæ vt delicta puniantur l. illud ff. ad leg. aquil. Sed in casu pręmisso statuti antedicti, dico ꝙ siue quis blasphemauerit vnum ex prædictis Sanctis nominatum in dicto statuto, siue alium Sanctum, non nominatum in dicto statuto quòd debet puniri eadem pœna eiusdem statuti, ex quo statutũ ipsum nominat solùm dictos s. Gaudentium & s. Agabium, gratia frequentioris vsus, quia tunc temporis, vt dicit statutum, blasphemabant Sancti ipsi in statuto nominati, & non alii in ver. Frequenter blasphemare; Quo casu expressio casus frequentioris, vel qualitatis frequentioris non limitat, nec restringit dispositionem, etiam pœnalem odiosam & exorbitantem quin habeat locum in alio casu vbi militat eadem ratio, vel statuentes,& disponentes idem veri similiter respõdissent, si fuissent interrogati. tex. in clem. abb. & ibi Io. de Imo.& Doc. de rescrip. l. 1. vbi glo. ver. spõsam C. de rap. virg. & ibi doc. Corset. sing. ver. frequentia. Tiraquell. trac. de retractu §. xx. in glo. 1. nu. 4. ver. præterea hæc consuetudo de retraict. legnagier l. tale pactum §. fi. vbi glo.& Ias. in fi. ff. de pac. & hęc est com. op. vt dicit Cur. iun. trac. feud. in 3. par. incip. tertia pars principalis col. 2. nu. 4. ver. 2. adde in fi. ibi Ergo succedit conclusio communis quòd vbi aliquis casus exprimantur ratione frequentioris vsus, non tamen intelliguntur exclusi alij casus, qui ita frequenter non contingũt: Vnde si dominus fundi det illum colono, vel rustico ad collendum,& plantandum vites ad tempus, vel in perpetuum, cum hoc quòd det quartam, vel dimidiam partem vini, aut vuarum domino, ex fundo prouenientia, aut perueniendarum,& nil dicatur de fructi-

fructibus aliorum arborum,quę plantentur. Certò si c rusticus plantabit alias arbores,puta pomorum,aut p̃rorum, milium tenetur tãtam partem fructuum arborum pomorum, & si milium dare domino,quantam ex pacto tenetur dare de vuis, vel vino,quia de vuis & vino gratia frequentioris vsus facta fuit mentio,& pactum,vnde non debet restringi quin dari debeat, prout da ri debet pars aliorum arborum,pomotum, & similium, Io. And. in addit.spec.tit.locati §.1.in prin.Corsetus sing.ver. Frequentia Bar bac.con.30.incip.Sacre col.3.nu.4. ver. prxterea dico, in fi.vol. 2. Per illam enim dictionem,ne de qua in prohemio dicti statuti vide tur redditi ratio finalis dicti statuti,& cuiuslibet legis,& constitutio nis,ac dispositionis secundum quam lex,statutum, cõstitutio,ac di spositio debet restringi,& ampliari,& regulari Ias.con.56. Redem ptoris &c.circa primum col. pen nu.4. ver. vnde cum ista, in fi. ibi: Et quãuis in ipso ædicto vol. 1.Ergo quiuis Sanctus blasphemetur etiam in statuto nõ nominatus,remanet eadem ratio statuti puniẽ di blasphemum, ne perdatur anima d. l. adigere §. quamuis ff. de iur.pat.glo.& Ias.l.a titio ff.de ver.ob.

26 Et prædicta de dictione Ne faciunt ad intelligentiam, & declarationem constitutionum Dominii Mediolani sub tit. de feud.§.ne beneficiorum memoria intercidat,vnde dico ex prædicta dictione Ne,de qua in dicta constitutione,qua dicitur, Ne beneficiorum me moria intercidat, &c. colligi rationem finalem eiusdem constitutionis reuocantis ac annullantis priuilegia,& concessiones & bene ficia factas,& facta masculis in fauorem fœminarum ab eis, & descendentium, & extraneorum esse ne beneficiorum memoria inter cidat,per illam enim dictionem Ne,redditur ratio finalis constitutionis Ias.con.56.Redemptoris &c. circa primum col.pen. num. 4. ver. vnde dum ista, in fi. ibi, & quamuis in ipso Edicto,vol.1. Et di ctio ne importat conditionem negatiuam.glo.& Doc.in l.in hoc iu dicium §.si conueniat ff.com. diuid. tex. in l. cum tale §. titius, ibi quid ergo si ita scriptum sit ff.de cond.& demon. Et conditiones de bent impleri in forma specifica,& formali, nec possunt extendi nec adimpleri per æquipollens l.qui heredi & l.meuius ff.de cond.& de mon.Et ex dicta dictione Ne posita in prohemio dictæ constitutionis dum dicitur Ne beneficiorum memoria intercidat &c.colligitur ratio finalis dictę cõstitutionis quòd est Ne memoria beneficio rum intercidat,quia causa legis,statuti,constitutionis, testamenti, & alterius dispositionis,quę ex eius prohemio,vel prefatione,sumi tur,semper pręsumitur causa finalis,adeo quòd ea cessante cessat di spositio legis, statuti,cõstitutionis,& testamenti tex.aureus in l.fin.

& ibi

. c. Bal. Ang. Imol. & alii ff. de Hered. inſtit. ex quo tex. … quòd ratio quæ fit & redditur in prohemio ſeu præfatio- ne legis, co… ſtitutionis, ſtatuti, teſtamenti, & alterius diſpoſitionis quòd eſt ratio finalis, & ea ceſſante ceſſat diſpoſitio legis, conſtitutionis, ſtatuti, teſtamenti, & alterius diſpoſitionis, vt etiam notât Bar. Bal. Ang. Imol. & omnes in d. l. fi. & Tiraq. trac. cèſſante cauſa ceſſat effectus in 1. limit. num. 64. ver. quartum quod cauſa ergo ceſſabit diſpoſitio d. §. ne beneficiorũ memoria intercidat & c. vbi non agitur de feudis, iuriſdictionibus, immunitatibus, vectigalibus, iuribus, & bonis immobilibus habitis ex beneficio Imperatorũ, Ducũ, & principum obtinentium Ducatum, & Dominium Mediolani, ſed præmiſſa feuda, iuriſdictiones, vectigalia, immunitates, iura, & immobilia habita fuere ab ipſis princip. Mediolani, habito per eos, aut eorum mãdatarios pecunia, titulo oneroſo emptionis, aut permutationis, vel alio ſimili titulo oneroſo, tunc enim non dicuntur præmiſſa fuiſſe habita ex beneficio ipſius principis, ſi princeps ea vendidit, vel alio titulo oneroſo alienauit Iaſ. con. 56. Redẽptoris &c. circa primum col. pen. num. 4. ver. vnde cum iſta. in fi. ibi, & quãuis in ipſo edicto vol. 1. Boſsius tit. de principe nu. 152. ver. ſed difficultas ſtat. cum ſequent. quia beneficiũ dicitur beniuola actio, ſeu beniuola conceſsio gaudiũ tribuens capienti tex. in l. 1. §. in primis, in quibus cau. feu. amit. & beneficium nil aliud eſt quàm beniuola conceſsio, & beneficium, & beniuola conceſsio tamquam genus comprehendit ſub ſe omne genus liberalitatis procedẽs ex beniuolentia, ita eſt tex. in d. c. 1. §. in primis, in quibus cauſis feud. amit. & ibi not. Doc. & docet Cur. Iun. tract. feud. in 1. par. in §. prin. q. incip. ſexto principaliter quæro proprius col. 1. num. 3. ver. quod autẽ præmiſſæ diffinitiones, ergo ſi præmiſſa fuerunt cõceſſa a principe titulo venditionis, permutationis, aut alio titulo oneroſo, nõ habet locum diſpoſitio conſtitutionis d §. Ne beneficiorũ &c. quia tunc ceſſat illa ratio Ne beneficiorum memoria intercidat Iaſ. d. ver. vnde cum iſta in fi. Boſſ. d. nu. 152. Ergo non obſtante ipſa conſtitutione feuda, iuriſdictiones, vectigalia, iura, & immobilia p principem Mediolani, & alium principem vendita, vel alio titulo oneroſo alienata, tranſeunt ex teſtamento, & ab inteſtato, & ex quolibet contractu ad fœminas, & extraneos etiam non deſcendent. primi acquirẽtis, Boſsius tit. de principe nu. 152. ver. præmiſſa, titulus ſtat. imo præmiſſa feuda, & alia etiam inſcio principe, & abſq. eius licentia impunè poſſunt alieneri quia de eis prout de aliis bonis allodialibus, & partimonialibus, & priuatis iudicatur etiam quòd princeps ea vendendo, vel dãdo in permutationem vſus fuiſſet verbis

bisimportantibus feudum, vbi princeps ea non conces- litate,& beniuola concesfione,& sic non concesfit ea [illegible] sed cum interuentu pecuniæ, vel alterius rei æquiualentis,quia [illegible] propriè non dicitur feudum,nec sequuntur naturam feudorũ, Bal. l.qui se patris col.10.ver. Et scias, C.vnd.lib.& in l.si quam,numero secundo, C.de oper.lib. Iason dicto consil. 56.colum.4.ver.accedo nunc,vol.1.facit.l.fi.cum glo.C.de pred.Cur.al.lib.x.& l.titius puerum ff.de obseq.Curt.iun. trac. Feud. in d. 6. quest. prin. colum. 3. num. 14.versic.circa septimum requisitum,Bosfius tit.de principe. Sic etiam si princeps concesfit præmissa,vel alia in feudum,pro annuo censu,vel ficto non erit feudum propriè, & non obstante dicta cõstitutione transibit ad fœminas,& extraneos,Bal.l.liberti col. fi. ver.item nota si instrumentum C.de op.lib.& in tit. pacis Constantiæ, in ver.libellarium Curt.iun.d.trac.Feud.in 1.par.q.6. prin. nu. 15.ver.2.infertur,Nam vbi præstatur seruitium,reale non est propriè feudum,Cyn.Auc.ingresfi ver.circa premissa,ad huc quæro C. de sac.ecc. Et si conceditur castrum in feudum pro centum lib. annuatim soluendis,erit potius locatio quàm feudum,Bal.c.si cautio col. fi. & ibi de fid. instrum.Alex.con.136.viso colũ.2. volu. 1. Cur. Iun. d.q.6.prin.num. 16. & 17. Nã in feudo empto,& sic acquisito per pecuniam,succedunt fœminæ sicuti masculi,Odofred.in eius sum.feu.tit.qui pos.suc.in feud.Bal.in c.1.§ & quia vidimus col. fi. qui feud.dar.pos.& in c.significauit col.2.& ibi alii Doc. de rescrip. & idem Bal.in pace Constantię ver.libellarium,& in l. liberti C. de op.lib.post.Cyn.ibidem & Doc.communiter in c.1.de feud. dat. in vic.leg.comis.Roman.cõ.367. col.fi.Cur.iun.trac.feud. in 3.par.in cip.tertia pars principalis col.3.nu.6.ver.6.limitate,& num.7.& 8. vbi dicit quòd in feudo empto succedit fœmina,mutus, & surdus à natura,& alius aliàs incapax feudi,D.Io.Ant.Rubeus con.110.visis nu.3.& 12.D.Io.Cephalus con.96.pistrinarii nu.30.vol.1.Dec. con. 32.395.& 607.Et pręmissa intelligo in feudo empto,iusto pręcio,secundum tempus contractus,quo casu succedunt fœminæ, & extranei in eo,& impunè inscio principe potest alienari, etiam si princeps dixisset quòd ea donabat, vel largiebatur aut in feudum cócedebat,quia non dicitur donatio,nec feudum,vb princeps accipit pecuniam,etiam si diceret quòd concedit ex gratia,vel liberalitate, & in feudum,sed dicitur venditio,& in eis succedunt fęminæ & extranei Iaf.d. con.56.Redemptoris &c.circa primum col.4.ver. Accedo nunc ad secũdam vol.1.Bar.l.qui se patris col.iii. ver.Et scias quòd licet,C.vnde lib.facit l.fi.cum glo.C.de præd. curial. lib.x. & l.titius puerum ff.de obseq.secus si prætium non esset iustum, sed modi-

...to respectu ad tempus contractus, quia tunc dicitur ...tum, & donatio, & habet locum constitutio ipsa Cęsarea Mediolan. D. Io. Ant. Rubeus Alex. con. 110. visis in fi. & D. Bossius tit. de Principe. nu. 153. ver. est tamen aduertendum, an pretium re... pondeat, vbi allegat Alex. in l. gallus, §. instituens circa fi. ff. de lib. & posthum. Secundo limita d. §. ne beneficiorum, non procedere in feudo materno seu fęmineo, idest in feudo, & alia concessione quod & quæ originem habuerit, & principium in fęmina, quia in tali casu etiam succedunt descendentes fęminæ, ex ipsa fęmina prima acqui rente, glo. §. & quia vidimus in ver. si ergo, circa medium, per tex. expressum in c. 1. de nat. suc. feudi, vbi dicit tex. fęminę nō succedūt, nisi fœmineum sit, Cur. Iun. trac. feud. in 3. par. incipien. tertia pars principalis, col. 2. num. 3. ver. 2. singulariter limitate, Rom. cō. 367. circa primam col. fi. & facit Anchar. con. 341. pro maiori intelligen tia, Et præmissam secundam limitationem, intellige procedere, quando Masculi ex ipsa fœmina descendentes non adessent, quia tunc succedunt fœminæ descendentes, ex ipsa prima fœmina inuestita, sed si adessent masculi, & fœminę licet feudum esset fœmineū, potius succederent masculi quā fœminæ, & hoc modo procedit, tex. in c. 1. de benefic. fœmin. secundum communē intellectum, Iac. Ardizoni, Iac. de Beluiso, Nic. de Neap. B. & Aluaroti, vt dicit Cur. iun. d. ver. 2. singulariter limitate, & quòd prædicta constitutio §. ne beneficiorum, non habeat locum in feudis, & concessionibus mater nis, seu fœmineis, id est concessis fœminis, primo loco acquirentibus, siue ipse earum contemplatione, siue ob patris amorem, & ser uitium fuissent inuestitę, probat quemad. feu. ad fil. pert. Curt. Iun. d. trac. feud. in 3. par. nu. 4. uer. duas alias, & probatur ex textu d. § ne beneficiorum, quo dicitur quòd præmissa concessa, ut transeant eti am ad fœminas, & extraneos non transeant, nisi ad primi acquiren tis mascul. descendentes, nam ponderādum est verbum primi quòd est generis masculini, & sic ipsa constitutio loquitur in feudo & alia concessione psimo loco concessis masculo acquirenti pro se & de scendentibus masculis, & fœminis, & extraneis, & quibus dederit: vt patet, ex illo masculino primi acquirentis, Ergo ipsa constitutio non habet locum in fęmina prima acquirente feudum, & similia, etiam ex principis benefitio, & liberalitate, quia fęmina ipsa, non obstante ipsa constitutione transmitit feudum, & alia sibi concessa ad eius descendentes masculos in infinitum, & eis defficientibus ad eius descendentes fęminas in infinitum legiptimos, & legiptimas, ac naturales, non autem naturales tantùm, Cur. Iun. d. trac. feud. in 3. par. incip. tertia pars principalis col. 2. num. 3. ver. secundo singu-

G lariter

49

lariter limitate;Est enim ipsa cõstitutio §.ne benefi.
& odiosa,ergo masculinũ primi acquirẽtis,de quo loquitur
ne,nõ cõcipit fęmininũ primi acquirẽtis.Et potest reddi [illegible] ratio
diuersitatis,quia vbi feuda,& similia conceduntur a principio, fę
minę primę acquirenti,seu inuestitę,cessat illa consideratio consti
tutionis,ne benefitiorum memoria intercidat,quia non censentur
cõcessa,quia princeps,ob beneficium quod cõcedit fęminæ speret
ab ea & eius descendẽtibus seruitium,sicuti quando a principio cõ
cedit masculo benefitium,quia fęminæ pro principe arma sumere,
& illi honesta seruitia pręstare & eum adiuuare,non sunt aptę , nec
conuenit eorum sexui,nec publicæ honestati , quæ non patitur , vt
cœtui virorum se inmisceant,& eorum consilium est fragile , & eo-
rum vocum est lubricum,ac mutabile,quia vt inquit virgilius variũ
& mutabile genus fęmina,& ter mutatur in hora , & mulier sua &
principis secreta,& aliorum non potest secreto retinere,Bal.l.quo
ties col.pen.C.de suis & legip. Cur.iun. trac. Feud. in 3.par. princ.
num.1.ver.circa primam.Et hoc idem prę sumitur, & censendũ est
de filiis masculis,& fęminis,ex tali fęmina descendentibus tamquã
ex radice infecta peruenientibus,quia semper consideratur initiũ
cuiuscumque rei,vt etiam in ipsis non consideretur ratio d. consti-
tutionis,ne beneficiorum memoria intercidat, sicuti non fuit cõsi-
derata, quando feuda,& similia a principio fęminæ concessa fuere
Cur.iun.d.ver.circa primam in fi. Sed quid si feudum, immunitas,
vel vectigalia sint concessa alicui a principe , ob remunerationem
seruitiorum,& benemeritorum per principẽ,ab eo habitorum , an
dicatur titulus onerosus, vel lucratiuus, quia si est titulus lucrati-
nus tenetur ille ad annatas,& non transmittit ad fęminas , nec ex-
traneos,etiam si eadem hoc fuisset concessum obstante dicta consti
tutione,Ne benefitiorum &c.Et si est titulus onerosus non tenetur
ad annatam,nec ad onera,& trãsmittit ad fœminas & extraneos,Et
dic quòd quotiescũque princeps,vel priuatus donat aliquid, etiam
ob remunerationem benemeritorum,ac seruitiorum quia ad illud
donandum de iure cogi non poterat, quòd dicitur donatio proce-
dens ex mera liberalitate,& titulus lucratiuus,quamuis propter be
nemerita,& in remunerationem benemeritorum sit factus , Nam
licet omnis creatura moueatur ex instinctu naturæ,& ex puris , &
meris motibus animi,ad benefaciendum ei,qui sibi benefacit, & ta
lis obligatio ex instinctu naturæ procedat,tamẽ si soluatur id quòd
ex ipso instinctu naturæ debetur,donatio est sine dubio quæ nomen
assumit,& dicitur remuneratio omne datum , vel concessum , aut
donatum causa remunerationis benemeritorum, ac seruitiorũ ex-
pressorũ

[illegible] expressorum dicitur donatio, & titulus lu-
[illegible] onerosus, vbi princeps, vel aliud ad sic donandum,
[illegible] in remunerationem cogi non poterat de iure, ita di
[illegible] glo. in l. [illegible] & si l. §. consuluit Senatus, vbi glo. ver. obligauerint
[illegible] pot. hered. quae glo. communiter est probata, vt dicit Bossius
[illegible] de principe nu. 152. ver. sed difficultas est quomodo dicatur one
rosa & c. vbi dicit ita fuisse iudicatum à Senatu, & ita etiam ego vi-
di milies, si ita dicere phas est obseruari, qa satis est quòd vidi hoc
pluries & pluries declarari, & obseruari in Domin. Mediol. & pro
hac op. est tex. in l. si remunerādi gratia, in prin. ff. mād. vbi tex. glo.
& Doc. Et hoc idē voluit Bar. in l. meuius § duobus col. 8. ver. 2. quae
ro ff. de leg. 2. Arbitror tamen quòd si princeps promiserit eius prae
fecto Arcis, vel vrbis, aut capitaneo, vel militi, aliquod stipendium,
puta aureos mille omni anno, vel aliud, quòd omni mēse, vel anno
pro eius laboribus, & seruitijs, & cum non haberet facultatem soluē
di dictum stipendium promissum, vel non vellet illud soluere in pe
cunia, & eius loco dixit, quòd dabat insolutū, vel donabat tale feu
dum, aut talem immunitatem, aut talia vectigalia, quòd tunc dici-
tur cōtractus onerosus, & titulus onerosus, & non lucratiuus, & talis
sic acquisitus a principe nō tenetur ad annatā, & transmittet prae-
missa sibi concessa ad foeminas, & extraneos, ēt si in priuilegio hoc
nō cōtineret, & inscio principe posset ea alienari, sicuti si esset em
pta, prout facere potuisset de pecunijs sibi debitis ex stipendio, vbi
fuisset eadē soluta, quia praemissa succedūt loco dictae pecuniae, &
qa princeps de iure cogi potuisset ad soluēdū ipsum stipendiū pro
missū, ex quo tales vidētur eorū operas principi locasse, & stipēdiū
est merces, ꝑmissa vt dicit, locatio, & cōductio, & sic cōtractus one
rosus, tex. in l. 1. in fi. & glo. in l. 5. remunerādi gratia, in prin. vbi glo.
ver. erit ff. Mandati: stipendium enim & merces debetur militibus
etiam de iure diuino dicente s. Io. Baptista, Milites estote conten-
ti stipendiis vestris, & quod plus est, dicēte D. N. Iesu Christo, Non-
ne vno nummo conuenisti mecum. Sed pone casum, super quo nunc
habeo in facto consulere, Illustriss. Philippus Maria Vicecomes,
Dux Mediolani, ac vrbis Papiae Comes, creauit praefectum Ciradel
lae papiae Ill. D. Franciscum Casatum, ciuem Mediol. defuncto ipso
Duco, absque liberis legitimis ciuitas Papię proclamauit in liber
tatem: vixitq; vti Respublica dicens ex pace Constantię, & aliis iu
ribus libertatem eidem competere, prout etiam tunc defuncto ip
so Duce, ciuitas Mediolani, & vrbs Nouariae, eisdem rationibus mo
tae, cum alis ciuitatibus in libertatem proclamauerunt: Et vniuer
sitas, & communitas, ac Respublica Papiae, eidem Ill. Casato aure-
G 3 os

os duos mille,& annuum reditum florenorum nou quorundam aliorum, & alia multa promisit ob libe el, nem per eum factam tunc dominis deputatis regimi ciuitati eiusdem de cittadella ipsius ciuitatis, defuncto ipso Duce Philippo absq. liberis legiptimis, cui præ erat pro capitaneo,& in recuperationem relaxationis citadellæ: sed Illustriss. Franc. Sforcia primo vrbem Papię obsidente, Papienses se se illi dederunt, pacto apposito quòd eidem Illustri Casato satisfaceret,& vniuersitatem Papiæ releuaret ab eodem Ill. Casato,& obseruauit promissa idem Franciscus Sfortia tunc Marchio Papiæ, Cotignolæ, Arrianiq. Comes, Cremonæ Dominus, ac Illustris,& excelsæ Cõmunitatis Mediolani Capitaneus generalis,& die vltimo Octobris 1447. dum in castris cõtra Placentiam esset vt benemeritis eiusdem Casati, a quo etiam in posterum sperabat alia quam plura seruitia reportare,& vt communitati Papię complaceret, quæ pro ipso Casato nõ mediocriter suplicauerat, ex eius munificẽtia liberali,& pro aliquali prædictorũ remuneratione titulo donationis purę, merę,& irreuocabilis inter viuos concessit, dedit,& donauit,& elargitus fuit eidem Casato pro se, suis heredibus,& descendentibus,& successoribus quibuscumq. pleno,& irreuocabili iure, datium panis, vini,& carniũ terrę Clastigii Comitatus Papiæ portus Graualoni, siue pretium incantationis,& subhastionis eiusdem, atq. tabernas duas porti noui Papię, ita quòd ipse Casatus,& heredes,& successores, absq. ipsius Sfortiæ licentia possint de ipsis bonis disponere,& ea alienare &c. Et præmissa omnia fuere,& prædicta omnia confirmauit,& quatenus expediat de nouo concessit Ill. D. Ludouicus Sfortia Dux Mediolani eius filius die 13. Septembris 1495. Queritur an dispositio d. §. Ne beneficiorum habeat locum in prĕmissis concessis eidem Ill. Casato, vt superius concessa possint transire ad extraneos,& fœminas,& non teneantur ad annatam,& reperio quòd die 17. Nouemb. 1514. Maximilianus Maria Sfortia Dux Mediolani declarauit Ill: D. Casatos, successores prædicti D. Franc. Casati, non teneri pro prĕmissis ad solutionem annatę, cùm communitas Papię eidem lõgè plura,& maioris redditus promisisset in restitutione Citadellæ signata B. calcus & A. Rozascus. Sed de ipsa Ducis Maximiliani Sfortię sententia tamquam de sententia data per mentecaptum nulla debet haberi ratio, cùm in fœdere Bononiẽsi facto Bononiæ tempore coronationis Diui Caroli Quinti Imperatoris fuerit conuentum, ac declaratum, quòd de omnibus sententiis,& priuilegiis,& aliis gestis per ipsum Ducem Maximilianũ nulla haberetur ratio, tamquam de gestis per mentecaptum, quę nõ valent. Die Iouis sexto

1561. per Illustrem Magistratum declaratum non teneri ad annatæ solutionem, donec per -rit quæ quātitas remissa fuerit ciuitati Papię, -celius secretarius pro fide subscripsit, & hoc quia vt dubio contra fiscum uest pronntiandum, nisi ipse probet l.non puto ff.de iur. fisci.

37 Nouæ Cōstitutiones Cęsareę Dominii Mediolani, sub rub.de pœnis,§ seeuere puniendi sunt &c.postquā pœnas pro prima, & pro secunda, & tertia vice, modo pecuniarias,& modo corporales imposuerunt,vt supra patet,disponunt quòd siue agatur de prima blasphemia tātūm, siue de secunda,vel tertia,aut vlteriori, quòd si iudicibus in quolibet casuum prædictorum atrox,vel blasphemia,vel conuitium visum fuerit consulant Senatum,qui secundum qualitatem casuum dignam pœnam,& maiorem imponet &c.Nota ex eodē nouarum Constitutionum Mediolani textu,quòd vbi atrox blasphemia,vel conuitium atrox sit,quòd est iusdicentibus permissum Senatum cōsulere,vnde illud verbum permissum importat necessitatem,vt iusdicentes teneantur & obligati sint Senatum consulere, vbi atrox blasphemia,vel atrox conuitium sit,licet verbum permissum est,sicut & verbum potes regulariter nō importet necessitatē, sed monitionem quæ non astringit tex.& Doc.in l.sępe audiui Cæsarem ff.de offic.præ sid.Et hoc maximè procedit quādo delicta sūt atrotiā,quia Iudex debet principem,ac senatum consulere, ut pœnas seueriores imponat. Et non solùm princeps,verum etiam iudex inferior potest propter delicti enormitatem, aut atrocitatem, leges, ac statuta, & constitutiones ordinarias transgredi in puniendo,& dando maiorem pœnam quàm iura imponant,Innoc.c.1.& ibi alii Doc. De constit.Et hanc op. sequuntur omnes Doctores canonistæ,& legistę,vt dicit Hip.de Marsil.in l.1.in prin.nu. 59. ff. ad leg.cor.de sicar.& con 52.nu.16.& in l.1.in prin.num, 23.ff.de question. & Illust. D. Iul.Clarus in prac. crim. §.1. vbi sunt etiam, vnde contra' formam statuti Perusii statim fuit quidam suspensus, quia interfecerat quēdam iuxta Papam dum ingrederetur Perusiū, vt refert Paris de Puteo trac.sindicatus,& D.Clarus d.ver. sūt etiā. sunt autem aliqui qui dictum Innocentii intelligunt, vt procedat in puniendo, vt ob delicti atrocitatem liceat quò ad pœnas,leges, & statuta trāsgredi,non autem in procedendo,& in hanc sententiā inclinasse curiam Neapolis refert Thom. Gram.voto 34.in fi. & D. Clarus d.ver.sunt etiam, sed in Dominio Mediolani in atrocibus, & enormibus criminibus permittitur iudicibus iura trāsgredi etiā in procedendo,quia scilicet deuenitur ad torturam etiam si inditia non

non sint in totum sufficientia, neq. probata p
tione maiores, &c. vt de iure videtur regula
rumq. etiam non edita copia, processus, infor
Ill. D. Clarus d. prac. crim. §. 1. ver. sunt etiam, & vere d
D. Clarus leges, & eorum theoricam, ac practicam, & po
rificans. Et licet istud sit verissimum in iure quòd iudex ex causa co-
gnita potest pœnas iuris alterare ponendo pœnam corporalem pro pecuniaria, & pœnam corporalem pro pecuniaria in atrocioribus, & possit Iudex leges, statuta, ac iura, & cõstitutiones Principis trãsgredi in atrocioribus, tàm in puniẽdo, quàm in procedendo, & pro hoc videtur tex. in l. quid ergo §. pœna grauior, & ibi not. Bar. num. 1. ver. nota primo, & ibi alii Doc. ff. de his qui not. infam. & ad idem tex. in l. aut facta §. fi. ff. de pœnis, & ibi Bar. & Doc. & ad idem tex. aureus in l. si hominem ff. mandati, & qui hoc faceret non teneretur in sindicatu in Dominio Mediolani, nec alibi, maximè quia excusaretur si tot & tantorum virorũ maximo Illust. D. Clari op. fuisset sequutus, quia si dictũ probi viri iustã credulitatem inducit in tantũ quod illi credens excusatur Bar. l. inditia. C. de rei vend. per glo. in l. titio fundus ff. de cond. & demon. Bart. Ang. Alex. & Ias. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit, & credulitas ne dum iusta, verum etiam iniusta, & fama excusat quem a dolo, & a culpa Ang. & Ias. d. l. 1. & in l. prætor §. hoc actio ff. vi bo. rap. & in l. plagii vbi glo. ff. ad leg. fa. de plag. Gram. con. 54. In Christi nomine amen in causa sindicatus num. 1. Et in primis & num. 2. ver. Et ideo, Nam etiam error ex causa probabili facit vt iudex parti lesæ non teneatur in aliquo in sindicatu Cataldin. trac. sindic. ver. 29. in fi. Gram. d. ver. & ideo tamen in Dominio Mediolani cautius est in procedendo, & puniendo nõ excedere leges, statuta, nec constitutiones, vt inquit D. Bossius. Item nota quòd ex forma ipsarum Nouarum Constitutionum relinquitur arbitrio iudicis quæ nam dicatur atrox blasphemia, & quod nam dicatur atrox conuitium, vt patet ex illis verbis quòd si iudicibus in quolibet casuum prædictorum atrox, vel blasphemia, vel conuitium visum fuerit &c. Et idem de iure communi secũdum quòd relinquitur iudicis arbitrio quæ delicta dicantur leuia, & quę grauia, siue atrocia, & quæ atrocissima, & hæc est com. op. vt inquit D. Clarus Prac. crim. §. 1. ver. sunt etiam, vbi allegat D. And. Alciatum suum, & meum præceptorem, dicentem quòd hæc est com. op. in c. cum non ab homine post num. 28. de iudic. & Villalobos in collecta com. op. in littera D. nu. 56. & facit l. 1. ff. de iur. delib.

28 Pręterea nota quòd nouę constitutiones Mediolani considerant atrocẽ blasphemiam & atrox cõuitiũ, quia illa debẽt de iure magis

puniri

nas ordinarias tex.cum glo.in §.atrox inſtit.de iniu
[illegible] edicit §.atrocem & §.pen.& l. vulneris cum ſeq.
. e.iniur. [illegible] de iure omnis blaſphemia,quę fieret contra Deũ
Virginem vel Sanctum,aut ſanctam dicatur atrox blaſphemia
idne perſonę,ſicuti dicitur atrox iniuria,quæ fit cõtra Magiſtra
tum,vel Senatorem,§ atrox inſtit.de iniur.Et licet omnis blaſphe-
mia,ſicuti & iniuria quę fieret in theatro,foro,vel in conſpectu prę
toris dicatur atrox,ratione loci,tex.in d.§ atrox inſt.de iniur.et quã
uis etiam ex facto dicatur atrox iniuria, vbi quis ab alio vulnera-
tus,vel fuſtibus cęſus ſit d.§.atrox,& ſic tribus modis dicatur atrox
blaſphemia,in Deum,Virginem,& ſanctos,& tribus modis dicatur
atrox iniuria contra priuatum, ex facto, vel ex perſona, aut ex lo-
co,tex.in d.§.atrox inſtit.de iniur.et hoc ſcire tibi erit vtile propter
ſtatuta grauia punientia atrocem blaſphemiam & atrocem iniuri
am,vel atrox conuitium,quia dicit atrox vno de tribus modis prędi
ctis,tex.in d.§.atrox.tamen in caſu ipſarum nouarum cõſtitutionũ
Mediolani,magis grauiter atroces blaſphemias punientium, & vo
lentium debere per iudices conſuli Senatum,vt blaſphemos acrius
puniat vltra pœnas ordinarias,ſicuti & in caſu l.fi.C. de reuocã.do
nat.& c.fi. de donat.ex quibus iuribus reuocatur donatio, ſi donata
rius graues,vel atroces dixerit iniurias contra donantem,non acci
pitur atrox blaſphemia,nec atrox iniuria,nec grauis iniuria omni-
bus tribus modis,nec vno ex eis,de quibus ſupra, videlicet ratione
facti,vel perſonæ,vel loci,de quibus in d.§.atrox ff.de iniur.& ita in
quit Ripa in d.l.fi.num.21.ver.quæro quinto quæ dicatur C. de re-
uoc.don.Et hoc probatur ex ipſis nouis cõſtitutionibus quibus bla
ſphemantes Deum,& glorioſam Virg.Mariam,ac ſanctos, in loco
publico,& ſic in eccleſia, platea,via publica,hoſpitio,vt exemplifi-
cat ipſa conſtitutio,pro prima vice puniuntur in aureis decem, Et
ſi in priuato factum fuerit,puniũtur medietate dictę pœnæ, deindę
ſubditur in nouis conſtitutionibus,Eo amplius iusdicentibus per-
miſſum eſt,quòd ſi eis in quolibet caſuum præmiſſorum atrox, vel
blaſphemia,vel conuitium viſum fuerit Senatum conſulant, qui ſe
cundum qualitatem caſuum dignam pœnam,& maiorem imponet,
ergo nouæ conſtitutiones non conſiderant atrocitatem reſpectu
perſonæ,vel loci,cum Deum,ac virginem,& ſanctos blaſphemãtes
etiam in Eccleſia dicant puniri ſolùm in aureis decem in hoc atro
citatem reſpectu perſonarum, & loci non conſiderando vlterius,
ſed ipſæ nouę Conſtitutiones conſiderant atrocitatem blaſphemię
& conuitii ſolùm reſpectu verborum,& infamiæ l.1. §. iniuriam ff.
de iniur.ſic & d.l.fin.C.de reuoc.don. dum reuocat donationem ob
atro-

atroces iniurias donatarii, contra donantem, non atroci iniuria, respectu facti nec loci, ex quo postea, tur de atroci iniuria, quæ fit re ipsa in corpus, vel in [illegible] imonio vnde intelligitur respectu iniuriç verbalis, tantùm respectu verborum, & infamiæ, non autem loci nec personarum, vt pôderat Ri in d.l.fi.nu.21.ver.quero quinto C.de reuocan. don. Credo tamé & teneo, quòd licet quò ad ipsas nouas Cōstitutiones & d.l.fi.blasphemia respectu loci non consideretur tamquam atrox, nec iniuria tāquam atrox eo prætextu, quòd in ecclesia, vel in foro, aut in pallatio prætorio, vel theatro, aut platea publica dicta sit, quod tamen, si sit dicta in vno ex ipsis locis, puta in ecclesia, dum sacra celebrātur, maximè multis audientibus, vel in foro, & pallatio prætorio, coram prætore, vel prope eum, vel in theatro coram multis, dum fiunt spectacula, vel in platea coram populi multitudine, quòd dicitur atrox blasphemia, etiam respectu ipsarum nouarum Constitutionum, & atrox iniuria, & iste debet acriter puniri, vltra pœnas ordinarias, & debet iudex consulere Senatum arg.l.fi quis in hoc genus, & Auct. sed nouo iure C. de Epis. & cler. Et multo magis hoc procederet, si contra Deum, vel sacram Virg. Mariam, aut sanctos, vel sanctas, proferantur verba blasphemiæ in prædictis, vel aliis locis, quæ sint atrocia, quia etiam ratione personæ, contra quam dicuntur, cōsideratur blasphemiæ, & iniuriæ atrocitas §.atrox instit. de iniur. licet vt dixi Constitutiones ipsç non considerant atrocitatem blasphemiç, & conuitij simpliciter respectu personæ, vel loci, sed respectu verborum, & infamię, vt per Ripam d.l. fi. nu. 21. ver. quæro quinto C.de reuoc.donat.per.l.1.§. iniuriam ff. de iniur. sed quero per quę verba dicatur comitti atrox blasphemia & atrox conuitium, tam in casu dictarum nouarum Constitutionum, vt iudices debeant consulere Senatum, vt imponat grauiorem pœnam vltra ordinarias pœnas, quàm etiam iuris communis, vt ob atrocitatem blasphemię, maior pœna imponatur iuxta ea quæ dixi superius.

Et primo dic ꝙ si quis dixerit al dispetto di Dio, siue ad despectū Dei, vel Virginis Mariæ, aut alicuius Sancti, vel Sanctæ, quòd dicitur atrox blasphemia, & ita declarauit Senatus Mediolani, vt testificatur D.Clarus in prac.crim.§.blasphemia. Et dixi supra. secundo siquis dixerit Deum, aut Sanctum aliquem esse cornutum, seu bechum, vel cucurbitam, siue gogozam, est atrox blasphemia, & si dicatur priuato est atrox iniuria, Ripa l. fi.nu.23.ver.septimo, quæro quid si donatarius C.de reuoc.donat.per tex.cum glo.in l.si inimicitiæ ff.de his quib.vt indig. Et propterea si donatarius dixerit donantem esse cornutum, debet reuocari donatio, ex quo est atrox iniuria

[illegible] l.fi.nu. 1.ver.septimo quero quid si dona-
C.c. nat. Tertio,dicere Deum,vel Christū,vel san
[illegible] esse [illegible],vel incantatorem,est blasphemia atrox, quia donatarius dicens donantem esse maleficum,& incantatorem, di atrocem iniuriam donanti, & debet reuocari donatio, Ripa d. l. [illegible] nu. 23 ver. 7. quero C.de reuoc.don.per tex.in l.fi.§.fi.ff de obseq. [illegible] præstan.& ibi glo.Quarto,si quis tantæ temeritatis fuerit,ut ausus fuerit,vel auderet dicere opera quæ faciebat Christus virtute propriæ diuinitatis,& per operationem Spiritus Sancti, quo secundum humanitatem erat repletus,ea fecisse ex auxilio,vel incãtationibus,vel inuocationibus,principis demoniorum,vel quia demonium habebat,prout dicebant perfidi Iudei, in Belzebuch principe demoniorū eiicit demonia, dicitur blasphemia, non solùm atrox, verum etiam atrocissima in spiritum Sanctum, quia attribuitur demoni quod debet attribui Christo,& eius Deitati,vt inquit sacrum Euangelium s.Marci cap.3.vbi postquam dixerat Christus,Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum &c.subiungit Euang.quoniam dicebant spiritum inmundum habet. Et ita declarat s. Thomas ab Aquino 2.2.q.14.sub rub.de blasphemia in Spiritum Sãctū, in 1.artic.col.2.ver.respõdeo,dicẽdo quòd de peccato,seu blasphemia,& B.Antoninus. Quinto omne peccatum & blasphemia in spiritum sanctum,est atrox blasphemia,& atrox conuitium, ergo grauius est punienda,ac puniendum,sic enim dixit Christus, Dominus noster,vt in sacro habetur Euangelio s.Mathei,cap.xii.Ideo dico vobis omne peccatum,& blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemiæ, non remittetur, & quicunque dixerit verbum cõtra Filium hominis,remittetur ei,qui autem dixerit verbum cõtra Spiritum Sanctum,non remittetur ei,neque in hoc seculo,neque in futuro,& in sancto Diui Marci Euangelio cap. 3. habetur, quòd Christus dixit,Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur Filijs hominum peccata,& blasphemiæ quibus blasphemauerunt.Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum,non habebit remissionẽ in æternum,sed reus erit æterni delicti,quoniam dicebant spiritum inmundum habet, & in sacro s. Lucæ Euangelio cap. xii. scriptum est quòd veritas dixit, Dico autem vobis omnis quicumque confessus &c.Sexto quilibet iurans,vel loquens per mẽbra pudibūda Christi,vel sacræ Virginis,vel Sanctorum dicitur atrociter blasphemare,puta per viscera,vel per culum,vel per ventrem,aut per capillos Christi,vel per vuluam Virginis Mariæ, imo tale iuramentum est speties heresis,ita ait Roberr.Maran.in 6.par. de ordine iuditiorū in Rub.de iuramento eius differentia,& vsu,nu. 43. ver. Exemplum

H tertij

tertij, vbi allegat Bal. in l. 2. in fi. C. de feb [illegible]
imp. maled. & in l. accusationem col. 4. C. quis [illegible]
Auc. vt non lux. con. nat. & in c. si quis per capitulum [illegible] Sequitur
quotiescunque aliquis animo deliberato, idest studiose pensatè
ex industria blasphemauerit, non prouocatus, ex dicto nec facto al-
terius, nec in aliqua constitutus ira, nec ebrietate, nec ex dolorum,
aut infirmitatum corporis cruciatus, nec molestatus, nec ex nuntio
alicuius eius, aut amicorum infortunii, vel periculi turbatus, bla-
sphemauerit, qualiscunque fuerit illa blasphemia, etiam aliàs nõ
atrox, ex hoc efficitur ne dum atrox, verum etiam atrocissima, etiã
si aliàs fuisset leuis, & debet acrius puniri, vltra pœnam ordinariã,
& iudex tenetur Principem, vel Senatum cõsulere, quia dicitur pec-
catum ex certa & spontanea malitia, & ex industria, & dicitur pec-
catum, & blasphemia in Spiritum Sanctum, ille enim peccat in Spi
ritum Sanctum, cui malitia propter se placet: vt ait Diuus Petrus
Longobardus Sententiarum Magister, 43. dis. secundi libri Senten-
tiarũ relatus a s. Thoma Aquinate 2.2. q. 14. in 1. Artic. vbi ait, ergo
idem videtur esse peccatum ex certa malitia, quod peccatum in Spi
ritum Sanctum, & vbi peccatur ex certa malitia, idest ex ipsa elle-
ctione mali, dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, & dicitur bla-
sphemia in Spiritum Sanctum, vt inquit s. Thoma d. q. 14. in 1. Art.
ver. Respondeo dicendum quòd de peccato, in fi. ibi peccatum au-
tem in Spiritum Sanctum, quando peccatur ex certa malitia, & hoc
ego probo, quia homicidium aliud est casuale, puta si quis venando
voluit occidere animal brutum, occidit hominem, præter, & con-
tra eius propositum, & hoc quidem homicidium debet leuius puni
ri, nec meretur mortem. Aliud verò est homicidium deliberatum,
siue vt vuulgo dicitur pensatum, & ex industria determinatè, & ani
mo deliberato comissum & illud est omnium aliorum homicidiorũ
atrocissimum, & tàm de iure diuino quàm humano meretur mortẽ,
itaquòd comittẽs tale homicidiũ debet vltimo affici suplitio, itaq;
anima separetur a corpore & moriatur, vt patet in Exodo cap. xxi.
vbi Deus optimus maximus sic dixit, Qui percusserit hominem vo-
lens occidere, morte moriatur, qui autem non est insidiatus, sed De
ùs illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum in quo fuge
re debeat &c. ergo à contrario sensu, qui animo deliberato occidit,
debet vbicunque, & in quacunque parte mundi reperiatur, puniri
pœna mortis, ita quòd non debet habere locum effugiei, Nam & in
eodem Exodo cap. xxi. Deus omnipotens, & Dominus Dominantiũ,
ac Rex Regum, sic inquit si quis per industriam occiderit proximũ
suum, & per insidias ab Altari meo euelles eum, vt moriatur &c. Er

go co-

[illegible] ho[illegible] o deliberato, debet ca[illegible]
[illegible] & altari, & etiam si esset alibi, puta in domo, vel pla[illegible], & in [illegible] quo cōmisit homicidium, puta Nouarię, vel alibi, pu Lugduni, & in Deuteronomio cap. xix. Deus mūdi creator, & Do[illegible] pręcepit, Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui [illegible] tertius, nullum contra eum hodie habuisse compro[illegible] hic ad vnam supradictarū vrbium confugiet, & viuet &c. [illegible] a contrario sensu, qui percusserit, & occiderit animo delibera to, [illegible] pręmeditatè scienter, & dolosè occidendo, non poterit ad ecclesiam, nec aliam ciuitatem alterius principis confugere, sed vbicunque reperiatur, debet capi, & tradi morte, Et hęc omnia iura testamenti veteris, puniendi vltimo suplitio homicidā, qui animo deliberato homicidium comisit confirmata sunt in testamento NOUO, NAM Dominus nostrer Iesus Christus filius Dei viui, dixit conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladiū, gladio peribunt, vt habetur in sacro Mathei Euangelio cap. xxv. Et in Apocalipsi s. Ioannis Euangelistę sic dicitur, qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, vnde ponderādum est verbū oportet quod denotat necessitatem l. 1. & ibi Doc. ff. de iust. & iure, per quas quidem Testamenti veteris & noui, & Apocalipsis auctoritatē & sic per ipsa iura diuina consuluit Mag. & clariss. iuris canonici, & Cęsarei iuris Doctor D. Bernardinus Plotus consanguineus meus & vrbis Nouariæ patritius splendidissimus, quòd ille qui commisit homicidium animo pensato, & deliberato, & ex industria in vno loco, puta in Ciuitate Mantuæ, vel Mediolani, aut Nouariæ, quòd nō est tutus in aliqua mundi parte, puta Venetijs, Antiochiæ, Bononiæ, Ferrarię, Parisiis, Lugduni, nec in aliqua alia mundi parte, ASIĘ, Aphricæ, nec Europę, etiam pœnitus separata a REGE, vel Principe vel præsidētatu, & Dominio loci, in quo comisit ipsum homicidiū, adeo quòd si illud fecit in terris Ecclesię capi poterit, & puniri in terris imperii, & si fecit in terris imperii, capi, & puniri poterit in terris Ecclesiæ, & denique talis homicida in aliqua mundi parte nō est tutus, quia capi debet, & remitti ad locum homicidii, vt in eo decapitetur, ac moriatur, vel capi & puniri, ac mori debet in loco quocunque mundi reperiatur, etiam si sit alterius Regis, aut Principis Domini & præsidis, non recognoscentis Regem, principem, vel DOminum, nec Pręsidem loci comissi homicidii, quia lex Dei, vbique debet seruari, & Deus est Dominus Dominantium, etiam Rex Regū & iura diuina sunt immutabilia, & semper debēt seruari, § sed naturalia instit. de iur. nat. gen. & ci. Et consuetudo si quæ est in contrarium, tamquam corruptela, quę ius diuinum tollere non potest,

H 2 non

59

... fuari, nec potuere pro ... odinibus inter ... iam tollere ipsum ius diuinū, nam ... psalmo 23. Dominì est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, quia ipse super Maria fundauit eum, & super flumina preparauit eum, Et ita prout supra consuluit ipse Marreconsultus D. Bernardus Plotus, interrogatus ab illustriss. & reuerendiss. D. Hercule Gonzagha Magni nominis Cardinal. s. Romanę Ecclesiię, qui sacro præfuit concilio Tridentino, vt patet in eius clariss. D. Bernardini Ploti consilio 133. incip. Hercules, impresso in 1. thomo con. crim. diuer. Doctorum. Ergo multomagis de iure communi debet censeri, non solùm atrox, verum etiam atrocissima blasphemia, etiam si aliàs reputaretur leuis, vbi fit animo deliberato, quia si homicidium, vbi fuit animo deliberato, dicitur delictum atrocissimum, quòd pœna mortis, in omni mundi parte debet puniri, vt supra dixi quantomagis blasphemia, quæ fit animo deliberato debet censeri esse, prout est blasphemia atrox, & atrocissima, etiam si aliàs esset leuis, cùm blasphemia quę immediatè committitur contra Deum, vel Virginē, aut eius sanctos, sit delictum atrocius, quā homicidium quod committitur in hominem, s. Thomas ab Aquino 2. 2. q. 13. tit. de peccato blasphemiæ quod opponitur cōfessioni fidei.

29 Et hoc etiam comprobatur ex nouis constitutionibus Dominij Mediolani sub Rub. de pœnis § homicida, quibus cauetur in hunc modum, videlicet, homicida capite puniatur, ita quòd moriatur, Et tamquam homicida puniatur, quicumque, etiam nō sequente morte, tantummodo vulnerauerit, aut insultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si non lędat, vel occidat: parimodo intelligatur quicunque huiuscemodi pensato maleficio auxilium dederit, consiliumuè, quamuis etiam is manus ad opus non extendat, vnde si ipsa constitutio reputat homicidiū animo deliberato comissum, adeo atrox, & atrocissimum, quod non solùm punit pœna mortis, eum qui alium animo deliberato occidit, verum etiam punit pœna mortis, eum qui non occidit, sed animo deliberato occidendi tantūmodo vulnerauit, aut insultum cum telo euaginato fecerit, animo tamen deliberato occidendi, etiam si nō lędat, vel occidat, Et ipsa constitutio est conformis cum iure communi, quia videtur extracta ex l. is qui cum telo C. ad leg. cor. de sicar. vbi lex sic ait, is qui cum telo ambulauerit homines nęcādi causa, sicuti is qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit comissum, legis corneliæ de sicariis pœna coercetur. Ergo si ex forma iuris communis, & ipsarum constitutionum Mediolani, non solùm homicidium animo deliberato comissum, verum etiam de iu-

re

[illegible] cum telo facto hominem [illegible] punitur tamquam homicidium, vbi ipsa deambulatio facta animo deliberato occidendi, d.l. is qui cum telo C. d. sicar. & l.1o pub. iud. Et ex forma ipsarum constitutionum, faciens solum insultum, cum telo euaginato, animo deliberato aliquem occidẽdi quamuis non vulneret, nec lædat, punitur pœna mortis, ex quo reputatur delictum atrox, & atrocissimum, quantomagis blasphemans animo deliberato, debet acrius vltra pœnas ordinarias puniri, & iudices debent contra eum consulere principem, vel Senatum, vt maiorem imponat pœnam, quàm ex constitutionibus, & ordinibus, & a iure caueatur, quia si homicidium animo deliberato attentatum, & non consumatum, nec factum, a iure communi reputatur atrocissimum, adeo quòd faciens talem conatum, debet pœna mortis puniri, d.l. is qui cum telo, & d. §. homicida, quanto magis debet blasphemia censeri atrox, & atrocissima, vbi fit animo deliberato, etiam si aliàs esset leuis, cum blasphemia sit maius delictum, quàm homicidium patratum, s. Thomas ab Aquino 2.2.d.q.13. & facit Auc. multo magis C. de sac. ecc.

30 Pro intellectu autem dictę nouæ Constitutionis cesareæ Mediolani Dominii, in Rubr. de pœnis §. homicida & c. cuius verba supra retuli. Et hoc notabis perpetuò, quòd ipsa constitutio procedit solùm contra eum qui fecit homicidium dolo malo, & sic animo deliberato, & pensato, & studioso occidendi, vt debeat mori, vbi sequutus fuisset effectus homicidii, vel contra eum qui tantummodo vulnerauit, aut insultum cum telo euaginato fecit animo tamẽ deliberato occidendi, etiam si non lædat vel occidat. Ergo vbi non fuit sequutus effectus homicidii requirũtur tria copulatiuè, vt qs, puta Seius debeat capite puniri, ita quòd moriatur etiam si non occiderit nec læserit, nec vulnerauerit. primo requiritur quòd in eo Seio fuerit, & precesserit animus deliberatus occidẽdi aliquem puta Titium, secundo requiritur quòd interuenerit insultus factus per Seium contra eundem titium etiam absq. vulnere, aut lesione, vel quòd seius titium vulnerauerit, tertio requiritur vt telum euaginauerit puta ensem vel pugionẽ è uagina traxerit, vel sclopum, aut archibusium, aut arma ab asta, quę euaginatione non egent, inclinauerit cõtra Titium, vt cum eis vulneraret, aut lederet, & sic occideret Titium pro exonerando sclopum, aut archibusium contra eum, vel cum armis astilibus pro eum occidendo, ergo si ista tria copulatiuè simul non concurrant, non debet mori ille qui voluit animo deliberato facere homicidium, & non fecit, puta si Seius animo deliberato occidendi Titium ambulauerit causa eum occidẽdi per ciuita

ciuis m, vel alium locum, ſed non ... ſum contr
fecit inſultum, nec enſem, nec pugionem eos habeba
uit, nec ſclopum, nec archibuſium, nec arma ab aſta inclin-
tra eum, licet ea haberet ſecum, vel ſi fecit contra eum ini
eundem vulnerando, & occidendo, non fecit animo deliberat
occidendi, nam tunc non conueniunt verba, & qualitates dictæ co
ſtitutionis, quæ dicunt homicida capite puniatur, ita quod ...
tur, & tamquam homicida puniatur quicumque, etiam non ſequen-
te morte tantummodo vulnerauerit, aut inſultum cum telo euagi-
nato fecerit, animo tamen deliberato occidendi &c. Ergo cum nõ
cõueniãt tũc verba, & qualitates dictę cõſtit. quia ſi interuenit am
bulatio facta animo delib. hominẽ occidẽdi cauſa, nõ interuenit in-
ſultus, & ſi interuenit inſultus factus animo delibe. cauſa hominẽ
occidendi enſis, & pugio non fuit euaginatus, nec ſclopum, nec ar-
chibuſium, nec arma ab aſta inclinata pro illum occidẽdo, & ſi fue-
runt euaginata, vel inclinata arma ipſa, non erat animus delibera-
tus occidendi ſed rixa, ergo non conuenit tunc diſpoſitio, nec pœ-
na dictæ conſtitutionis, ex quo non conueniunt verba, nec qualita-
tes, & ſic tunc mori non debet qui fecit præmiſſa, nec eius bona cõ-
fiſcari, nec publicari debent, nam vbi lex, aut ſtatutum, vel conſtitu
tio profert aliquid cũ certa qualitate, debet vtrunque probari, ſcili
cet illud, & qualitas per fiſcum, vel alium ſuper eis ſe fundantem,
alioquin non habet locum lex, ſtatutum, nec conſtitutio, ſi non pro-
betur vtrumq. ideſt illud, & qualitas copulatiuè, Bar. l. 1. §. quod au-
tem ait prætor per illum tex. ff. ne quid in flum. pub. & in l. denon-
tiaſſe §. quid tamen nu. 2. ver. Itẽ ff. de adult. Dec. con. 222. viſo nu.
2. & con. 261. ſuperioribus nu. 2. ver. & hoc idem, & con. 410. nu. 29
Hyp. de Marſil. ſing. 187. qualitas Cepol. con. 57. Franciſcus col. fi.
ver. poſtremo. Alex. con. 82. in cauſa col. 2. ver. pro hoc vol. 1. Hyp. de
Marſil. con. 38. in cauſa. Io. And. in c. 1. col. 2. ver. vnde pro hoc, de
homicid. in 6. vbi dicit quòd ad hoc vt ſit locus pœnę, d. c. 1. impo-
ſitæ contra occidentem, vel occidi facientẽ chriſtianum, oportet q
probetur, quòd occiſus eſſet Chriſtianus, alioquin ipſa pœna locũ
non habet, vt per Io. And. & per Francum, & alios in d. c. 1. de homi-
cid. in 6. Io. de Arnono, caut. 25. incip. vos, Alciat. trac. præſump. Soc.
con. 55. pręſtantisſime col. 1. vol. 1. D. Hier. Gratus præceptor meus
con. 42. viſis col. 2. nu. 15. & ibi vol. 1. & eſt tex. in l. 4. §. docere, & ibi
Bar. & Doc. per illum tex. ff. vi bo. rap. & dixi in Rep. l. ſi quando nu.
355. ver. pro iſta op. facit C. vnde vi, & hoc idem docet Ill. D. Hier.
Albanus Aeques, & Doctor Bergomas ſplendidisſimus in con. 39.
Deo optimo maximo inuocato, magnificę nu. 161. in fi. ver. ſi tamẽ,

Et

ena mon constitutionis Cęsareæ M
da ver.Et tamquam homicida &c. locum non habea
currant tria præmissa copulatiuè, voluit D. Iacobus Mandellu.
dusis, licet præmissa non alleget in cō.30.incip.si verum est col.
num.1.& 2.cum seq. Et facit l.si heredi plures ff.de cond. & de
io. Et tunc talis conatus non debet puniri pœna mortis, nec in bo
norum publicatione, vbi ipsa tria copulatiuè non concurrunt, sed aliter & mitius pœna arbitraria, & extraordinaria, nam vbi agitur de imponenda alicuius spetialis constitutionis, requiritur, quòd cō currant omnes qualitates ipsius constitutionis, Ill. Dominus Iulius Clarus in prac. crim. §. assasinius circa prin. versiculo nam vbi agitur de imponēda pœna, & §.finali, q. 85. versiculo vbi agitur Neque obstat si diceres, aduerte quia de iure cōmuni is q. cum telo ambulauerit homines necādi causa, etiam si nō occidat, nec ledat, nec vulneret, nec faciet insultū cū telo euaginato, causa occidēdi ho minē, sicut is q. hominē occiderit, vel cuius dolo malo factū erit cō missū leg.cor.de sic.pœna coercetur, vt est tex.ad litterā in l.is qui cū telo. C.ad leg.cor.de sic.& in §.itē lex cor.Instit.de pub.iud.& in l.1.§.diuus ff.ad leg.cor.de sic. Quia respōdetur verū esse istud de iu re com.sed hæc iura comun.de consuetudine generali sunt sublata, quia ex cōsuetudine totius Italiæ, & aliarū partium nō punitur affe ctus homicidii ad pœnam mortis nisi sequatur effectus, & sic fiat homicidium, & sequatur mors, vt dicit Bar. in d. §. diuus, & Ill. D. Aegid. Bossius tit.de homicidio nu.4.ver. quęstio hęc est, & nu. 11. ver.sequitur etiam, & nu.12. ver.tamen non tenetur, & Ill. D. Iul. clarus in prac.crim.§.homicidium, in fi.ver.vltimo quęro, & in q.92 incip. quæro numquid conatus, vbi dicit quòd de generali consue tudine totius mundi conatus siue attentatum, vel affectus ad delictum committendum nō punitur pœna mortis, nec alia pœna delicti ordinaria, nisi sequutus fuerit effectus, & sic homicidiū, vel aliud delictum comissum, & allegat specul.in tit.de accusatore §.1.nu.7. in fi.Alex.con.15.nu.2, vol.1.& cō.140.vol.2.Ias.l.1.§.fi.in fi.ff. quod quisq. iur.Boer.Decis.316. nu.3.Carer. in prac. crim.fol.186.nu.8. Ang.l.1.§.fi.num.3.ff.quòd quisq. iur. & con.14.nu.3. & hæc est consuetudo generalis totius Italiæ, ac Galliæ, & totius mundi, vt latè probat D. Clarus d.q.92.incip. quero numquid conatus, & latè Tiraq.trac.de pœnis temperādis in causa 37.incip.trigesimo septimo licet de iure communi, & cau. 38.& 39. & 40. vlt. probat hoc esse de iure diuino, & humano, & de consuetudine generali totius orbis ergo d.l.is qui cum telo, & d.§ item lex cornelia, & d.§.diuus, & Doctores qui dicunt per ipsa iura quòd est communis op.quòd de iure

com-

punitur affectus,& conatus puendo ...

... delictum,vt dicit Io. de Lignano con.20.num.15. ... ctrim.vol.1.relatus per D. Clarum d.q.92.ex quo dicta iura co... sunt sublata de generali consuetudine totius terrarum orbis,se... dum quam non punitur pœna mortis,nec alia pœna ordinaria ... micidium attentatum,sed non factum,nec delictum aliud at... tum,sed non consumatum,& affectus non sequuto effectu,s... ... punitur mitius pœna arbitraria,vt per Bar.& Doc.in d.l.1,§. Diuus ff.ad leg.cor.de sicar.per Felin. trac. de conatu , latè per D. Clarū d.q.92.incip.quæro numquid.Et hoc maximè procedit, quia ex nouis constitutionibus cæsareis Mediolani,sub.rub.de pœnis §. nullus corporaliter puniatur &c. cauetur quòd nullus corporaliter puniatur,nisi ex præsentibus constitutionibus,vel statutis Ciuitatum a principe tamen approbatis, caueatur nec extra illos casus , quis puniri possit corporaliter inconsulto Principe,vel Senatu, ergo d. l.is qui cum telo,C.de sicar.& d.§.item lex cornelia inst.de pub.iud. & d.l. 1.§.diuus ff. de sicar. nō possunt allegari vt puniatur affectus non sequuto effectu,nisi concurrant tria requisita ex d. constitutione de pœnis §.homicida &c.ver.& tamquam homicida &c. nisi probentur tres qualitates,& tria requisita,de quib. supra dixi,Bossius tit. de homicidio nu.6.ver.veritas in fi.ibi,vnde si casus eueniat, defende amicū.Minus obstat quòd inquit Ill. D. Aegidius Bossius tit. de homicidio nu.13.ver.heri tamen Senatus,vbi dicit, quòd in Dominio Mediolani,ex forma decreti, animus deliberatus occidendi punitur iuxta formam l.is qui cum telo.C.de sicar.quia ipse D. Bossius verum dicit,ex forma decretorum antiquorum æditorum per Ill.Franciscum Sfortiam,primum Mediolani Ducem,die xi.Septēbris 1445.quę vidi subscripta p Mag.Dominos Ioannē Ferufinū Alexandrinum,& Bartholameum Baraterium Placentinum Iurecōsultos,& Ducales Consiliarios,quibus cauetur quod homicidium attētatum animo deliberato,etiam si non sit sequutum, quòd puniatur ad formam l.is qui cum telo C.de sicar.sed per nouas constitutiones cæsareas Mediolani,sub rub.de cōstitutionibus sunt sublata et antiquata omnia decreta Ducalia vetera,ergo dicta decreta antiqua non possunt allegari,cum sint sublata,& antiquata per ipsas nouas constitutiones sub rub.de constitutionibus, nam decreta & statuta correcta sicuti & leges correctæ allegari non possunt & est pœna falsi, ei qui ea,vel eas allegauerit.Nec est mirandum quòd Ill. D.Bossius allegauerit ipsa decreta antiqua correcta,quia dum ipse viueret nondum erat correcta,& licet interuenerit compilationi nouarum constitutionum cęsarearum Mediolani dum compila-

rentur



